§ 2. τὸ πάνυ δοκοῦν, id quod omnino videtur, omnibus probatum est. Hanc interpretationem veram esse et superiora docent (nam opinio, quam Cleo adversario obtrusit, communi sensui quam maxime repugnat) et proxima, quibus haec explicantur, docebunt. Ratio eorum, qui hesternum decretum significari volunt, scriptoris verbis conveniret, si scriptum esset τὸ πάνυ δόξαν. — οὐκ ἔγνωσται, non compertum est, non constat. Cf. Dem. XXI 41. — ἀγωνίσαιτ' ἄν, speciosam contentionem (ἀγώνισμα I 22, 4) edet. De optat. cum ἄν vi futuri praedito cf. II 64, 4. III 13, 6. Actionem significat, quae temporis momento concluditur. Eandem vim inf. aor. cum ἄν habet I 127, 2. III 92, 4. V 108. VI 50, 1. VII 36, 5. De influ. ab ἀγωνίσαιτ' ἄν pendente cf. 82, 8. IV 87, 6. VIII 89, 4. — τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας, elaboratis dicendi ornamentis, qualia Gorgias (cf. Blass. Hist. eloqu. Att. I p. 58 sqq.) intulit. Oppositum est τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου τῷ λέγειν, i. e. dicendi facultati, quae demonstrandi argutiis constat. In his potissimum Protagoras disserendi subtilitatem ostendebat (cf. l. l. p. 24 sq.). Itaque Cleonem hic oratores e Protagorae et Gorgiae, qui hoc ipso tempore artem Athenis ostendebat (Cf. Diod. XII 53), disciplina profectos designare putamus. — παράγειν] ἀπατᾶν. Schol.

§ 3. ἑτέροις] τοῖς ῥήτορσιν. Schol. — ἀναφέρει] ἀναλαμβάνει, ἀναδέχεται. Schol. Cf. Polyb. I 36, 3.

§ 4. κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, malos arbitros talium certaminum vos praestantes. — θεαταὶ μὲν . . . τῶν ἔργων. „Sententia: oratio enim vobis pro factis est (θεαταὶ τῶν λόγων); quod

γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων, τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι, τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τὸ δρασθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθέν, ἀπὸ τῶν λόγῳ καλῶς ἐπιτιμησάντων· καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι, μετὰ δεδοκιμασμένου δὲ μὴ ξυνέπεσθαι ἐθέλειν, δοῦλοι

§ 4. *ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες*. Cass. Aug. Ven. *σκοποῦντες ἀπὸ τῶν εὖ εἰπ.*

τὰ δὲ πεπραγμένα. Mosqu. *τῶν τὰ* (sed hoc eras.) *πεπραγμένων*, quasi legendum sit *τῶν δὲ πεπραγμένων*. Sed cf. adn.

factum, ita factum fingitis, ut auditis et persuaderi vobis patimini (*ἀκροαταὶ τῶν ἔργων*).“ Goell. Prius incisum plenius sic illustrat schol.: *μετεσκεύασται τῶν ὄντων ἐφ' ὑμῖν ἡ φύσις· οὕτως γὰρ ἀκούετε τῶν λόγων καὶ πιστεύετε τοῖς ῥήτορσιν ὡς ὀφθαλμοῖς τὴν πίστιν λαμβάνοντες*. Est oxymoron quoddam. In toto autem loco attende parisosin. — *ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων*, secundum eos, qui bene dixerint. Cf. I 21, 2. II 48, 3. Similiter *ἐξ ὧν* VI 36, 3. *Εὖ* schol. falso explanat *πιθανῶς*. Nam quod scriptor dixit Athenienses verbis plus quam rebus tribuere, id per duo oratorum genera supra descripta exsequitur. Cum enim *τῶν εὖ εἰπόντων* et *τῶν λόγῳ καλῶς ἐπιτιμησάντων* ad decoram orationis speciem (*τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου*) pertineant, verba *τὰ μὲν μέλλοντα ... ἐπιτιμησάντων* ad artificiosa dicendi ornamenta spectare patet, quae autem secuntur *καὶ μετὰ ... ἱκανῶς* non magis dubitari potest, quin ad dialecticorum subtilitates respiciant. Quae cum ita sint, *εὖ εἰπόντων* valet ornate dicentium. — Ad *τὰ πεπραγμένα* schol. ex superioribus recte repetit *σκοποῦντες*; reliqui accusativi ex verbo *λαβόντες* pendent. — *πιστότερον ὄψει λαβόντες*, certius propter adspectum (propterea quod ipsi videritis) esse arbitrati, de qua vi verbi *λαμβάνειν* vid. adn. II 42, 4. De flexione *δρασθέν* cf. ad. 54, 1. „Opponuntur primum *τὰ μέλλοντα* et *τὰ πεπραγμένα ἤδη*. Ex his vero opposita sibi sunt *τὸ δρασθέν*, i. e. quod vere factum ... [est] et *τὸ ἀκουσθέν* ... Cf. I 22, 2 *τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων*, I 138, 3 *τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου* ... Ceterum conferri potest eiusdem sententiae locus VII 48, 3.“ Haack. Oratores illi eadem verborum elegantia, quae futura sint, in maius augent, de eis, quae facta sunt, inique iudicant,

§ 5. *μετὰ καινότητος μὲν λόγου*, cum novitate dicti, quod a communi hominum sensu abhorret. Cf. Isocr. X 2 *ἐπὶ τῇ καινότητι τῶν εὑρημένων*. — *ἄριστοι*] *ἀντὶ τοῦ ἐπιτήδειοι*. Schol. Cf. Bloomf. et de ipso *ἐπιτήδειος* adn. VIII 70, de re Aristoph. Eccl. 581 sqq. et Equ. 1115. Suppl. autem *ὄντες*. — *μετὰ δεδοκιμασμένου δὲ* (*λόγου*) *μὴ ξυνέπεσθαι*, sententiam (omnibus) probatam (*τὸ πάνυ δοκοῦν* § 2) nullo modo sequi. De vv. *ξυνέπεσθαι μετά τινος* cf. adn. II 67, 3. — *δοῦλοι ... εἰωθότων* superioribus (*καὶ μετὰ ... ἐθέλειν*) subiungenda sunt.

ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται δὲ τῶν εἰωθό-
6 των, καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλό-
μενος δύνασθαι, εἰ δὲ μή, ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς
τοιαῦτα λέγουσι μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν
τῇ γνώμῃ, ὀξέως δέ τι λέγοντος προεπαινέσαι, καὶ
προαισθέσθαι τε πρόθυμοι [εἶναι] τὰ λεγόμενα καὶ
προνοῆσαι βραδεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἀποβησόμενα,
7 ζητοῦντές τε ἄλλο τι ὡς εἰπεῖν ἢ ἐν οἷς ζῶμεν,

— *τῶν ἀεὶ ἀτόπων*, quae quoque loco (cf. 11, 5. 23, 2. 37, 4) mira atque inaudita proferuntur. Haec ad *καινότητα λόγου* referuntur, *τὰ εἰωθότα* ad *λόγον δεδοκιμασμένον*.

§ 6. *ἕκαστος βουλόμενος* iuxta ponitur superiori *ἄριστοι*. — *ἀνταγωνιζόμενοι . . . δοκεῖν*. Goeller *ἀνταγωνιζόμενοι* in verba *τῷ ἀνταγωνίζεσθαι* resolvens *δοκεῖν* ex participio *βουλόμενοι* vult aptum esse. Sed hoc modo et aequalitas membrorum turbatur et asperitas orationis augetur. Praestet igitur *ἀνταγωνίζεσθαι* cum emphasi intellegere, ut sit aemulantem alicui contendere. Sic Dio Cass. LII 8 *ἀνταγωνιζόμενοι μὴ δοκεῖν ὀργίζεσθαι*. Cf. de simplici verbo ad § 2 adnot. — *τοιαῦτα*, scil. *καινά* sive *ἄτοπα*. — *μὴ ὕστεροι . . . τῇ γνώμῃ*, ne posteriores sententiam (propositam) sequi videamini, i. e. ne tardiores in sententia amplectenda videamini. — *ὀξέως δὲ . . . προεπαινέσαι*, sed (ut videantur), si quis quid acute dicat, id ante (quam ille dixerit) vel priores comprobasse. „*Ἐπαινέσαι* Thucydidi valere etiam consentire, probare, ex IV 65, 2 et V 37, 5 apparet.“ Heilm. Inutiles igitur videntur Reiskii et Kruegeri coniecturae *προεπαινέσαι* (quo aoristo Attici scriptores usi esse non videntur), *προεπινοῆσαι*, *προϋπονοῆσαι*, ex quibus altera haud dubie est optima, sed ob proximum *προνοῆσαι* minus grata, omnes vel ideo displicent, quod, cum eis notio ei, quae in Thucydideo *προαισθέσθαι* inest, simillima restituatur, totius incisi *καὶ προαισθέσθαι . . . τὰ λεγόμενα* sententia fit languidior. Falsas aliorum enodationes redarguimus in ed. mai. — *καὶ προαισθέσθαι τε*. Particula *καί* iungi *πρόθυμοι* [*εἶναι*] cum superioribus, *τέ* autem alterum *καί* ante *προνοῆσαι* positum praeparari perspicuum est. — *εἶναι*. Hic infinitivus quocunque modo explicaretur, depravari aut compositionem aut vim verborum ostendimus in ed. mai. Comment. et Supplem. Quare *εἶναι* delendum putamus, ut colo ante verba *καὶ προαισθέσθαι* posito *πρόθυμοι*, quemadmodum § 5 *ἄριστοι*, sit idem atque *πρόθυμοι ὄντες*. Arnoldus in ed. 2 *εἶναι* grammatice quidem ad *βουλόμενοι* referri, sed hoc a scriptore cum superioribus *οἵτινες εἰώθατε* vel *ἄριστοι* confusum esse suspicatur. Sed haec sententiae conformatio iusto durior est neque exemplis comprobari potest. Class. *πρόθυμοι εἶναι* ab *ἀνταγωνιζόμενοι* pendere vult. At haec quoque ratio non solum molestissima est, sed etiam vim sententiae infringit. Nam melius profecto cum acutis illis oratoribus intellegentia quam cupiditate vel studio intellegentiae certatur.

§ 7. *ἄλλο τι . . . ἢ ἐν οἷς*, Cf. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 5. —

φρονοῦντες δὲ οὐδὲ περὶ τῶν παρόντων ἱκανῶς· ἁπλῶς τε ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι καὶ σοφιστῶν θεαταῖς ἐοικότες καθημένοις μᾶλλον ἢ περὶ πόλεως βουλευομένοις.

εἶτα τὴν Μυτιληναίων ἀδικίαν μεγαλύνει, οὓς τιμωμένους ὑπὸ Ἀθηναίων θρασύτητι καὶ ὕβρει πάντας, καὶ οὐ τοὺς ὀλίγους μόνον, ἐπαναστῆναι καὶ δεινῶς κολαστέους εἶναι διισχυρίζεται, ὅπως μὴ Ἀθηναῖοι κινδυνεύωσι.

39. Ὧν ἐγὼ πειρώμενος ἀποτρέπειν ὑμᾶς ἀπο- 1
φαίνω Μυτιληναίους μάλιστα δὴ μίαν πόλιν ἠδι-
κηκότας ὑμᾶς. ἐγὼ γάρ, οἵτινες μὲν μὴ δυνατοὶ 2
φέρειν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν ἢ οἵτινες ὑπὸ τῶν
πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν, ξυγγνώμην
ἔχω· νῆσον δὲ οἵτινες ἔχοντες μετὰ τειχῶν καὶ
κατὰ θάλασσαν μόνον φοβούμενοι τοὺς ἡμετέρους
πολεμίους, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ τριήρων παρασκευῇ
οὐκ ἄφρακτοι ἦσαν πρὸς αὐτούς, αὐτόνομοί τε
οἰκοῦντες καὶ τιμώμενοι ἐς τὰ πρῶτα ὑφ' ἡμῶν
τοιαῦτα εἰργάσαντο, τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν
τε καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν (ἀπόστα-

ἁπλῶς, denique. Cf. 45, 7 et 82, 5. Summatim tamquam comprehenduntur, quae inde a verbis *τὰ μὲν μέλλοντα* exposita sunt; nam *ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι* ad dicendi artificia, *σοφιστῶν θεαταῖς ἐοικότες* ad disserendi argutias referendum est. Utrumque igitur oratorum genus hic quoque agnoscitur. Vide quae de toto verborum circuitu disputata sunt in Annal. phil. 1868 p. 114 sq. — **σοφιστῶν θεαταῖς**] *σοφιστὰς λέγει οὐ τοὺς σοφιζομένους τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγομένους, τοὺς διδασκάλους τῶν ῥητορικῶν προβλημάτων·* (cf. Mor. et Bait. ad Isocr. Paneg. c. 1 § 3) *θεατὰς δὲ αὐτοὺς τοὺς μαθητὰς καὶ ἀκροατάς.* Schol. — **καθημένοις.** „*Καθήμενοι?*" Krueg. Hac coniectura ideo non est opus, quod sedendi verbis non raro desidiae notionem contineri constat. Cf. IV 124, 4.

Cap. 39. § 1. **ὧν**] *ὧν ἐπιτηδευμάτων, ὧν εἶπεν ἄρτι.* Schol. — **ἀποφαίνω**, dico, contendo. Cf. II 62, 2. — **μάλιστα . . . μίαν πόλιν.** Cum eis, quae docet Matth. Gr. § 461 e, confer Fritzsch. ad Luci. p. 147.

§ 2. **νῆσον δὲ οἵτινες.** *Νῆσον* gravitatis causa ante relativum collocatum est, cuius postpositi alia exempla inveniuntur 82, 8. IV 80, 3. VI 33, 4. 36, 1. De Latinis vid. Kuehn. ad Cic. Tusc. III 15, 32. De coniunctionibus similiter traiectis cf. adn. I 10, 2. — **ἐν ᾧ** aut ubi, in qua parte, aut, ut saepe, dum. Male explicat Kuehn. Gr. § 785, 1 adn. — **τριήρων.** De accentu cf. Goettl. Doctr. accent. p. 257. — **ἐς τὰ πρῶτα**, imprimis, ut 56, 6. — **τί ἄλλο ἤ.** Cf. 58, 5. Matth. Gr. § 488, 11. Krueg. Gr. § 62, 3 adn. 7, de Latinis Zumpt. Gr. § 771. — **ἐπανέστησαν . . . ἀπέστησαν.** Dindorfius in Steph. Thes. v. *ἐπανάστασις* ita differre *ἐπανάστασιν* et *ἀπόστασιν* existimat, ut *ἐπανάστασις* sit rebellio et de eis dicatur, qui sint sub imperio, *ἀπόστασις* autem

σις μέν γε τῶν βίαιόν τι πασχόντων ἐστίν), ἐζή-
τησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες
διαφθεῖραι; καίτοι δεινότερόν ἐστιν ἢ εἰ καθ'
3 αὑτοὺς δύναμιν κτώμενοι ἀντεπολέμησαν. παρά-
δειγμα δὲ αὐτοῖς οὔτε αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ
ἐγένοντο, ὅσοι ἀποστάντες ἤδη ἡμῶν ἐχειρώθησαν,
οὔτε ἡ παροῦσα εὐδαιμονία παρέσχεν ὄκνον μὴ
ἐλθεῖν ἐς τὰ δεινά· γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον
θρασεῖς καὶ ἐλπίσαντες μακρότερα μὲν τῆς δυνά-
μεως, ἐλάσσω δὲ τῆς βουλήσεως, πόλεμον ἤραντο,
ἰσχὺν ἀξιώσαντες τοῦ δικαίου προθεῖναι· ἐν ᾧ
γὰρ ᾠήθησαν περιέσεσθαι, ἐπέθεντο ἡμῖν οὐκ
4 ἀδικούμενοι. εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα
καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ,

Cap. 39. § 3. *ὄκνον τοῦ μὴ ἐλθεῖν* E. Cf. adn.
§ 4. *καὶ δι' ἐλαχίστου. Καί* om. Gr. E. Ar. Chr. Dan., sed praeter ceteros libros agnoscit Clem. Alex. VI Strom. 2. Cf. adn.

defectio sociorum. Et verum est *ἐπανίστασθαι*, propr. surgere adversus al., plerumque esse tumultum facere, rebellare. Cf. I 115, 5. V 28, 3. VIII 63, 3. 73, 2. Sed hic, ubi Mytilenaei *αὐτόνομοι οἰκοῦντες* dicuntur *ἐπαναστῆναι*, non *ἀποστῆναι*, quia *ἀπόστασις* sit *τῶν βίαιόν τι πασχόντων*, in illo notionem ultro bellum inferendi recte quaerere videtur Krueg. Bene igitur interpretes Germanici servata adnominatione: sie haben eher einen Anfall als Abfall gemacht. De imitatoribus Thucydidis verborum vid. ed. mai. — *μέν γε*, ut I 40, 4. — *μετὰ τῶν ... στάντες*. Similiter VII 57, 1. 61, 3. Sic Latini nonnumquam stare cum al. dicunt. Eadem vi 11, 3 *στῆναι πρός τινα* positum esse vidimus. *Ἡμᾶς* autem traiectum contrario *πολεμ.* propius admotum est. Cf. Muell. Hist. lit. Gr. II p. 364. — *καθ' αὑτοὺς*, per se soli. Cf. I 79, 1. IV 64, 3. 65, 1. Oppositum est *μετὰ τῶν πολεμιωτάτων*.

§ 3. *παράδειγμα δὲ ... παρέσχεν ὄκνον*. Est eadem commixtio membrorum in partitione, cuius exempla in *τὲ ... καί* particulis ad I 16, in *μὲν ... δέ* ad I 38, 5 adnotavimus. De *οὔτε* tali modo posito cf. 96, 3. V 7, 5. VI 17, 5. — *τῶν πέλας*. Cf. adn. I 82, 1. — *ὄκνον μὴ ἐλθεῖν*. De negatione addita et de articulo *τοῦ* omisso cf. adn. I 16 et III 82, 3. Non male igitur Xen. Anab. II 4, 3 *ἵνα ... φόβος ᾖ ἐπὶ βασιλέα μὴ στρατεύειν* cod. Vat. — *μακρότερα*, i. e. *μείζω*, ut *βραχύς* saepe est *μικρός*. Cf. adn. I 14, 3. — *προθεῖναι*] *προτιμῆσαι*. Schol. Cf. 84, 2.

§ 4. *εἴωθε δὲ ...*] *εἴωθε δὲ πρὸς ὕβριν τρέπειν ἡ εὐπραξία τῶν πόλεων ἐκείνας, αἷς ἂν αὐτὴ ἐξαίφνης ἐγγένηται καὶ ἀπροσδόκητος*. Schol. Cum sententia cf. Demosth. I 23. Liv. XXX 42, 15 et infra IV 17, 4.

ἐς ὕβριν τρέπειν· τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς
ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν,
καὶ κακοπραγίαν ὡς εἰπεῖν ῥᾷον ἀπωθοῦνται ἢ
εὐδαιμονίαν διασῴζονται. χρῆν δὲ Μυτιληναίους 5
καὶ πάλαι μηδὲν διαφερόντως τῶν ἄλλων ὑφ'
ἡμῶν τετιμῆσθαι, καὶ οὐκ ἂν ἐς τόδε ἐξύβρισαν·
πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θερα-
πεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν·
κολασθέντων δὲ καὶ νῦν ἀξίως τῆς ἀδικίας, καὶ 6
μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἡ αἰτία προστεθῇ, τὸν δὲ

§ 5. χρῆν. In compluribus libris optimis χρή. At vid. adn. διαφερόντως Pal. m. M. Ar. Chr. Dan., quod non displicuit Dobraeo et recipi iubet Dind. in Steph. Thes. Reliqui codd. et editores διαφέροντας. Illud praeter Cass. Dion. XXXVIII 39, 3, qui haec ipsa verba imitatur, commendat ipsius Thuc. usus (I 38, 4. 138, 3. II 40, 3. 51, 1. VIII 68, 3) et Isocr. VI 24.

§ 6. κολασθήτωσαν codd. Imperativos in ωσαν desinentes apud Atticos Macedonicae esse aetatis ex inscriptionibus antiquis et poetarum scaenicorum usu apparet. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 18. Quomodo formae posteriores irrepserint, ostendit schol., qui V 18, 7 ad ἀποδόντων adscripsit ἀποδότωσαν.

Sed difficultatem aliquam relinquunt verba μάλιστα ... ἀπροσδόκητος, pro quibus ex schol. explanatione δι' ἐλαχίστου καὶ (μάλιστα) ἀπροσδόκητος scribendum erat. Neque vero καί, quod a malis nonnullis codd. abest, deleri potest, ne insolens coniunctio superlativorum oriatur. Existimamus igitur verba sic explicanda esse: quibus maxime et minimo intervallo insperata felicitas contigerit. De formula δι' ἐλαχίστου cf. Bernh. Synt. p. 285, de hoc usu verbi ἐλθεῖν Wund. ad Soph. Phil. 141. — τὰ δὲ πολλά] ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Schol. — κατὰ λόγον ... εὐτυχοῦντα, res secundum rationem (i. e. prudenti ratiocinationi s. reputationi convenienter) hominibus prosperae. — παρὰ δόξαν. Suppl. εὐτυχοῦντα. — κακοπραγίαν ... διασῴζονται. Simile dictum habes apud Xen. Cyr. VII 5, 76.

§ 5. χρῆν. Cf. Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 7. Matth. § 505 adn. — καὶ πάλαι, iam pridem. Cf. 13, 1. 104, 3. — τετιμῆσθαι, honoratos esse, in honore haberi. — καί, i. e. quodsi fecissetis. — καὶ ἄλλως, etiam alioqui, i. e. omnino. Cf. Steph. Thes. vol. I p. 1554 et adn. II 50, 2 et IV 78, 2. Cum toto dicto IV 61, 5 ob similitudinem orationis comparat Arn. — τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν. De neutro hoc et eo, quod sequitur, cf. adn. II 45, 1, de accusativo consequenti verbum ὑπερφρονεῖν Matth. Gr. § 378 adn. 2.

§. 6. καὶ νῦν. Ut antea non in maiore eos esse oportebat honore quam ceteros socios, ita nunc merita iniuriae poena afficiendi sunt. — ἡ αἰτία προστεθῇ. Αἰτίαν προστιθέναι τινί etiam alios Atticos dixisse pro usitatiore ἐπιφέρειν et similibus discas ex Steph. Thes. v. αἰτία p. 1101.

δῆμον ἀπολύσητε. πάντες γὰρ ἡμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο, οἷς γ' ἐξῆν ὡς ἡμᾶς τραπομένοις νῦν πάλιν ἐν τῇ πόλει εἶναι· ἀλλὰ τὸν μετὰ τῶν ὀλίγων κίνδυνον ἡγησάμενοι βεβαιότερον ξυναπ-
7 έστησαν. τῶν τε ξυμμάχων σκέψασθε εἰ τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἑκοῦσιν ἀποστᾶσι τὰς αὐτὰς ζημίας προσθήσετε, τίνα οἴεσθε ὅντινα οὐ βραχείᾳ προφάσει ἀποστήσεσθαι, ὅταν ἢ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ᾖ ἢ σφαλέντι
8 μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον; ἡμῖν δὲ πρὸς ἑκάστην πόλιν ἀποκεκινδυνεύσεται τά τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαί· καὶ τυχόντες μὲν πόλιν ἐφθαρμένην παραλαβόντες τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν,

ἡμῖν. In plerisque libris **ὑμῖν**. „**Ὑμῖν** restitui non solum propter auctoritatem optimorum librorum, sed etiam quod melius superioribus verbis videtur convenire.“ Arn. At ita etiam in proximis **ὑμᾶς** exspectaretur. Pro quo cum *ἡμᾶς* scriptor dicere maluerit, eandem **κοίνωσιν** iam in hoc *ἡμῖν* admissam et tantum in verbo **ἀπολύσητε**, ubi sine superbia loquentis retineri non poterat, evitatam esse credideris.

τραπομένοις Cass. Aug. (quamquam in hoc **τρεπ.** fuit) D. M. Mosqu. Ar. Chr. Interpretare: si ad nos se convertissent. Vulgo et Bekk. **τρεπομένοις**.

— **ἀπολύσητε**. Cf. adn. 56, 7. — **οἷς γε ἐξῆν**, quamquam eis (**τῷ δήμῳ**. Cf. adn. 15, 1) licebat. Cf. I 39, 1. VI 79, 1. — **ἐν τῇ πόλει εἶναι** procul dubio idem valet quod IV 106, 1 **πόλεως οὐ στερισκόμενοι**, ubi vide adn. Significat igitur in civitate esse, pleno civium iure uti. — **τὸν μετὰ . . . βεβαιότερον**. Sententia haec est: tutius esse arbitrati eandem belli fortunam periclitari cum optimatibus. **Κίνδυνος** est alea, discrimen, ut IV 85, 4. VI 13, 1.

§ 7. **τῶν τε ξυμμάχων**. Genetivus ideo videtur antepositus esse, ut non solum cum verbis **τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν . . . ἀποστᾶσι**, sed etiam cum remotioribus **τίνα ὅντινα οὐ** cohaereat. — **ζημίας προσθήσετε**. **Προστιθέναι** similiter atque § 6 dictum aut iniungere est, aut infligere. Cf. 45, 3. 82, 8. Krueg. ad Dion. p. 161. — **τίνα οἴεσθε ὅντινα οὔ**. Cf. Matth. Gr. § 483 p. 1074. Kuehn. Gr. § 789, 2. Krueg. Gr. § 51, 10 adn. 11.

§ 8. **ἀποκεκινδυνεύσεται**. Cf. Krueg. Gr. § 52, 3 adn. 4. — **τυχόντες**, re bene gesta. Similiter 82, 5. IV 63, 2. V 111, 5. — **τῆς ἔπειτα προσόδου . . . τὸ λοιπὸν στερήσεσθε**. Futuro reditu (i. e. reditu, quem praebitura erat, si non eversa esset) in posterum privati eritis. Ita si interpretamur, etiam minor est verborum abundantia quam I 123, 1. III 40, 3. Itaque **στερήσεσθε** futurum est verbi **στέρομαι**. Cf. 46, 8. Soph. Ant. 890. — **δι' ἣν ἰσχύομεν** dicit,

τὸ λοιπὸν στερήσεσθε, σφαλέντες δὲ πολεμίους
πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἕξομεν, καὶ ὃν χρόνον τοῖς
νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς
οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν.

ἔτι δὲ μήτε οἴκτῳ μήτε ἡδονῇ λόγων μήτε ἐπιεικείᾳ δεῖν ἐνδοῦναι διδάξας διὰ κεφαλαίων ἀποδείκνυσιν ὅτι δίκαιά τε καὶ ξύμφορα παραινεῖ.

40. Οὔκουν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ 1
πιστὴν οὔτε χρήμασιν ὠνητήν, ὡς ξυγγνώμην
ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λήψονται. ἄκοντες μὲν γὰρ
οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξύγγνω-
μον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε 2
πρῶτον καὶ νῦν διαμάχομαι μὴ μεταγνῶναι ὑμᾶς
τὰ προδεδογμένα, μηδὲ τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις
τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ καὶ ἡδονῇ λόγων καὶ ἐπιεικείᾳ,
ἁμαρτάνειν. ἔλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δί- 3

Cap. 40. § 1. προθεῖναι Cass. Pal. M. Vall. Bekk. tacitique Aug. et m. Vulgo προσθεῖναι, quod a Goell. frustra defendi videtur. Cf. adn.

quod Atheniensium potentia in eo posita est, ut reditus ne deficiat. Ex nostra interpretatione facile caremus Ullrichii coniectura τῆς ἐκεῖθεν προσόδου (Symb. IV p. 1 sq.) et Herwerdeni ἐστερήσεσθε (Mnemos. nov. ser. I p. 81). Praeterea attende personas mutatas, ut V 9, 1 et alibi.

Cap. 40. § 1. οὔτε λόγῳ πιστήν, neque dicendi facultate fretam. De qua vi adiectivi πιστός cf. Soph. OC. 1031. Plat. Leg. 824 b. Quoniam autem ob contrarium ὠνητήν potius impetrabilem dicendum videretur, Krueger ποριστήν coniecit. At respicitur h. l. ad 38, 2 ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας (λόγῳ πιστήν) . . . ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος (χρήμασιν ὠνητήν). Sequitur λόγῳ hic pariter intellegendum esse quam illic τῷ λέγειν. De προθεῖναι, proponere cf. 44, 3. 52, 4. 82, 8. — ὡς ξυγγνώμην . . . λήψονται, propr. fore, ut veniam humanitus peccandi accipiant, i. e. ut veniam peccandi ideo accipiant, quia peccare humanum sit. Cf. 45, 3 et Xen. Cyr. VI 1, 37 atque de articulo τοῦ omisso Matth. Gr. § 542 adn. 1 b et adn. I 16. — ξύγγνωμον] συγγνώμης ἄξιον. Schol. Cf. IV 38, 6. Cass. Dion. fragm. 17. De accentu vocis ξυγγν., cum in Pal. ξυγγνῶμον legatur, cf. Goettl. Doctr. accent. p. 330.

§ 2. καὶ τότε] διεμαχεσάμην δηλονότι. Schol. Cf. adn. I 86, 2. — διαμάχομαι, pertinaciter contendo, pugnando obtinere studeo. Cf. 42, 2 et praeter alios Pflugk. ad Eur. Alc. 694. — μεταγνῶναι. Non tam poenitendi quam aliter decernendi notionem, aut certe ambas, hic in hoc verbo inesse docet Arn. — οἴκτῳ . . . ἁμαρτάνειν. De dat. cf. 37, 2.

§ 3. ἔλεος. Hoc vocabulum cum pro superiore οἶκτος substitutum sit, utrumque nomen hic certe prorsus non differre existimandum est. — τοὺς ὁμοίους, pares animis, similiter ani-

καιος ἀντιδίδοσθαι, καὶ μὴ πρὸς τοὺς οὔτ' ἀντ-
οικτιοῦντας ἐξ ἀνάγκης τε καθεστῶτας ἀεὶ πολε-
μίους· οἵ τε τέρποντες λόγῳ ῥήτορες ἕξουσι καὶ
ἐν ἄλλοις ἐλάσσοσιν ἀγῶνα, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡ μὲν
πόλις βραχέα ἡσθεῖσα μεγάλα ζημιώσεται, αὐτοὶ
δὲ ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ παθεῖν εὖ ἀντιλήψονται·
καὶ ἡ ἐπιείκεια πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιτηδείους
καὶ τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι μᾶλλον δίδοται ἢ πρὸς
τοὺς ὁμοίως τε καὶ οὐδὲν ἧσσον πολεμίους ὑπο-
4 λειπομένους. ἕν τε ξυνελὼν λέγω· πειθόμενοι μὲν
ἐμοὶ τά τε δίκαια ἐς Μυτιληναίους καὶ τὰ ξύμ-
φορα ἅμα ποιήσετε, ἄλλως δὲ γνόντες τοῖς μὲν
οὐ χαριεῖσθε, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσε-
σθε. εἰ γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν
οὐ χρεὼν ἄρχοιτε· εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον

§ 3. ὁμοίους pro ὁμοίως codd. Cf. adn.
§ 4. ἓν δέ codd. Cf. adn.

matos. Cf. adn. I 71, 2. — ἐξ ἀνάγκης, necessario. Cf. VI 44, 1. — οἵ τε τέρποντες cet. Hinc explicatur, cur non oporteat ἡδονῇ λόγων peccare. — βραχέα ἡσθεῖσα μεγάλα ζημιώσεται. Cf. Krueg. Gr. § 39, 11 adn. Attende hic et in proximis πάρισα καὶ ἀντίθετα. — τὸ παθεῖν εὖ] τὸ χρηματίσασθαι ὑπὸ τῶν Μιτυληναίων. Schol. — ἐπιτηδείους. Cf. adn. I 60, 2. — ὁμοίως. Si ὁμοίους traditum recte est, significat pares atque antea, sibi constantes (in odio). Non male tamen Thiersch. ὁμοίως coniecit, quo probato oritur dicendi genus simile his: μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα VII 44, 6, πλεῖστος φόβος· καὶ οὐδενὸς ἐλάσσων VII 85, 4. Cf. IV 108, 5. V 60, 1. 86. VII 49, 2. — Cum prorsus in obscuro sit, qua re illi pares se gerant, et si odio sibi constantes intellegantur, ὁμοίους contrariam vim habeat atque paulo ante, ὁμοίως emendationem scriptoris verbis inferre nunc non dubitamus.

§ 4. ἕν τε ξυνελὼν λέγω. Alibi sine numerali. Cf. adn. I 70, 9. Pro δὲ scripsimus τε, quod Th., ubi res summatim comprehendit, τέ vel καί particulis uti solet. Cf. II 41, 1. VI 80, 3. Haas. Lucubr. p. 75. — πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ . . . ἄλλως δὲ γνόντες, ut IV 68, 2 πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ . . . ἀπιστήσαντες δέ. — ὑμᾶς δὲ . . . δικαιώσεσθε, vos vero ipsos vestro iudicio magis damnabitis. „Etenim δικαιοῦν ex notione aequum censendi accipit vim condemnandi et puniendi.“ Arn. Cf. Herod. I 100. III 29. Plat. Leg. 934 b. Δικαιώσετε (cf. V 26, 2) coniecit Elmsl. ad Eur. Med. 93, ad quod praeoptandum propensi sunt Dind. et Bloomf. Confer tamen Buttm. Gr. max. II 1 p. 86 (ed. 2) et de medio cum pronomine reflexivo iuncto I 33, 3. — εἰ . . . ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν . . . ἄρχοιτε. Cf. Matth. Gr. § 508 e adn. 1. § 524 adn. 3. — οὐ χρεὼν et οὐ προσῆκον. Cf. adn. I 120, 3. Utrumque vim con-

ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾶν, παρὰ τὸ εἰκός τοι καὶ
τούσδε ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι, ἢ παύεσθαι τῆς
ἀρχῆς καὶ ἐκ τοῦ ἀκινδύνου ἀνδραγαθίζεσθαι.
τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι, καὶ μὴ
ἀναλγητότεροι οἱ διαφεύγοντες τῶν ἐπιβουλευσάν- 5
των φανῆναι, ἐνθυμηθέντες ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς
ποιῆσαι κρατήσαντας ὑμῶν, ἄλλως τε καὶ προϋπάρ-
ξαντας ἀδικίας. μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει 6
τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται καὶ διολλύ-
ναι, τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου
ἐχθροῦ· ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν χαλε-

§ 5. οἱ διαφεύγοντες. H. οἱ διαφυγόντες. Sed vid. adn. II 2, 4 et interpr. Xen. Anab. VI 1 (3), 4.

§ 6. διόλλυνται codd. Cf. adn.

ἀνάγκῃ. Cass. Cl. Ven. Vind. Mosqu. Ar. Chr. Dan. M. et corr. Aug. δίκῃ. „Si vulgatam lectionem et Vallae . . . interpretationem sequimur, sententia erit: qui ab alio, nulla necessitate ad vim vel iniuriam faciendam coacto [propr. praeter

cessivam habet. De καί alteri addito cf. Krueg. Gr. § 56, 13 adn. 2. — ξυμφόρως] τοῦ συμφέροντος ἕνεκα. Schol. Cf. adn. II 64, 2. — ἐκ τοῦ ἀκινδύνου (= ἀκινδύνως, cf. adn. I 51, 2) ἀνδραγαθίζεσθαι. Cf. ἀπραγμοσύνη ἀνδραγαθίζεσθαι II 63, 2.

§ 5. τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ] . . . ᾗ ἂν ἐτιμωρήσαντο καὶ αὐτοὶ ὑμᾶς, περιγενόμενοι ὑμῶν. Schol. — ἀναλγητότεροι, i. e. ἀναισθητότεροι, ἧσσον ἀλγοῦντες ἐφ' οἷς ἀδικεῖσθε. — οἱ διαφεύγοντες. Cf. sd. — ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι, quae verisimile est ipsos facturos fuisse, propr. quae verisimile erat ipsos facturos esse. In verbis εἰκὸς ἦν imperfectum ad tempus defectionis respicit. De ποιῆσαι cf. adn. 10, 6.

§ 6 διόλλυνται, quod in codd. legitur, active disperdunt, funditus perditum eunt, interpretantur Bloomf. Arn. al., quae explanatio defensa est maxime a Doederl. Lect. Homer. spec. III p. 11 sq. Sed is refutatus est a Wex. Epist. crit. p. 10 et in ed. mai. ad VI 12. Hermannus διόλλυνται cum participio ὑφορώμενοι iungi iussit, ut hoc diceretur: dispereunt, si suspicantur, i. e. tolerare non possunt vivere suspicantes. Sed cum διόλλυσθαι nusquam vim non sustinendi habeat, ne haec quidem ratio probari potest. Quod nunc rescriptum est διολλύναι (penitus perdere) ita verbo ἐπεξέρχονται adiungitur, ut consilium insectandi (cf. V 89) indicet. Cf. IV 36, 1. 114, 2. 127, 2. V 56, 3. VI 8, 2. VIII 29, 2. adn. I 128, 3. Verte: insectantur, ut etiam penitus perdant. — τὸν κίνδυνον . . . ἐχθροῦ, suspicantes periculum a superstite inimico sibi impendens. Cf. Batrachom. 9 μῦς γαλέης κίνδυνον ἀλύξας et adn. 58, 5. Contra Class., qui τὸν in αὐτὸν mutavit, cf. Annal. phil. 1868 p. 109. — μὴ ξὺν ἀνάγκῃ.

7 πώτερος διαφυγὼν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ. μὴ ἐπίλογοι.
οὖν προδόται γένησθε ὑμῶν αὐτῶν, γενόμενοι
δ' ὅτι ἐγγύτατα τῇ γνώμῃ τοῦ πάσχειν καὶ ὡς
πρὸ παντὸς ἂν ἐτιμήσασθε αὐτοὺς χειρώσασθαι,
νῦν ἀνταπόδοτε μὴ μαλακισθέντες πρὸς τὸ παρ-
ὸν αὐτίκα μηδὲ τοῦ ἐπικρεμασθέντος ποτὲ δει-
8 νοῦ ἀμνημονοῦντες. κολάσατε δὲ ἀξίως τούτους
τε καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις παράδειγμα σαφὲς
καταστήσατε, ὃς ἂν ἀφιστῆται, θανάτῳ ζημιω-
σόμενον. τόδε γὰρ ἢν γνῶσιν, ἧσσον τῶν πολε-

necessitatem, i. e. cum eum non lacessierit], laesus est. Fortassis ita scripserit Thucydides. Sed tamen altera scriptura *ξὺν δίκῃ* non male respondet praecedenti sententiae; nam qui aliquem *μὴ ξὺν προφάσει* malo afficit, eum utique *μὴ ξὺν δίκῃ* laedit." Duk. Scripturam *ξὺν δίκῃ* tamen correctionis seu interpretationis speciem habere recentiores critici censent.

§ 7. *ἐγγύτατα τῇ*. In optimis libris male *ἐγγυτάτῃ*. „Quod . . . librariis tribuendum videtur, qui neglexerunt geminare syllabam *τα* . . . Cf. I 143, 5 *καὶ νῦν χρὴ ὅ τι ἐγγύτατα τούτου διανοηθέντας*." Duk. Cf. etiam adn.

Cf. adn. IV 130, 6. — *τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ*, quam is, qui ex aequo inimicus fuit, i. e. qui pariter inimicum se praebuit, aeque alterum laesit (atque hic ipsum). Sic nunc Arn. quoque. Ceterum cf. ed. mai. et de formula *ἀπὸ τῆς ἴσης* adn. I 15, 2.

§ 7. *γενόμενοι . . . πάσχειν*, sed cogitatione quam proxime accedentes ad mala, quae passuri eratis, sive haec mala cogitatione fingentes, animo concipientes vel praecipientes. Similiter *γενέσθαι λόγῳ ἐν χρόνῳ* Plat. Menex. 239 d, *τῇ διανοίᾳ* (vel *τὴν διάνοιαν*) *ἐν τῷ δικαστηρίῳ* Aeschin. III 153. — *καὶ ὡς* cet. Aut ante *ὡς* ex verbis *γενόμενοι τῇ γνώμῃ* participium cogitandi vim habens repetendum, aut copulatis per orationis mutationem verbis *γενόμενοι δὲ καὶ ὡς ἂν ἐποιήσασθε* coniunctio *ὡς* quia interpretanda. Participium enim cum enuntiatis temporalibus et causalibus interdum *καί* particula copulari videbimus ad IV 63, 4. — *πρὸ παντὸς ἂν ἐτιμήσασθε*. Cf. Matth. Gr. § 575 extr. — *μαλακισθέντες*. Cf. adn. 37, 1. — *πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα*, ob praesentem nunc ipsorum fortunam. Haereas in dicendi genere et ob collocationem verborum et ob verbositatem. Sed de illa cf. adn. I 137, 4. II 7, 2, al.; haec non maior certe est quam in formulis *ἐν τῷ τότε παρόντι* I 95, 7, *τῶν ἔπειτα μελλόντων* I 123, 1, similibus. *Τὸ παραυτίκα* tamen coniecit Schneider Saxo.

§ 8. *κολάσατε . . . τούτους τε*. De collocatione verborum ex anacolutho orta cf. adn. I 16. II 37, 2. III 36, 2. — *ζημιωσόμενον*. Participium a locutione *σαφὲς παράδειγμα καταστήσατε* pendens iustam nobis defensionem habere videtur ex similibus exemplis 67, 6 *ποιήσατε . . . παράδειγμα οὐ λόγων τοὺς ἀγῶνας προθήσον-*

μίων ἀμελήσαντες τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν μαχεῖσθε ξυμμάχοις."

Κλέωνι Διόδοτος ἀντιλέγει.

41. Τοιαῦτα μὲν ὁ Κλέων εἶπε. μετὰ δ' αὐτὸν Διόδοτος ὁ Εὐκράτους, ὅσπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ἀντέλεγε μάλιστα μὴ ἀποκτεῖναι Μυτιληναίους, παρελθὼν καὶ τότε ἔλεγε τοιάδε.

Διοδότου δημηγορία ὑπὲρ τῶν Μυτιληναίων, ὃς ἐλέγχει μὲν τοὺς μεμφομένους τοὺς λόγους καὶ ἐκφοβοῦντας τοὺς ἀντιλέγοντας·

42. „Οὔτε τοὺς προθέντας τὴν διαγνώμην 1
αὖθις περὶ Μυτιληναίων αἰτιῶμαι, οὔτε τοὺς μεμ-
φομένους μὴ πολλάκις περὶ τῶν μεγίστων βου-
λεύεσθαι ἐπαινῶ, νομίζω τε δύο τὰ ἐναντιώτατα
εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργήν, ὧν τὸ μὲν
μετὰ ἀνοίας φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ μετὰ ἀπαι- 2
δευσίας καὶ βραχύτητος γνώμης. τούς τε λόγους

Cap. **42.** § 1. *νομίζω τε* Cass. Aug. Cl. Ven. F. Pal. It. Vat. Reg. Gr. Laur. Mosqu. m. Vulgo et Bekk. *νομίζω δέ*. *Τέ* ad negationem refertur etiam I 67, 1. VII 68, 3. Atque etiam apud Latinos particulas copulativas cum alibi tum post negationes ad contraria coniungenda legi docet Hand. Tursell. II p. 494 sqq. Arnoldus quae vulgatae olim opposuit, nunc omisit.

τες, ἀλλ' ἔργων, 64, 1 *δῆλον ἐποιήσατε . . . οὐ μηδίσαντες*. Lycurg. 50 *φανερὸν πᾶσιν ἐποίησαν οὐκ ἰδίᾳ πολεμοῦντες*, ubi sententiae participiis enuntiatae eodem modo obiecti vice funguntur. Contra Class., qui *ὡς* ante *ὃς* inserit, cf. Annal. phil. 1858, p. 109. Fuerunt quibus placeret quod in Mus. Rhen. XVI p. 629 propositum est, ut *ὃς . . . ζημιωσόμενον* post *γνῶσιν* verbum transponerentur. Lenius *ζημιωσόμενοι* Meinek. in Herm. III p. 363 coniecit, sed eius futuri vim activam exemplis non comprobavit. De dativo *θανάτῳ* cf. II 65, 3, de flexione verbi § 3.

Cap. **41.** *Εὐκράτους*. Estne ὁ *στυππειοπώλης* Aristoph. Equ. 129, ubi cf. Schol., an frater Niciae? Cf. Roscher. de Vit. Thuc. p. 411. — *ἀντέλεγε . . . μὴ ἀποκτεῖναι*. Cf. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 2.

Cap. **42.** Cum Diodotea oratione conferri potest Caesariana apud Salust. Cat. 51. „*Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν Κλέων τὸ δίκαιον [μάλιστα] προβάλλεται, οὗτος δὲ ὁ Διόδοτος [μόνον] τὸ συμφέρον.*" Schol.

§ 1. *οὔτε τοὺς προθέντας . . . αἰτιῶμαι*] *πρὸς τὸ „καὶ θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις [περὶ Μυτιληναίων λέγειν*" 38, 1]. Schol. — *τὴν διαγνώμην*, fere idem atque *γνώμας* 36, 5 (cf. I 139, 3) aliter ac I 87, 6. — *τοὺς μεμφομένους μὴ . . . βουλεύεσθαι*] *πρὸς τὸ „εἰ βέβαιον ἡμῖν μηδὲν καθεστήξει ὧν ἂν δόξῃ πέρι*" [38, 3]. Schol. *Μή* om. unus Mosqu. Cf. de eo Matth. Gr. § 534 adn. 5. — *ἐναντιώτατα . . . ὀργήν*. Cf. Cort. ad Salust. Iug. 64. — *ὧν τὸ μὲν . . . τὸ δὲ . . . γνώμης*, quorum alterum (*τὸ τάχος*) cum dementia fieri solet, alterum (*ἡ ὀργή*) cum intemperantia et brevitate consilii.

§ 2. *τούς τε λόγους . . .*] *πρὸς τὸ „θεαταὶ μὲν τῶν λό-*

ὅστις διαμάχεται μὴ διδασκάλους τῶν πραγμάτων γίγνεσθαι, ἢ ἀξύνετός ἐστιν, ἢ ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει· ἀξύνετος μέν, εἰ ἄλλῳ τινὶ ἡγεῖται περὶ τοῦ μέλλοντος δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ ἐμφανοῦς φράσαι, διαφέρει δ' αὐτῷ, εἰ βουλόμενός τι αἰσχρὸν πεῖσαι εὖ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν ἡγεῖται περὶ τοῦ μὴ καλοῦ δύνασθαι, εὖ δὲ διαβαλὼν ἐκπλῆξαι ἂν τούς τε ἀντεροῦντας καὶ τοὺς ἀκουσομέ-
3 νους. χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα. εἰ μὲν γὰρ ἀμαθίαν κατῃτιῶντο, ὁ μὴ πείσας ἀξυνετώτερος ἂν δόξας εἶναι ἢ ἀδικώτερος ἀπεχώρει· ἀδικίας δ' ἐπιφε-

§ 3. προκατηγοροῦντες Laur. Gr. E. F., reliqui προσκατ. Cf. adn.

γων γίγνεσθαι" καὶ τὰ ἑξῆς [38, 4 sqq.]. Schol. — διαμάχεται. — Cf. adn. 40, 2. — ἢ ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει, aut privatim aliquid ipsius interest. Cf. τὰ διαφέροντα II 43, 5. VI 92, 5. — εὖ μὲν εἰπεῖν ... εὖ δὲ διαβαλών. In his, quae inter se respondere patet, εὖ cum eadem ambiguitate dictum est, quae in Latino probe inest. — οὐκ ἂν ἡγεῖται. Ἂν cum infinitivo cohaerere perspicuum est. Cf. adn. I 22, 1. Cum eodem autem iungendum est οὐκ, ita ut οὐ δύνασθαι valeat ἀδυνατεῖν.

§ 3. χαλεπώτατοι δὲ ... ἐπίδειξίν τινα. „Tanguntur Cleonis criminationes 38, 3 κέρδει ἐπαιρόμενος τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας παράγειν πειράσεται [cf. 40, 3]. Gravissimi autem demum (calumniatores) ei sunt, qui eloquentiae quandam lucri causa ostentationem antea (antequam adversarius dixit; nam id fecit Cleo) criminantur. Qui προσκατηγοροῦντες scribentes hanc accusationem praeter inutilitatem dicendi fieri volunt, partem tantum eorum quae antea dicta sunt respiciunt. Fieri autem non potest, quin ad proxima quoque verba (εὖ δὲ διαβαλὼν ... ἀκουσομένους) illud προσ- referatur. Atqui non praeter calumniam ea criminatio fit, sed ipsa est gravissima calumnia. De καί particulae vi cf. Herod. I 71 ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς γνώμης καὶ τὸ κάρτα οὔνομα ἐν Λυδοῖσι ἔχων. Haud iustam suspicionis causam praebet quod accus. ἐπίδειξίν τινα sine genet. personae cum προκατηγοροῦντες iungitur. Idem dicendi genus in passivo habes apud Andoc. I 8. 24. Cf. I 95, 3. 5. Inutilis igitur est coniectura ἐπιδείξειν. Verba ἐπὶ χρήμασι ponderis sui causa statim post articulum οἱ posita sunt. — ἀξυνετώτερος ... ἢ ἀδικώτερος, imperitus potius quam iniustus. Non semper igitur ea est vis talium, quam commemorat Matth. Gr. § 456. — ἀπεχώρει] τοῦ δικαστηρίου δηλονότι. Schol. Est Lat. discedere. — ἀδικίας δ' ἐπιφερομένης. Ἀδικία est τὸ ἐπὶ χρήμασι λέγειν, ἐπιφέρειν autem, ut in notissimo dicendi genere αἰτίαν ἐπιφέρειν τινί, est attribuere, obicere. —

ρομένης πείσας τε ὕποπτος γίγνεται καὶ μὴ τυχὼν μετὰ ἀξυνεσίας καὶ ἄδικος. ἥ τε πόλις οὐκ 4
ὠφελεῖται ἐν τῷ τοιῷδε· φόβῳ γὰρ ἀποστερεῖται τῶν ξυμβούλων. καὶ πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιούτους τῶν πολιτῶν· ἐλάχιστα γὰρ ἂν πεισθεῖεν ἁμαρτάνειν. χρὴ δὲ 5
τὸν μὲν ἀγαθὸν πολίτην μὴ ἐκφοβοῦντα τοὺς ἀντεροῦντας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἴσου φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα, τὴν δὲ σώφρονα πόλιν τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι μὴ προστιθέναι τιμήν, ἀλλὰ μηδ' ἐλασσοῦν τῆς ὑπαρχούσης, καὶ τὸν μὴ τυχόντα γνώμης οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν. οὕτω γὰρ ὅ τε κατορθῶν ἥκιστα ἄν, ἐπὶ τῷ ἔτι μειζόνων ἀξιοῦσθαι, παρὰ γνώμην 6

§ 4. πεισθείησαν codd. Optativorum in ην dualem et pluralem a veteribus Atticis ubique contractum esse et Heraclides apud Eust. ad Hom. Od. XXI 195 docet et poetarum scaenicorum usus ostendit. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 18.

§ 6. ἐπὶ τῷ. Cass. Aug. Ven. Pal. It. Vat. Reg. Mosqu. M

μὴ τυχών. Cf. adn. 39, 8. — ἄδικος. Intelleg. γίγνεται (τοῖς ἀνθρώποις, hominum iudicio) δοκεῖ.

§ 4. τοὺς τοιούτους τῶν πολιτῶν. Quales sunt οἱ ἐπὶ χρήμασι προκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα. — πεισθεῖεν. Refertur ad collectivum ἡ πόλις. Cf. 72, 3. VIII 72, 2.

§ 5. χρὴ δὲ . . .] τὸ ἑξῆς, χρὴ φαίνεσθαι μὴ ἐκφοβοῦντα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἴσου ἄμεινον λέγοντα. Schol. At ex collocatione verbi φαίνεσθαι consecutionem verborum hanc potius esse ab Arn. probatam: φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα, μὴ ἐκφοβοῦντα . . ., ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἴσου, videtur apparere. „Ἀπὸ τοῦ ἴσου potest esse aequo iure, aequa condicione; nam qui alium contra se dicentem corruptelae insimulat, non patitur eum aequo iure esse secum, sed condicionem illius deteriorem facit.“ Duk. De φαίνεσθαι, comparere, se praestare cf. adn. 18, 2. — μὴ προστιθέναι τιμήν, non quidem addere novum honorem. — ἀλλὰ μηδ' . . . ὑπαρχούσης. Ad superiora πείσας τε ὕποπτος γίγνεται respici docet Arn. Particulas ἀλλὰ μηδέ etiam Latini hic et paulo post eisdem sed ne . . . quidem exprimunt, Germani hic aber auch nicht, postea sondern nicht einmal dicunt. — τὸν μὴ τυχόντα γνώμης. Haec cohaerent. „Cf. II 35, 3 τῆς ἑκάστου δόξης τυχεῖν.“ Arn. Dio Cass. LII 33. 7 τοὺς μὲν τυχόντας τῆς γνώμης καὶ ἐπαίνει καὶ τίμα· τοὺς δ' ἁμαρτόντας μήτ' ἀτιμάσῃς ποτὲ μήτ' αἰτιάσῃ. Ubi οἱ τυχόντες τῆς γνώμης sunt eidem, de quibus antea haec dixit; ἂν ἀρεσθῇς τοῖς λεχθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν. De γνώμης articulo carente cf. I 38, 3. IV 28, 5. — οὐχ ὅπως. Cf. adn. I 35, 4.

τι καὶ πρὸς χάριν λέγοι, ὅ τε μὴ ἐπιτυχὼν ὀρέγοιτο τῷ αὐτῷ, χαριζόμενός τι καὶ αὐτός, προσάγεσθαι τὸ πλῆθος.

1 43. Ὧν ἡμεῖς τἀναντία δρῶμεν, καὶ προσέτι,
ἤν τις καὶ ὑποπτεύηται κέρδους μὲν ἕνεκα τὰ
βέλτιστα δὲ ὅμως λέγειν, φθονήσαντες τῆς οὐ
βεβαίου δοκήσεως τῶν κερδῶν τὴν φανερὰν ὠφε-
2 λίαν τῆς πόλεως ἀφαιρούμεθα. καθέστηκε δὲ
τἀγαθὰ ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα μηδὲν ἀνυπ-
οπτότερα εἶναι τῶν κακῶν, ὥστε δεῖν ὁμοίως
τόν τε τὰ δεινότατα βουλόμενον πεῖσαι ἀπάτῃ
προσάγεσθαι τὸ πλῆθος καὶ τὸν τὰ ἀμείνω λέγοντα

ἐλέγχει δὲ καὶ Ἀθηναίους ὑπόπτως ἐς τοὺς ῥήτορας ἔχοντας.

ἐπὶ τό. Et *ἐπί* consilium significans non solum, ubi de rebus arcessendis agatur (ut I 116. IV 13), aut ubi loci et consilii notio (ut in formula *ἐπὶ θήραν*) una cogitetur, cum accusativo coniungi posse ex dicendi generibus *ἐφ' ὅπερ* I 59 et *ἐπὶ τοῦτο* V 87 sane intellegitur. Cf. ad. IV 3. Infinitivi tamen in accusativo ita positi apud Thucydidem exempla nulla reperiuntur, dativi plurima. Vid. I 34. 38. 74. 121, al.

Cap. 48. § 2. *βουλόμενον*. In optimis libris *βουλευόμενον*.

§ 6. *ὅ τε μὴ ἐπιτυχὼν ... τὸ πλῆθος*, et qui exciderit consilio (sive cui non successerit), minime eadem re, (id est) et ipse aliquid gratificans, multitudinem sibi conciliare cupiat. *Ἥκιστ' ἂν* ex superiore membro mente repetenda et verba *χαριζόμενος ... αὐτός* explicatio, qualem *ἐπεξήγησιν* vocant, pronominis *τῷ αὐτῷ* videntur esse. Per se autem intellegitur hanc gratificationem praeter animi sententiam fieri; nam idem prorsus est praeter animi sententiam et in aliorum gratiam loqui, sed sub duplici tamquam aspectu positum. Cf. adn. 37, 2 init. At solo *ἂν* repetito Meyer „de nonnullis locis apud Thuc." p. 11 sic interpretatur: et qui non assecutus est, eadem de causa, gratus ex parte aliqua et ipse, studuerit multitudinem sibi conciliare. *Τῷ αὐτῷ* igitur ei videtur esse *διὰ τὸ τὴν πόλιν τὸν μὴ τυχόντα γνώμης οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν*. Ex hac tamen explicatione alterum membrum priori minus respondet.

Cap. 48. § 1. *ὧν ... τἀναντία*. Cf. Matth. Gr. § 366 adn. 2. Krueg. Gr. § 48, 13 adn. 4. — *κέρδους μὲν ... δὲ ὅμως*. Germani membra potius inverterent *τὰ βέλτιστα μέν, κέρδους δὲ ὅμως ἕνεκα*. — *φθονήσαντες ... κερδῶν*. Sententia haec est: invidentes ei lucra, quae eum sibi parasse suspicamur, quamquam parum certa est haec suspicio. De feminino *βέβαιος* cf. adn. I 32, 1.

§ 2. *καθέστηκε*, usu venit, cum infin. ut I 76, 2. IV 97, 3. — *ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα*. „Cum recta dicuntur, id est sine ullo verborum circuitu." Steph. Cf. adn. I 34, 3 et de neutro *εὐθέος* Herm. ad Vig.* § 40 b. Contraria ponuntur paulo post *ἀπάτῃ* et *ψευσάμενον*.

ψευσάμενον πιστὸν γενέσθαι. μόνην τε πόλιν διὰ 3
τὰς περινοίας εὖ ποιῆσαι ἐκ τοῦ προφανοῦς μὴ
ἐξαπατήσαντα ἀδύνατον· ὁ γὰρ διδοὺς φανερῶς
τι ἀγαθὸν ἀνθυποπτεύεται ἀφανῶς πῃ πλέον ἕξειν.
χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦν 4
τι ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦντας λέγειν, ὑμῶν τῶν
δι' ὀλίγου σκοπούντων, ἄλλως τε καὶ ὑπεύθυνον
τὴν παραίνεσιν ἔχοντας πρὸς ἀνεύθυνον τὴν ὑμε-
τέραν ἀκρόασιν. εἰ γὰρ ὅ τε πείσας καὶ ὁ ἐπισπό- 5
μενος ὁμοίως ἐβλάπτοντο, σωφρονέστερον ἂν ἐκρί-

§ 3. *πόλιν*. Cf. adn.
§ 4. *ἀξιοῦν τι* coniectura est Kruegeri et Haasii. Vulgo et Bekk. *ἀξιοῦντι*. Cf. adn.

§ 3. *μόνην τε πόλιν.* De articulo *τήν*, qui in uno Mosqu. post *τε* legitur, apud *πόλεως* nomen omisso vid. adn. I 10, 2. Accus. *μόνην* praedicativum accipias: urbs sola est, quam etc. Privatis enim hominibus usu non venit, ut quominus sine fraude iuventur nimia ipsorum sagacitate impediant. — *διὰ τὰς περινοίας*] *τὰς περιεργίας*. Schol. „Significat nimiam animi sollertiam non solum omnia, quae vere in re aliqua videri possunt, videntem, sed etiam amplius quiddam cogitantem.“ Arn. — *ἐκ τοῦ προφανοῦς*, ut *ἀπὸ τ. πρ.* I 35, 4. Cf. adn. I 51, 2. — *ἀφανῶς πῃ*. Cf. *ἄλλως πως* VI 2, 4, *εὐσχημόνως πως* Xen. Cyr. I 3, 9. — *πλέον ἕξειν*. Cf. adn. I 37, 4.

§ 4. *πρὸς τὰ μέγιστα*, quod attinet ad res maximas, cum summa commoda aguntur. — *καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦν τι*. — Vulgo *ἀξιοῦντι*. Interpretantur autem vulgatam in illa tali existimatione vestra (de rhetoribus, maligna et invidiosa). „Vitiosum esse *ἀξιοῦντι*, ne de ipsa iam eius vocis significatione dicam, poterat duobus modis intellegi; primum quod *τὸ τοιόνδε ἀξιοῦν* non potest dici (nullum enim participiorum, quae neutro genere pro substantivis poni aiunt, exemplum tale est, ut participio additum sit nomen aliquod vel adiectivum vel adiectivi speciem habens), deinde quod *ἐν τῷ τοιῷδε* [cf. adn. II 36, 1] sic per se intellectum legitur frequentissime (ut c. 42 itemque II 36. V 88 et *τῷ τοιούτῳ* III 81. IV 56, al.)“ Haas. Lucubr. Thuc. p. 87 sqq. *Πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε*, de summis commodis atque in tali rerum condicione. Cf. II 36, 1. IV 56, 1. V 88. Falso Haas. docet *καί* sonare etiam, adeo. — *ἀξιοῦν τι ἡμᾶς . . . σκοπούντων*, (oportet) velle nos paulo longius prospicientes dicere quam vos, qui per breve tempus res consideratis (post brevissimam considerationem causae fertis suffragia). De verbis *δι' ὀλίγου* cf. adn. I 77, 6, de neutro *τι* comparativo anteposito Matth. Gr. § 487, 4. — *ὑπεύθυνον τὴν παραίνεσιν ἔχοντας*. Poterant enim eis intendi *γραφαὶ παρανόμων*. — *ἀνεύθυνον* pro *ἀνυπεύθυνον* ut apud Herod. III 80.

νετε· νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥντιν' ἂν τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε καὶ οὐ τὰς ὑμετέρας αὐτῶν, εἰ πολλαὶ οὖσαι ξυνεξήμαρτον.

1 44. Ἐγὼ δὲ παρῆλθον οὔτε ἀντερῶν περὶ
Μυτιληναίων οὔτε κατηγορήσων. οὐ γὰρ περὶ
τῆς ἐκείνων ἀδικίας ἡμῖν ὁ ἀγών, εἰ σωφρονοῦμεν,
2 ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας. ἤν τε γὰρ
ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο
καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον, ἤν τε
καὶ ἔχοντάς τι ξυγγνώμης, ἐᾶν, εἰ τῇ πόλει μὴ
3 ἀγαθὸν φαίνοιτο. νομίζω δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος

ἔπειτα λέγει ὅτι οὐ περὶ τῆς Μυτιληναίων ἀδικίας, ἀλλὰ περὶ τοῦ Ἀθηναίων ξυμφέροντος νῦν σκεπτέον·

§ 5. ἥντινα codd. praeter Vat. ἥν τινα, quo probato iungenda ἥν τινα τύχητε σφαλέντες. At non τινά, sed τι dicendum videtur fuisse, ut I 140 ἢν ἄρα τι καὶ σφαλλώμεθα. Cf. VIII 24. 32. 92. Pluralis verbis τὰ πλείω σφαλῆναι I 69 et similibus in Bloomf. ed. 2 adscriptis non satis defenditur. Ἥν τινος coniecit Dissen, ut τοῦδε σφάλλεσθαι legitur V 110, ἁπάντων VIII 76, al. Τινά om. Cl. et Gr. Cf. adn.

Cap. 44. § 2. ἤν τε καί. Mosqu. Ar. Chr. Dan. εἴτε καί, ex manifesta correctione. Pro nominativo ἔχοντες Cl. ἔχοντας, quod reponendum esse viderunt Lindav. Burges. al. Pro ἐᾶν Cl. ἦν sup. ras., reliqui εἶεν. Vulgatam tuetur Thom. Mag. p. 131, 9. Cf. adn. Paulo post Cass. B. Ar. Chr. Dan. ἐν τῇ πόλει, quam scripturam frustra defendit Bernh. Synt. p. 213.

§ 5. πρὸς ὀργὴν ἥντιν' ἂν τύχητε, ad quemlibet animi motum. De sollemni hac locutione cf. VIII 48, 5. Demosth. IX 54. XXIII 72. Ex constanti eius usu ἥντιν' ἂν pro ἥντινα nunc scripsimus Ceteroqui de integritate verborum non licet dubitare. Πρὸς ὀργήν dictum esse pro ὀργῇ, ut VIII 27, 6 et πρὸς φόβον frequenter apud optimos scriptores, docet Bloomf. Cf. adn. II 65, 8. — εἰ ... ξυνεξήμαρτον. Cf. adn. 9, 2.

Cap. 44. § 1. οὔτε κατηγορήσων. Suppl. αὐτῶν.

§ 2. ξυμφέρον. Cf. adn. 59, 2. — ἤν τε καὶ ... ἐᾶν. Corruptum est εἶεν, quia ἢν cum optativo coniungi hic non potest. „Tractatus est hic locus a multis, a me ipso ad Vig. p. 822. Neque, opinor, debebam ab sententia ibi proposita recedere. Nihil est enim, quod accommodatius illi loco sit, quam εἶεν pro apodosi esse, ut ad ἔχοντες ex praecedentibus intellegatur ἀδικῶσιν.“ Herm. de part. ἄν p. 149. Cur haec ratio parum probaretur, explicatum est in ed. mai. Quali arte Klotzius ad Devar. p. 460, ut vulgatam defendat, hoc quoque loco orationem obliquam vel cogitationem ac iudicium alterius cognoscendum esse efficere studeat, legas apud ipsum. Nos putamus ἔχοντας legendum (cf. sd.), et εἶεν depravatum esse. Pro hoc recepimus quod coniecerunt Lindav. et Burges. ad Proleg. p. 121; ζῆν homo doctus in Ephemer. Hal. 1820 m. Iul., ἐλεεῖν Fittbogen. Ad ἐᾶν, de cuius sen-

ἡμᾶς μᾶλλον βουλεύεσθαι ἢ τοῦ παρόντος. καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται, ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι πρὸς τὸ ἧσσον ἀφίστασθαι θάνατον ζημίαν προθεῖσι, καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ ἐς τὸ μέλλον καλῶς ἔχοντος ἀντισχυριζόμενος τἀναντία γιγνώσκω. καὶ οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς τῷ εὐπρεπεῖ 4
τοῦ ἐκείνου λόγου τὸ χρήσιμον τοῦ ἐμοῦ ἀπώσασθαι. δικαιότερος γὰρ ὢν αὐτοῦ ὁ λόγος πρὸς τὴν νῦν ὑμετέραν ὀργὴν ἐς Μυτιληναίους τάχ' ἂν ἐπισπάσαιτο· ἡμεῖς δὲ οὐ δικαζόμεθα πρὸς αὐτούς, ὥστε τῶν δικαίων δεῖν, ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ὅπως χρησίμως ἕξουσιν.

§ 3. προθεῖσι. Ven. C. Gr. E. Laur. Lugd. Mosqu. Ar. προσθεῖσι. „Infra c. 82 [§ 8] τιμωρίας προτιθέντες. At supra c. 39 [§ 7] εἰ τὰς αὐτὰς ζημίας προσθήσετε.“ Duk. Cf. 45, 3 et adn.39, 7. Sed de poena in terrorem ostentanda sermo est. Cf. adn.

tentia cf. VIII 63, 4. Plat. Eythyphr. 4 b, subaudias κελεύσω, ἔχοντας a subaudiendo ἀποφήνω pendet. Cf. 67, 4. VIII 48, 5. Contra Class. εἶεν perperam tuentem cf. Annal. phil. 1868 p. 116.

§ 3. ἢ τοῦ παρόντος. De praepositione non iterata cf. adn. VII 47, 4. — τοῦτο ὅ, quod ad id attinet quod. Similiter simplex ὅ in Xen. Anab. V 5, 20. VI 1, 29. Cf. Herod. III 81. Xen. Anab. V 5, 22. Hist. Gr. II 3, 45. — ἰσχυρίζεται, affirmat, asseverat. Cf. VII 49, 1. — ξυμφέρον ἔσεσθαι. Est appositio seu epexegesis relativi ὅ. Cf. Matth. Gr. § 478. — θάνατον ζημίαν. Cf. adn. II 24, 1. — προθεῖσι. Cf. adn. 40, 1. 45, 1. De participio cf. I 118, 3. Matth. Gr. § 555 adn. 2.

§ 4. τῷ εὐπρεπεῖ (i. e. διὰ τὸ εὐπρεπὲς) τοῦ . . . λόγου. Cf. adn. 38, 2. — δικαιότερος γὰρ ὢν αὐτοῦ ὁ λόγος, iustior enim cum sit eius oratio. — πρὸς τὴν . . . ὀργήν, secundum iram vestram i. e. iustior illius oratio est, si ex ira vestra eam metimini. Cf. I 10, 5. De articulo ante verba ἐς Μυτιλ. non iterato cf. Krueg. Gr. § 50, 9 adn. 9. — ἐπισπάσαιτο, ad se attrahat, alliciat (vos). — δικαζόμεθα. Cf. adn. I 77, 2. — ὥστε τῶν δικαίων δεῖν. Sententia haec est: ut de iure nobis sit quaerendum. Pluralem scholiasta singulari explicat, sed videtur „haec esse rarior notio voc. τὸ δίκαιον, quae invenitur III 54, 1 in vv. παρεχόμενοι ἃ ἔχομεν δίκαια, ubi Steph. Thes. explanat quae afferuntur ad tuendum ius nostrum.“ Bloomf. Cf. Demosth. XVIII 7 et Casaub. ad Theophr. Char. c. 7. Sic iusta Ter. Phorm. II 1, 50 et δικαιώματα I 41, 1. — χρησίμως] ἡμῖν δηλονότι. Schol.

1 45. Ἐν οὖν ταῖς πόλεσι πολλῶν θανάτου ζημία πρόκειται καὶ οὐκ ἴσων τῷδε, ἀλλ' ἐλασσόνων ἁμαρτημάτων· ὅμως δὲ τῇ ἐλπίδι ἐπαιρόμενοι κινδυνεύουσι, καὶ οὐδείς πω καταγνοὺς ἑαυτοῦ μὴ περιέσεσθαι τῷ ἐπιβουλεύματι ἦλθεν ἐς τὸ δει-
2 νόν. πόλις τε ἀφισταμένη τίς πω ἥσσω τῇ δοκήσει ἔχουσα τὴν παρασκευήν, ἢ οἰκείαν ἢ ἄλλων
3 ξυμμαχίᾳ, τούτῳ ἐπεχείρησε; πεφύκασί τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν, καὶ οὐκ ἔστι νόμος ὅστις ἀπείρξει τούτου, ἐπεὶ διεξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι προστιθέντες, εἴ πως ἧσσον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακούργων· καὶ εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτάς, παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ ἐς τὸν θάνατον αἱ πολ-

καὶ διδάσκει ὅτι τὸ θάνατον ζημίαν προθεῖναι οὐδὲν ὠφελεῖ πρὸς τὸ ἀποτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἁμαρτημάτων·

Cap. 45. § 1. Toto hoc loco hodie utare, cum agitur de poena capitis abroganda. — *θανάτου ζημία* ut 46, 1. Isocr. VIII 50. — *πρόκειται* optime respondet superiori *προθεῖσι* 44, 3. — *καὶ οὐκ ... ἁμαρτημάτων*, etiam eorum, quae huic non aequalia, sed minora sint delicta. De *οὐκ ἴσων, ἀλλ' ἐλασσόνων* cf. II 45, 1. — *καταγνοὺς ἑαυτοῦ*, iudicans de se contemptim. Cf. VII 51, 1. Xen. Cyr. VI 1, 36 et adn. 16 1.

§ 2. *τίς πω*. Cf. Buttm. Gr. § 149, 21. — *ἥσσω ... παρασκευήν*, (iusto) minorem se existimans habere apparatum, Port. Cf. adn. II3 5, 2. — *τὴν παρασκευήν, ἢ οἰκείαν*. Articulus nisi delendus est, quod ideo non placet, quia bene eo significatur is apparatus, quem urbs habebat, ideo videtur non esse iteratus, quia verba plena essent *ἢ οἰκείαν τινά*, i. e. *εἴτε οἰκεία τίς ἐστιν, ἣν ἔχει*. Quare comma interposuimus. In altero inciso pro adiectivo *ἢ ξυμμαχικήν* leguntur haec substituta: *ἢ ἄλλων ξυμμαχίᾳ* (*ἔχουσα παρασκευήν*). — *τούτῳ*, i. e. *τῷ ἀφίστασθαι*.

§ 3. *πεφύκασι ... ἁμαρτάνειν*. Cf. Soph. Ant. 1023 *ἀνθρώποισι γὰρ Τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν*. De *τέ* particula cf. adn. 40, 4. — *διεξεληλύθασι ... προστιθέντες*, per omnia poenarum genera iverunt eas iniungentes. Cf. adn. 39, 7. — *εἴ πως*. Cf. Matth. Gr. § 526. — *κεῖσθαι*. Sic iterum 47, 3. Passivum est verbi *τιθέναι*. Cf. 70, 4 et VIII 67, 2. — *παραβαινομένων*. Gl. Lugd. *τῶν ζημιῶν*. Non aliter positus est genetivus quam V 4, 4 *τῶν ... ἐκπεσόντων οἱ πολλοί*. Vertas igitur: cum vero neglegerentur, temporis progressu ad mortem plurimae earum processerunt. Verbum *παραβαίνειν* non solum migrandi, violandi, sed etiam neglegendi, nihil curandi vim habet. Cf. Aeschin. III 204 *οὐ τοὺς νόμους μόνον παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀναρρήσεως καὶ τὸν τόπον*. Similiter Demosth. XXIV 32. — *ἐς τὸν*

λαὶ ἀνήκουσι· καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται. ἢ 4
τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστὶν
ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει, ἀλλ' ἡ μὲν πενία ἀνάγ-
κῃ τὴν τόλμαν παρέχουσα, ἡ δ' ἐξουσία ὕβρει τὴν
πλεονεξίαν καὶ φρονήματι, αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι
ὀργήν [τῶν ἀνθρώπων], ὡς ἑκάστη τις κατέχεται
ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος, ἐξάγουσιν ἐς τοὺς
κινδύνους. ἥ τε ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ παντί, ὁ 5
μὲν ἡγούμενος, ἡ δ' ἐφεπομένη, καὶ ὁ μὲν τὴν
ἐπιβολὴν ἐκφροντίζων, ἡ δὲ τὴν εὐπορίαν τῆς τύ-
χης ὑποτιθεῖσα, πλεῖστα βλάπτουσι, καὶ ὄντα

Cap. 45. § 4. τόδε γε. In optimis libris male τό γε, quod non ita ut τὸ δέ (de quo cf. adn. I 37, 2) ponitur.
ὀργῇ codd. Cf. adn.
§ 5. ἐπιβουλήν Vind. M. C. Cf. adn.

θάνατον ... ἀνήκουσι. De re cf. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 120. — τοῦτο, i. e. τὸ ἐς τὸν θάνατον τὰς πολλὰς ἀνήκειν. Cum hoc quoque loco παραβαίνειν neglegendi vim habeat, non opus est Kruegeri coniectura κἂν τούτῳ.

§ 2. *καὶ ὑμεῖς* cet. Vid. II 3. — *χωρήσαντες.* Suppl. *πρὸς ἡμᾶς.* — *εἰ ἄρα . . . πρᾶξαι*, etiamsi forte iniquius aliquid egisse videbamur. — *οὐ μετὰ τοῦ πλήθους ὑμῶν*, praeter multitudinis vestrae voluntatem. Cf. adn. 62, 4.

ἡμῖν, μήτε νεωτερίσαι ἔργῳ λόγοις τε πείθειν ὥστε ἐξελθεῖν· ἐπιθέμενοι δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν (κατὰ νόμον γάρ δή τινα ἔπασχον), οὓς δὲ χεῖρας προϊσχομένους καὶ ζωγρήσαντες ὑποσχόμενοί τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτενεῖν παρανόμως διεφθείρατε,
3 πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε; καὶ ταῦτα τρεῖς ἀδικίας ἐν ὀλίγῳ πράξαντες, τήν τε λυθεῖσαν ὁμολογίαν καὶ τῶν ἀνδρῶν τὸν ὕστερον θάνατον καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτενεῖν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν,

πείθειν. Lugd. *πεῖσαι*, reliqui *πείσειν*. Cf. adn.

§ 3. *μὴ κτείνειν* codd. Emend. Herwerd. Stud. Thuc. p. 46. Verbum *ὑπισχνεῖσθαι* apud Th. semper futuri infinitivus sequitur. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 8 et adn.

ὑπόσχεσιν. Cass. Aug. It. Vat. G. Bekk. *ὑπόθεσιν.* At respicitur ad superius *ὑποσχόμενοι* et ad ea, quae II 5 narrata sunt. Neque iniuriae accusari possent Plataeenses, si opinionem aliquam (quid enim aliud esset hic *ὑπόθεσις*?) Thebanorum fefellissent. Denique dicendi generis *ψευσθῆναι ὑπόσχεσιν*, falli promissum, exempla attulit Bloomf. hic et ad V 83; at quis scripserit *ψευσθῆναι ὑπόθεσιν*, non meminimus, et putamus aptius dici *ὑποθέσεως*, ut *γνώμης*, *δόξης*, *ἐλπίδος*. Denique ipsum nomen *ὑπόθεσις* nusquam alibi apud Thuc. legitur.

I 128,3. — *μήτε νεωτερίσαι.* De infinitivo vid. Matth. Gr. § 532 f. Verbum de hac re affuit II 4, 1. — *πείθειν.* Ad conatum significandum praesenti opus est. Codd. scripturam emend. Class. — *ἐπιθέμενοι* cohaeret cum verbis *οὓς μὲν ἀπεκτείνατε* et *οὓς δὲ διεφθείρατε* et antepositum est ideo, quod et ad ambo membra relativa pertinet et superioribus *τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν* contrarium est. In quo hanc licentiam scriptor admisit, ut alteram sententiam non convenienter priori verbo finito, sed participio exprimeret. Accuratius locutus esset: *ἐπέθεσθε δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν, ἐν ᾧ οὓς μὲν κ. τ. λ.* Similiter Xen. Anab. I 3, 8 scripsit ὁ *δὲ ἰέναι μὲν οὐκ ἤθελε, λάθρᾳ δὲ . . . πέμπων αὐτῷ ἄγγελον ἔλεγε* pro *λάθρᾳ δὲ . . . ἔπεμψε αὐτῷ ἄγγελον λέγων.* — *οὐχ ὁμοίως.* Cf. adn. 12, 6. — *χεῖρας προϊσχομένους.* Cf. 58, 3. De re vid. II 4, 7. — *ὑποσχόμενοί τε* cet. Vid. II 5, 5 sqq.

§ 3. *καὶ ταῦτα.* Si minus plenam interpunctionem nunc post *ἀδικῶμεν* verbum positam servamus, haec et proxima videntur sic interpretanda, ut *τρεῖς ἀδικίας* praedicative appositum sit ad *ταῦτα*. Cf. Krueg. Gr. 57, 3 adn. 7 et § 61, 7 adn. 4. Nam ex hac interpunctione non apta huic loco est formula *καὶ ταῦτα*, de qua vid. Matth. Gr. § 470, 6. Male Krueg. *καὶ ταῦτα πράξαντες* collato Herod. I 197. VII 144 simul ad *εἴργασθε* et ad *ὅμως φατέ* refert; nam huic quidem eadem locutionis *καὶ ταῦτα* vis quae *εἴργασθε* verbo apta non est. — *τήν τε λυθεῖσαν ὁμολογίαν*, i. e. *τό τε λυθῆναι τὴν ὁμολ.* Similiter paulo post. Cf. adn. 36, 2. — *τὴν περὶ . . . ὑπόσχεσιν.* Haec grammatice sic expedienda: *τὴν*

ἣν τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς ὑμῖν μὴ ἀδικῶμεν, ὅμως
φατὲ ἡμᾶς παρανομῆσαι καὶ αὐτοὶ ἀξιοῦτε μὴ ἀντι-
δοῦναι δίκην. οὔκ, ἥν γε οὗτοι τὰ ὀρθὰ γιγνώ- 4
σκωσι· πάντων δὲ αὐτῶν ἕνεκα κολασθήσεσθε.

(εʹ) τοῦ προτρεπτικοῦ μέρους τοῦ τῶν Πλαταιῶν λόγου ἀνασκευή.

67. Καὶ ταῦτα, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τούτου ἕνεκα 1
ἐπεξήλθομεν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἡμῶν, ἵνα ὑμεῖς
μὲν εἰδῆτε δικαίως αὐτῶν καταγνωσόμενοι, ἡμεῖς
δὲ ἔτι ὁσιώτερον τετιμωρημένοι, καὶ μὴ παλαιὰς 2
ἀρετάς, εἴ τις ἄρα καὶ ἐγένετο, ἀκούοντες ἐπικλα-
σθῆτε, ἃς χρὴ τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐπικούρους
εἶναι, τοῖς δὲ αἰσχρόν τι δρῶσι διπλασίας ζη-
μίας, ὅτι οὐκ ἐκ προσηκόντων ἁμαρτάνουσι. μηδὲ
ὀλοφυρμῷ καὶ οἴκτῳ ὠφελείσθων, πατέρων τε
τάφους τῶν ὑμετέρων ἐπιβοώμενοι καὶ τὴν σφε-
τέραν ἐρημίαν. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀνταποφαίνομεν 3
πολλῷ δεινότερα παθοῦσαν τὴν ὑπὸ τούτων ἡλι-

§ 4. οὔκ Cass. Cl. T. Mosqu. et a rec. mau. Pal. Vulgo οὐκ. Cf. adn.
Cap. 67. § 2. ὠφελείσθωσαν codd. Cf. sd. 39, 6.

περὶ αὐτῶν, (ἤγουν ὑμᾶς) μὴ κτενεῖν (αὐτούς), ἡμῖν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν, i. e. τὸ ψευσθῆναι ἡμῖν τὴν ὑπόσχεσιν ὅτι οὐ κτενεῖτε αὐτούς. Ceterum cf. sd. et de vv. τὴν ὑπόσχεσιν μὴ κτενεῖν supra 58, 1 τὴν δωρεὰν μὴ κτείνειν.

§ 4. οὔκ, ἥν γε cet. „Si grammaticorum praecepta sequimur, potius scribendum est οὔκ [quam οὐκ]." Duk., qui Latine non ita dici posse addit. Cf. de hoc usu solius οὔκ V 101. Fritzsch. ad. Luci. p. 202. Pflugk. ad Eur. Hec. 399.

Cap. 67. § 1. ἵνα ὑμεῖς ... τετιμωρημένοι, ut vos quidem sciatis hos a vobis iuste damnatum iri, nos vero (sciamus) etiam religiosius ultionem nos ab eis petivisse (accusando et, ut condemnentur, efficiendo).

§ 2. καὶ μή. Ante haec virgula ponenda est, quod superior oratio tota in eo versatur, ut Plataeenses suas virtutes laudantes Thebanorumque iniurias querentes refellantur. Cf. 61, 1. Quae autem inde a verbis μηδὲ ὀλοφυρμῷ secuntur, ad restinguendam misericordiam spectant, quam Plataeenses imploraverunt. — εἴ τις ἄρα καὶ ἐγένετο, si modo aliqua etiam fuit, non solum simulatur. Cf. adn. IV 48, 5. — διπλασίας ζημίας. Singularem numerum videri requiri adnotat Arn. Legitur is certe I 86, 1, quo loco sententia illustratur. Sed cf. 39, 7. Ἔστι τί μοι ζημία sonant aliquid mihi poenae est. — οὐκ ἐκ προσηκόντων, contraquam eis convenit. Cf. Matth. Gr. § 574 p. 1834. Bernh. Synt. p. 461. — πατέρων ... ἐρημίαν. Vid. 57, 4. 59, 2.

§ 3. ἡλικίαν, iuventutem, pro concreto, ut νεότης II 8, 1.

*κίαν ἡμῶν διεφθαρμένην, ὧν πατέρες οἱ μὲν
πρὸς ὑμᾶς τὴν Βοιωτίαν ἄγοντες ἀπέθανον ἐν
Κορωνείᾳ, οἱ δὲ πρεσβῦται λελειμμένοι κατ' οἰ-
κίας ἐρῆμοι πολλῷ δικαιοτέραν ὑμῶν ἱκετείαν
4 ποιοῦνται τούσδε τιμωρήσασθαι. οἴκτου τε ἀξιώ-
τεροι τυγχάνειν οἱ ἀπρεπές τι πάσχοντες τῶν
ἀνθρώπων· οἱ δὲ δικαίως, ὥσπερ οἵδε, τὰ ἐναν-
5 τία ἐπίχαρτοι εἶναι. καὶ τὴν νῦν ἐρημίαν δι' ἑαυ-
τοὺς ἔχουσι· τοὺς γὰρ ἀμείνους ξυμμάχους ἑκόν-
τες ἀπεώσαντο. παρενόμησάν τε οὐ προπαθόντες
ὑφ' ἡμῶν, μίσει δὲ πλέον ἢ δίκῃ κρίναντες καὶ
οὐκ ἀνταποδώσοντες νῦν τὴν ἴσην τιμωρίαν· ἔννομα*

§ 3. *καὶ οἰκίαι* codd. Cf. adn.

§ 5. *παρενόμησαν* Gr., reliqui *παρηνόμησαν*. Exempla perfecti apud Atticos quidem scriptores semper reduplicati (Xen. Hist. Gr. II 1, 31 *παρενενομήκεσαν*, 3, 36 *παρανενομηκέναι*, Dem. XXI 9 *παρανενομηκώς*, XXXXIII 71 *παρανενομήκασιν*, XXXXIV 31. LIV 2 *παρανενομῆσθαι*) documento sunt hos ipsam linguae rationem secutos esse. Longe diversum est *παρημέλουν* (I 25, 3) ex *παρά* et *ἀμελέω* ortum. Itaque eadem augmenti forma hic et Lys. III 17 inferenda est, quam nunc habes apud Herod. VII 288. Dem. XVII 22. Aeschin. III 77. Quam mature verbi originem ignorare coeperint, ostendit *παρηνομημένου* in Corp. inscr. n. 269, 1 e (titulus in Caria factus est a. 355 ante Chr.), nisi lapicidae errorem statuere mavis, qualem ibidem habes *βασιλέοντος* pro *βασιλεύοντος*. Scriptoribus certe hanc qualiscumque est ignorantiam vix recte imputaveris.

ἀνταποδόντες codd. Cf. adn.

— *διεφθαρμένην*. Plataeis. — *οἱ μὲν ... Κορωνείᾳ*. Cf. I 113 et supra 62, 5. — *οἱ δὲ ... ἐρῆμοι*, alii senes relicti in domibus (filiis) orbi. Verba *κατ' οἰκίας* (cf. 30, 2. VIII 92, 2) *διὰ μέσου* collocata ad *λελειμμένοι* et *ἐρῆμοι* simul spectant. Cf. adn. 60. Non recte tuentur codd. scripturam interpretantes: alii senes relicti et domus eorum orbae; nam sic *αἱ οἰκίαι* legi oportet. Nobis *πατέρες* duobus membris (*οἱ μὲν ... οἱ δὲ ...*) antepositum ostendebat de solis patribus sermonem esse. — *ὑμῶν*. Genetivus apud *ἱκετείας* nomen ita legitur, ut apud *ἱκέτου* vocabulum 59, 2.

§ 4. *οἱ δὲ δικαίως*. Subaud. *πάσχοντές τι*. — *τὰ ἐναντία* adverbialiter. Cf. Bernh. Synt. p. 130. Pflugk. ad Eur. Hel. 310. — *ἐπίχαρτοι εἶναι* (*ἀξιώτεροι*), digniores, quorum malis omnes gaudeant. „Etenim *ἐπίχαρτος*, inquit Salomo Prov. XI 3, *ἀσεβῶν ἀπώλεια*.“ Bloomf.

§ 5. *πλέον ἤ*, potius quam. Cf. II 89, 6. V 9, 6. — *ἀνταποδώσοντες*. Codd. scripturam *ἀνταποδόντες* falsam esse eo apparet, quod poenam non iam rependerunt sed rependent eaque res longe diversi temporis est atque *κρίναντες*. Proximum *ἔννομα γὰρ πείσονται*, quo causa affertur, cur poena eorum impar sit, ostendit futurum reponendum esse. — *ἔννομα ... πείσον-*

γὰρ πείσονται καὶ οὐχὶ ἐκ μάχης χεῖρας προϊ-
σχόμενοι, ὥσπερ φασίν, ἀλλ' ἀπὸ ξυμβάσεως ἐς
δεήσεις καὶ ἐπίλογοι. δίκην σφᾶς αὐτοὺς παραδόντες. ἀμύνατε οὖν, ὦ 6
Λακεδαιμόνιοι, καὶ τῷ τῶν Ἑλλήνων νόμῳ ὑπὸ
τῶνδε παραβαθέντι, καὶ ἡμῖν ἄνομα παθοῦσιν
ἀνταπόδοτε χάριν δικαίαν ὧν πρόθυμοι γεγενή-
μεθα, καὶ μὴ τοῖς τῶνδε λόγοις περιωσθῶμεν
ἐν ὑμῖν, ποιήσατε δὲ τοῖς Ἕλλησι παράδειγμα οὐ
λόγων τοὺς ἀγῶνας προθήσοντες ἀλλ' ἔργων, ὧν
ἀγαθῶν μὲν ὄντων βραχεῖα ἡ ἀπαγγελία ἀρκεῖ,
ἁμαρτανομένων δὲ λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες προ-
καλύμματα γίγνονται. ἀλλ' ἢν οἱ ἡγεμόνες, ὥσπερ 7
νῦν ὑμεῖς, κεφαλαιώσαντες πρὸς τοὺς ξύμπαντας

ται. Hacc apud Bekk. est interpositio, quae interpunctio nobis ideo improbanda videtur, quia non intellegimus, quomodo Plataeenses eo, quod se dediderint, vel postquam se dediderint, iniuste egisse dicantur, id quod fit verbis παρενόμησαν παραδόντες σφᾶς αὐτούς. Durissimam distinctionem et explicationem excogitavit Goell. sola ἔννομα γάρ interiecta esse arbitratus. — καὶ οὐχί, et nequaquam, scil. πείσονται. — χεῖρας προϊσχόμενοι. Cf. 66, 2. — ὥσπερ φασίν. Vid. 58, 3. — ἀπὸ ξυμβάσεως . . . παραδόντες. Vid. 52, 2 sq.

§ 6. ἀμύνατε . . . καί. Sic incipiens Thucydides proprie verba ἀνταπόδοτε . . . γεγενήμεθα additurus non erat. Cf. de τέ adn. I 16 et verborum apud καὶ . . . καί hanc ob causam traiectorem exempla 71, 1. IV 105, 1. V 16, 1. 61, 2. 88. VI 65, 1. — τῷ . . . νόμῳ . . . παραβαθέντι. Vid. 66, 2. — ὧν πρόθυμοι, i. e. τούτων ἃ πρόθυμοι, ut τὸ προταλαιπωρεῖν πρόθυμος ἦν legimus II 53, 3. Saepius πρόθυμος ἔς τι dicitur. — μὴ τοῖς . . . ὑμῖν, ne propter istorum orationem apud vos repulsam feramus, Port. Cf. adn. 57, 4. — ποιήσατε . . . παράδειγμα, i. e. δείξατε. Quare participium sequitur. Cf. adn. 40, 8. — λόγων τοὺς ἀγῶνας. „Refertur ad id genus rhetoricarum exercitationum, quod tunc [apud Athenienses maxime] valebat. Cf. 37, 4. 38, 3.“ Bloomf. Ῥητόρων ἀγῶνα vocat Demosth. XVIII 226. Articuli vis haec est: ea certamina, quae proponetis, non verborum, sed factorum (certamina) proponetis. — προθήσοντες. Similiter προκεῖσθαι ἀγῶνα dixerunt Diod. et alii. — ἁμαρτανομένων δέ. De verbis ἔργα ἁμαρτάνεται cf. adn. II 65, 11. — λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες, orationes verbis exornatae, verborum ornatu excultae. Cf. Lob. ad Soph. Ai. 1096. Bergk. Hist. litt. Gr. I p. 432, 24 et cum sententia Sal. Iug. 85. Similiter nonnulli II 41, 4 ἔπη intellegunt, ubi tamen cf. adn.

§. 7. κεφαλαιώσαντες, rebus singulis in unam summam contractis, omnia summatim attingentes, breviter complexi. Omnino de brevi agendi et cognoscendi ratione accipi posse adnotat Heilm., et plane alienam notionem ei verbo

διαγνώμας ποιήσησθε, ἧσσόν τις ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις λόγους καλοὺς ζητήσει.“

1 68. *Τοιαῦτα δὲ οἱ Θηβαῖοι εἶπον. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δικασταὶ νομίζοντες τὸ ἐπερώτημα σφίσιν ὀρθῶς ἕξειν, εἴ τι ἐν τῷ πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν ἀγαθὸν πεπόνθασι, διότι τόν τε ἄλλον χρόνον ἠξίουν δῆθεν αὐτοὺς κατὰ τὰς παλαιὰς Παυσανίου μετὰ τὸν Μῆδον σπονδὰς ἡσυχάζειν καὶ* | Λακεδαιμόνιοι δίκην παρὰ τῶν Πλαταιῶν λαμβάνουσιν ὠμοτάτην, χαρισάμενοι Θηβαίοις.

affinxit Goell. Cum tamen alibi semper de sermone dici videatur, ut VI 91, 7. VIII, 53, 1 hic quoque maxime ad brevem illam interrogationem 52, 4 respicitur. Nam hoc participium, ut paulo post **ποιήσησθε**, non tam cum generali illo **ἡγεμόνες** quam cum **ὑμεῖς** pronomine esse congruens recte vidit Arn. — **διαγνώμας**. Cf. adn. I 87, 6. — **ποιήσησθε**. Verbi persona ad rem comparatam accommodata est. Cf. adn. I 82, 1.

Cap. 68. § 1. **τοιαῦτα δέ**. Cf. adn. I 44, 1. — **οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δικασταί**. Verba finita horum nominativorum sunt **ἀπέκτειναν** et **ἐποιήσαντο**. — **τὸ ἐπερώτημα**. Vid. 52, 4. — **ἕξειν**. Futurum propter **αὖθις . . . ἐρωτῶντες** quod sequitur. Superius **ὀρθῶς** Bloomf. male explicat utiliter, cum esse recte, iuste, ex proximis liqueat. — **διότι τόν τε . . . ἡσυχάζειν**. Verbis **διότι τε ἠξίουν** qui respondere volunt **καὶ . . . ἡγούμενοι** orationisque mutationem eandem esse, quam reperimus I 1, 1 in verbis **ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν . . . καὶ . . . ὁρῶν**, non satis cogitaverunt, ut iusta fieret oppositio, **ὕστερον** cum participio **ἡγούμενοι** coniungendum fuisse. Ita fit deleto **ὅτε**; sed ne sic quidem omnia recte videntur procedere, cum propter sententiam **καὶ νῦν . . . ἡγούμενοι** potius exspectes. Quodsi **καὶ . . . ἡγούμενοι** cum **διότι τε ἠξίουν** verbis iungi nequit, reliquum est, ut **καὶ ὅτε ὕστερον** aut ad **προείχοντο** aut ad **ἐδέξαντο** referatur. Hoc autem duabus de causis statui nequit, primum quod Lacedaemonii ante spretam condicionem, non post eam Plataeenses quiescere volebant; deinde quominus ita sententiam expediamus, **ὡς** obstat, quo **ὡς ἐδέξαντο** verba alio spectare apparet; nam **ὡς** pro **ὅτι** particula post interpositionem iteratum esse (cf. Xen. Cyr. V 3, 30. Kuehn. Gr. § 771,3) ideo statui nequit, quod hac ratione **ἃ . . . προείχοντο κ. τ. λ.** non interposita sed obiectum sunt **οὐκ ἐδέξαντο** verborum. Iam vero, ut, quod unum restat, **καὶ ὅτε ὕστερον** cum **προείχοντο** iungatur, **ἃ** auctoribus Heilmanno et Class. delendum est. — **τόν τε ἄλλον χρόνον ἠξίουν . . . καὶ ὅτε ὕστερον . . . προείχοντο**. Plataeenses quiescere Lacedaemonii et per reliquum tempus volebant et postea cum pacis condicio ab Archidamo oblata est (cf. II 72, 1). Illud magis simulatum quam verum esse adiuncta **δῆθεν** particula ostendit. Semel saltem id factum esse ex II 72, 1 **ἅπερ καὶ τὸ πρότερον ἤδη προυκαλεσάμεθα** cognoscitur. — **τὰς παλαιὰς . . . σπονδάς**. Pactum vel promissum Pausaniae **στρατεῦσαι μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ' αὐτούς** (II 71, 2), a Plut. Arist. 21 magnificentius his verbis expressum: **Πλαταιεῖς ἀσύλους καὶ ἱεροὺς ἀφεῖσθαι**. — **μετὰ τὸν Μῆδον**, i. e. post cladem Medi,

ὅτε ὕστερον [ἃ] πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι προείχοντο αὐτοῖς κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκεῖνα, ὡς ⟨δ'⟩ οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει ἔκσπονδοι ἤδη ὑπ' αὐτῶν κακῶς πεπονθέναι, αὐ-

devicto Medo. Ita post Cremonam Tac. Hist. III 49, post vina Hor. Carm. I 18, 5. Cf. id. III 21, 19 et Rupert. ad Tac. l. d. et adnot. V 2, 1. — προείχοντο] προεβάλλοντο. Schol. Cf. IV 87, 2. — κοινοὺς εἶναι] τουτέστιν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων. Schol. Cf. adn. 53, 2. — ἐκεῖνα] τὰ τοῦ Παυσανίου. Schol. De neutro cf. Krueg. Gr. § 58, 3 adn. 6. — ὡς ⟨δ'⟩ οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι . . . πεπονθέναι cum procul dubio ad causam pertineant, cur Lacedaemonii interrogationem recte se habere putaverint, participium ἡγούμενοι autem verbo ἠξίουν subditum esse nequeat, quod illi non opinionem eam habentes postulaverunt, sed postquam postulaverunt, opinati sunt, ut iuxta ponerentur διότι . . . ἠξίουν et ἡγούμενοι (cf. adn. I 1, 1), δ' addendum erat. Si quidquam ex perversa Vallae interpretatione hic concludi potest, haud temere hoc eum legisse conicias. Vertit enim: at ubi repudiata condicio est. Idem ἃ omittit. — ἡγούμενοι . . . πεπονθέναι, rati se propter sua iusta postulata (ab illis neglecta) iam ut foederis expertes ab illis violatos, Port. (nisi quod hostes male addidit). Ita haec videntur intellegenda, si recte scripta sunt. Verba ab illis neglecta omitti a Thuc. ideo potuerunt, quod antecedunt haec: ὡς οὐκ ἐδέξαντο. Ἔκσπονδοι non explicandum quia ἔκσπονδοι sint, sed se, qui (seu dum) nulla societate adstricti sint, qua ad parcendum illis permoverentur. Erant autem ἔκσπονδοι, quia Plataeenses condiciones ab Archidamo oblatas spreverant. Et „cum essent ἔκσπονδοι, Graecorum iudicio sine certis legibus cum eis vivebant; quare nihil prohibebat, quin supplicio eos afficerent . . . Solum igitur, quod Spartiatae considerabant, erat, num illo foedere, quod Pausanias cum Plataeensibus fecisset, solutos se iudicarent.“ Arn. Falsas aliorum enodationes vide in ed. mai. Comment. et Supplem. Accedat Bloomfieldiana praeter eam, quam pauloante probavimus, in ed. 2 proposita: optimum consilium habentes (with perfectly just intentions of their own), quam notionem soli dativo non subiectam esse apparet. Unum exemplis demonstrare non possumus, βούλησιν postulationem seu oblatam condicionem sonare. Arnoldo igitur in ed. 2 verba τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει non solum propter novam et Atticis prorsus ignotam vim vocis βούλησις, sed etiam propter universam formam et compositionem adeo dissimilia sermoni Graeco aetatis Thucydideae videntur, ut ea aut depravata aut ex scholio orta esse censeat. Quodsi ex interpretamento haec verba orta esse statuimus (et fatendum est hoc plurimum probabilitatis habere), Thucydidem τῇ δικαιώσει scripsisse facile conicias. Ita enim Lacedaemonii ea quam ex foederis iure instituerant postulatione se foedere solutos esse opinantur. Nempe δικαίωσις proprie est postulatio ex iure facta. Cf. V 17, 2. Similem atque hic immigrasse statuimus eiusdem vocabuli interpretationem habet schol. III 82, 4 δικαιώσει δὲ ἀντὶ τοῦ τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ κρίσει et V

θις τὸ αὐτὸ ἕνα ἕκαστον παραγαγόντες καὶ ἐρω-
τῶντες, εἴ τι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους
ἀγαθὸν ἐν τῷ πολέμῳ δεδρακότες εἰσίν, ὁπότε
μὴ φαῖεν, ἀπάγοντες ἀπέκτεινον καὶ ἐξαίρετον
2 ἐποιήσαντο οὐδένα. διέφθειραν δὲ Πλαταιῶν μὲν
αὐτῶν οὐκ ἐλάσσους διακοσίων, Ἀθηναίων δὲ πέντε
καὶ εἴκοσιν, οἳ ξυνεπολιορκοῦντο· γυναῖκας δὲ ἠν-
3 δραπόδισαν. τὴν δὲ πόλιν ἐνιαυτὸν μέν τινα [Θη-
βαῖοι] Μεγαρέων ἀνδράσι κατὰ στάσιν ἐκπεπτω-
κόσι καὶ ὅσοι τὰ σφέτερα φρονοῦντες Πλαταιῶν
περιῆσαν ἔδοσαν ἐνοικεῖν· ὕστερον δὲ καθελόντες
αὐτὴν ἐς ἔδαφος πᾶσαν ἐκ τῶν θεμελίων ᾠκοδό-
μησαν πρὸς τῷ Ἡραίῳ καταγώγιον διακοσίων

17, 2 **δικαιώσεις**] *αἰτήματα δίκαια*. — **τὸ αὐτὸ ἕνα ἕκαστον παραγαγόντες καὶ ἐρωτῶντες**. Est *σχῆμα διὰ μέσου*, de quo vid. Bernh. Synt. p. 351. Lob. ad Soph. Ai. 477. Wund. in Cens. Ai. Lob. p. 181 sqq. al. in ed. mai. c. *Παράγειν* hic et V 45, 4. 46, 5. VIII 53, 2 est producere (in medium). — **ὁπότε μὴ φαῖεν**. Cf. adn. II 15, 1. — **ἀπέκτεινον**. Cf. Dem. LIX 103 et de turpitudine rei Isocr. XIV 62.

§ 2. Cum numeris huius paragraphi cf. II 78, 3. III 20, 2. 24, 2. — **ξυνεπολιορκοῦντο**. Cf. Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 8.

§ 3. **ἐνιαυτόν τινα**, circiter annum, ut numeralibus aliquotiens *τις* additur. Cf. adn. 111, 4. Omittitur *ἕνα*, quod solum *ἐνιαυτός* unum annum significat. Cf. 27, 2. VII 28, 3. — **Θηβαῖοι** recte del. Class. Nam omnium rerum, quae usque ad vocabulum *ἀπεμίσθωσαν* narrantur, eosdem esse auctores facile patet. Verbi *ἀπεμίσθωσαν* autem subiectum esse Peloponnesios sive Lacedaemonios proximum *καὶ ἐνέμοντο Θηβαῖοι* ostendit. Atque urbem diruisse terramque locasse Lacedaemoniorum duces Diod. XII 56, 6 tradit. — **Μεγαρέων . . . ἐκπεπτωκόσι**. Cf. IV 66. — **τὰ σφέτερα φρονοῦντες**. Similiter VI 51, 2 *τὰ τῶν Συρακοσίων φρονοῦντες*. Cf. adn. 63, 2 et de re II 2, 2. — **ἐς ἔδαφος . . . ἐκ τῶν θεμελίων**. Ne alterutrum superfluat, *ἐκ τῶν θεμελίων* (adverbialiter dicitur *ἐκ θεμελίων*) cum *ᾠκοδόμησαν* iunge, ut ex fundamentis urbis dirutae deversorium aedificasse dicantur. Privata aedificia praeter fundamenta ex lăteribus vel lutamento exstructa erant (cf. Boeckh. Oec. civ. I p. 93). Publicum deversorium totum ex saxo factum est. *Ἐς ἔδαφος* iterum IV 109, 1. Male intellectam Thucydideam formulam imitatus est Procopius verbis *καθεῖλε μὲν αὐτὸ ἐς τὸ ἔδαφος ἐκ τῶν θεμελίων* de Aedif. p. 12 d. — **πρὸς τῷ Ἡραίῳ**. De hoc templo vid. Herodot. IX 52. Paus. IX 2, 5. Plut. Arist. 18. Krus. Hell. II 1 p. 595. Leak. Graec. sept. II p. 364. Bursian. Geogr. p. 244. — **καταγώγιον**. Ut videtur, ad homines pios, qui templum Iunonis visitarent, recipiendos. De his deversoriis vid. Beck. Charicl.

ποδῶν πανταχῇ κύκλῳ οἰκήματα ἔχον κάτωθεν καὶ ἄνωθεν, καὶ ὀροφαῖς καὶ θυρώμασι τοῖς τῶν Πλαταιῶν ἐχρήσαντο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος, κλίνας κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν τῇ Ἥρᾳ, καὶ νεὼν ἑκατόμποδον λίθινον ᾠκοδόμησαν αὐτῇ. τὴν δὲ γῆν δημοσιώσαντες ἀπεμίσθωσαν ἐπὶ δέκα ἔτη, καὶ ἐνέμοντο Θηβαῖοι. σχεδὸν δέ τι καὶ τὸ ξύμπαν 4 περὶ Πλαταιῶν οἱ Λακεδαιμόνιοι οὕτως ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο Θηβαίων ἕνεκα, νομίζοντες ἐς τὸν πόλεμον αὐτοὺς ἄρτι τότε καθιστάμενον

I p. 186 sq. — πανταχῇ, quoquoversus (i. e. in quadratum). Cf. Hier. Muell., qui hoc adverbium rectius ad superiora quam ad ea, quae secuntur, referri docet, etsi πανταχῇ κύκλῳ recte coniungi videbimus VII 79, 5. — οἰκήματα, cubicula. Cf. Stallb. ad Plat. Phaed. c. 65. — κάτωθεν καὶ ἄνωθεν, i. e. κάτω καὶ ἄνω. Cf. adn. II 102, 2. — τοῖς ἄλλοις. Est is dativus, pro quo etiam genetivus materiae legitur. Cf. Matth. Gr. § 374 b adn. — ἐν τῷ τείχει . . . σίδηρος. In his si ἐν τῷ τείχει sonant in muro, χαλκὸς καὶ σίδηρος oportet sint retinacula ferrea, quae opus lapideum in summo muro firmaverint (cf. I 93), similesque res aeneae. Ita Bloomf. explicat. Sed primum, etsi σίδηρος in muris exstruendis aliquotiens (ut praeter l. d. IV 69. VI 88) commemoratur, aeris in eis mentionem fieri non meminimus. Deinde ἐπίπλων nomen supellectilem magis quam materiam significans satis recte de illis retinaculis et illo aere vix dicatur. Denique cum antea ὀροφαὶ καὶ θυρώματα domuum Plataeensium fuerint, τὰ ἄλλα ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα de ipsius muri partibus quibusdam explicari posse non existimamus. Quare Heilm. ἐν τῷ τείχει recte intra moenia, i. e. in urbe, videtur interpretatus esse. Cf. I 62, 6 ἐς τὸ τεῖχος κατέφυγεν. — κλίνας. Attende materiem harum κλινῶν. De κλίναις Graecorum universis vid. Beck. Charicl. II p. 115 sq. Hic sunt lecti aerati vel triclinia aerata Latinorum. Vid. interpr. Liv. XXXIX 6, 7. „Hi autem lecti aut usui hospitum in sacris sollemnibus erant destinati aut, id quod Bloomf. existimat, non in templi, sed in deversorii usum facti, ut, qui adoratum venissent, in eis cubarent.“ Arn. in ed. 2. Suam sententiam pluribus tuetur Bloomf. in ed. 2. — νεών. Hanc aediculam ei, quae iam in Ἡραίῳ seu sacro territorio (ἱερῷ) Iunonis fuisset, additam esse a Thebanis, ut deos Plataeenses propitiarent, suspicatur Arn. — ἐνέμοντο. Cf. adn. I 2, 2. II 15, 2.

§ 4. σχεδὸν δέ τι καὶ τὸ ξύμπαν, propemodum autem atque adeo omnino. „Dicendi genus σχεδόν τι redit V 66, 4 et VII 33, 2.“ Arn. Cf. Matth. Gr. § 487, 4 et de vv. τὸ ξύμπαν adn. I 145. De καί in gradatione posito vid. Matth. Gr. § 620, 1 e. — περὶ Πλαταιῶν, quod attinet ad Plat. — ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο. Cf. Matth. Gr. § 560. Appellatur schema Chalcidicum (Chalcidense). — ἄρτι . . . καθιστάμενον. Cf. adn. 3, 1.

5 ὠφελίμους εἶναι. καὶ τὰ μὲν κατὰ Πλάταιαν ἔτει τρίτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ ἐπειδὴ Ἀθηναίων ξύμμαχοι ἐγένοντο οὕτως ἐτελεύτησεν.

Λακεδαιμόνιοι ὡς ἐς τὴν Κέρκυραν πλευσούμενοι παρασκευάζονται.

1 69. Αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες τῶν Πελοποννησίων αἱ Λεσβίοις βοηθοὶ ἐλθοῦσαι, ὡς τότε φεύγουσαι διὰ τοῦ πελάγους ἔκ τε τῶν Ἀθηναίων ἐπιδιωχθεῖσαι καὶ πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθεῖσαι [καὶ] ἀπ' αὐτῆς σποράδες πρὸς τὴν Πελοπόννησον κατηνέχθησαν, καταλαμβάνουσιν ἐν τῇ Κυλλήνῃ τρισκαίδεκα τριήρεις Λευκαδίων καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Βρασίδαν τὸν Τέλλιδος ξύμβουλον Ἀλ-
2 κίδᾳ ἐπεληλυθότα. ἐβούλοντο γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὡς τῆς Λέσβου ἡμαρτήκεσαν, πλέον τὸ ναυτικὸν ποιήσαντες ἐς τὴν Κέρκυραν πλεῦσαι στασιάζουσαν, δώδεκα μὲν ναυσὶ μόναις παρόντων

Cap. 69. § 1. *τρισκαίδεκα*. *Τρεισκαίδεκα* Mosqu. Bekk. et taciti It. et Vat. Sed aut *τρεῖς καὶ δέκα* aut *τρισκαίδεκα* scribendum. Cf. Lob. ad Phryn. p. 409. Numerale deest in Cass. Aug. Pal. Reg.

§ 5. *τρίτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ*. Itaque a. Chr. n. 519. „Olympiadum ratio hac de re variat [velut in Muell. Dor. et Clint. Fast. Hell.], quod, cum Plataeae aestate deditae sint, utrum Ol. LXXXIIIae anno [primo] exeunte, an altero ineunte captae sint, non constat. Quare Plataeenses aut Ol. LXV 1 aut LXV 2 in Atheniensium societatem pervenisse reperiuntur." Muensch. de Reb. Plataeens. p. 51. De dubitatione ex Cleomenis rebus exorta vid. ed. mai. Groteus in Hist. Gr. IV p. 224, vers. germ. II p. 456 *τρίτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ* legendum esse docet eique assentitur Duncker Hist. antiqu. IV p. 448. Contra numerum a codd. traditum tuentur Curtius Hist. Gr. I p. 318. Schoemann. Antiqu. II p. 72. Cum illis facit Sickel Symb. ad explic. Thuc. p. 8 (Halis 1863). — *ἐπειδὴ . . . ἐγένοντο*. Vid. 52, 1 et ibi adn.

Cap. 69. § 1. *αἱ δὲ τεσσαράκοντα νῆες*. Vid. c. 29. — *τότε*. Cf. adn. I 101, 2. Respicitur autem ad 33, 1. — *ἔκ τε τῶν Ἀθηναίων*. A Pachete. Vid. 33, 2 sq. et de praepositione Antiph. II 8, 1. Matth. Gr. § 574. — *ἐπιδιωχθεῖσαι*. Idem verbum de eadem re affuit 33, 3. In eo *ἐπί* intensivum esse et significare proxime seu *ἐπὶ πόδα* hic putat Bloomf. At idem ad c. 108 omnino a tergo persequi, insequi interpretatur. Rectius quam Goell. ad c. 33. — *σποράδες* idem atque *σποράδες γενόμεναι*, i. e. *διασπαρεῖσαι* esse et cum superioribus participiis coniungendum vulgo putant. At aptius quam haec cum *κατηνέχθησαν* cohaeret. Quare recte *καὶ* delevit Class. — *ξύμβουλον*. Cf. adn. II 85, 1.

§ 2. *δώδεκα μὲν . . . προφθάσωσι*, et quod cum duodecim duntaxat navibus

Ἀθηναίων περὶ Ναύπακτον, πρὶν δὲ πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ναυτικὸν ὅπως προφθάσωσι· καὶ παρεσκευάζοντο ὅ τε Βρασίδας καὶ ὁ Ἀλκίδας πρὸς ταῦτα.

στάσις Κερκυραίων, ὧν οἱ ἐν Κορίνθῳ αἰχμάλωτοι γενόμενοι κατελθόντες Πειθίαν πρῶτον μὲν ἐς δίκην ὑπάγουσιν, ἔπειτα κτείνουσι.

70. Οἱ γὰρ Κερκυραῖοι ἐστασίαζον, ἐπειδὴ οἱ 1
αἰχμάλωτοι ἦλθον αὐτοῖς οἱ ἐκ τῶν περὶ Ἐπίδαμνον ναυμαχιῶν ὑπὸ Κορινθίων ἀφεθέντες, τῷ μὲν λόγῳ ὀκτακοσίων ταλάντων τοῖς προξένοις διηγγυημένοι, ἔργῳ δὲ πεπεισμένοι Κορινθίοις Κέρκυραν προσποιῆσαι. καὶ ἔπρασσον οὗτοι ἕκαστον τῶν πολιτῶν μετιόντες ὅπως ἀποστή-

Athenienses ad Naupactum essent, et ut, antequam maior aliqua classis Athenis subsidio venisset, praeverterent. Ὅπως Thucydides, quo clarius **δώδεκα ναυσὶ μόναις παρόντων** et **πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι** contraria ponerentur, ante **προφθάσωσι** demum collocavit. Cf. adn. I 10, 2. IV 4, 1. Quod si huic explicationi obstare dicas, quod Lacedaemonii Corcyram non ideo, ut, priusquam Athenienses maiorem classem collegissent, illuc pervenirent, sed ut eam, si ante illud tempus navigassent, sibi conciliarent, petituri fuerint, Goeller id ipsum tam perspicuum esse respondet, ut scriptori non opus fuerit dicere **ὅπως προφθάσωσι καὶ τὴν πόλιν προσποιήσωνται**. De duodecim illis navibus vid. 75, 1.

Cap. **70.** § 1. **ἐστασίαζον.** Cf. Diod. XII 57. — **οἱ αἰχμάλωτοι.** Vid. I 54. 55. — **περὶ Ἐπίδαμνον.** Proprie apud Sybota. Vid. I 47 sqq. „Haud dubie Thuc. omnia ea, quae ineunte bello in Ionio mari gesta sunt, ad Epidamnum ideo rettulit, quia non procul ab illa . . . gerebantur, et certe vel ad oppugnationem vel ad defensionem et liberationem eius urbis spectabant.“ Haack. Cf. Diod. l. d. — **ὀκτακοσίων ταλάντων . . . διηγγυημένοι,** sponsione octingentum talentum facta ab hospitibus ipsorum publicis, talentis octingentis redempti datis fideiussoribus hospitibus suis publicis. Ita fere Port., ut dativus positus sit pro praepositione **ὑπό** et genetivo. Cf. Diod. l. d. De genetivo pretii cf. Dionys. Antiqu. VII 12 **διεγγυήσαντες τὰ σώματα χρημάτων.** Ad rem quod attinet, „cum binae minae usitatum redemptionis pretium gravis armaturae militum proeliis captorum apud Peloponnesios fuerint (vid. Herod. VI 79), octingenta talenta pretium circiter ducentorum quinquaginta hominum (vid. I 55) incredibile videatur.“ Arn. Demosthenis milites in Sicilia obsides relinquendos singulos singulis talentis aestimatos esse VII 83 legemus, unde ut iusto maiorem esse numerum **ὀκτακοσίων** forsitan conicias, ita minorem esse **ὀγδοήκοντα**, quem Valla expressit, videtur constare. Maius pretium Class. excusat nobilitate virorum et fallaci pacti simulatione. Infinitum numerum posuit Diod. De variis redemptionis pretiis vid. Boeckh. Oecon. civ. Ath. I p. 100 sq. et Schoem. Antiqu. iur. p. 369. De proxenis cf. adn. II 29, 1. — **μετιόντες,** ambientes. Cf. VIII 73. — **ὅπως ἀποστήσωσιν.** Cf. I 57, 4. Plat. Gorg. 480 e. 481 a.

2 σωσιν Ἀθηναίων τὴν πόλιν. καὶ ἀφικομένης Ἀτ-
τικῆς τε νεὼς καὶ Κορινθίας πρέσβεις ἀγουσῶν,
καὶ ἐς λόγους καταστάντων, ἐψηφίσαντο Κερκυ-
ραῖοι Ἀθηναίοις μὲν ξύμμαχοι εἶναι κατὰ τὰ
ξυγκείμενα, Πελοποννησίοις δὲ φίλοι ὥσπερ καὶ
3 πρότερον. καί (ἦν γὰρ Πειθίας ἐθελοπρόξενός τε
τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου προειστήκει) ὑπ-
άγουσιν αὐτὸν οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐς δίκην λέγοντες
4 Ἀθηναίοις τὴν Κέρκυραν καταδουλοῦν. ὁ δὲ ἀπο-
φυγὼν ἀνθυπάγει αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους πέντε
ἄνδρας, φάσκων τέμνειν χάρακας ἐκ τοῦ τε Διὸς

§ 2. *καταστάντων.* Suppl. *τῶν πρέσβεων τοῖς Κερκυραίοις.* Cf. IV 58. — *ξύμμαχοι ... ξυγκείμενα.* Cf. I 44, 1. „*Καίτοι ἐπιμαχίαν μόνον ἐκεῖ ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους.*“ *Δούκας.* Eam etiam tunc servatam esse apparet ex adiectis vv. *Πελοποννησίοις ... πρότερον* et ex 75, 1. Latius igitur hic patet vis voc. *ξύμμαχοι* (cf. adn. I 44, 9) et fallitur Muell. de Rep. Corcyr. p. 28. Cf. adn. II 25, 1. *Τὰ ξυγκείμενα* = *τὰς ξυνθήκας.* Cf. V 47, 8. VIII 58, 5.

§ 3. *ἦν γάρ.* Causa *παρενθέτως* praemissa ut I 31, 2. 57, 6. 87, 2. III 107, 3. VII 48, 3. VIII 109, 1. Ubi sententia interposita non cum principali coalescit (cf. adn. I 72, 1), hanc earum necessitudinem interpositionis notis significare nunc placet. — *ἐθελοπρόξενος.* „*Ἐθελοπρόξενος* est, qui sua sponte alterius urbis legatos hospitio excipit [eiusque civium res curat], quamvis nondum ab illa urbe agnitus sit hospes, multo minus in tabulas publicas relatum sit hospitium cum illo contractum esse. Cum vero ius hospitii *ἀνάγραπτον*, id est publico nomine perscriptum est in civitatis albo, tum demum fit *πρόξενος.*“ Kuhn. ad Poll. III 59. 60. Posse *ἐθελοπρόξενον* etiam ab ipsis Corcyraeis nondum sanctum *πρόξενον* existimari dicit Muell. de Rep. Corcyr. p. 43 ob verba schol. non prorsus hanc vim habentia: *ἐθελοπρόξενος*] *ἀφ' ἑαυτοῦ γενόμενος, καὶ μὴ κελευσθεὶς ἐκ τῆς πόλεως· οἱ γὰρ πρόξενοι καλούμενοι ἐκ τῆς ἑαυτῶν πόλεως ἐγένοντο.* Similiter iam Boeckh. Corp. Inscr. I p. 731: non a Corcyraeis constitutus. Sed *πρόξενοι* constitui solebant plerumque ab ea civitate, cuius patrocinium agebant. Cf. Herm. Antiqu. I § 116. Schoemann. Antiqu. Gr. II p. 22. Accusare licebat *ἐθελοπρόξενον*, quod patrocinio sua sponte suscepto non in publica fide erat. — *τοῦ δήμου προειστήκει*, i. e. *τοῦ δήμου προστάτης ἦν.* *Οἱ τοῦ δήμου προστάται τῶν Κερκυραίων* nominantur c. 75, 2 et IV 46, 4. De quibus viris universis vide accuratissime disputantem Wachsmuthium in Antiqu. Gr. I p. 819 sqq. et Muell de Corcyr. Rep. p. 49 sq., qui tamen frustra dubitat, num Pithias *προστάτης τοῦ δήμου* fuerit. Disceptatur, utrum fuerint principes factionis popularis, an magistratus publicus. Recte Schoemann. Antiqu. Gr. I p. 174, 1 monet locos, qui illud cogant, inveniri multos, qui hoc, nullum.

§ 4. *ἀποφυγών*, absolutus. — *φάσκων ... τεμένους.* „Nata est haec apud

τοῦ τεμένους καὶ τοῦ Ἀλκίνου· ζημία δὲ καθ' ἑκάστην χάρακα ἐπέκειτο στατήρ. ὀφλόντων δὲ 5
αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων διὰ πλῆθος τῆς ζημίας, ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν, ὁ Πειθίας (ἐτύγχανε γὰρ καὶ βουλῆς ὤν) πείθει ὥστε τῷ νόμῳ χρήσασθαι. οἱ δ' ἐπειδὴ τῷ τε 6

Cap. 70. § 4. τοῦ τεμένους Cass. Aug. Cl. Ven. F. Pal. It. H. Reg. Gr. D. E. Laur. Lugd. al. „Sic c. 81 ἐν τοῦ Διονύσου τῷ ἱερῷ." Duk. Cf. c. 96 et V 47. Vulgo et apud Bekk. deest τοῦ. § 5. ὀφλόντων. Aug. Ven. Pal. It. Vat. H. et in marg. Cl. male ὀφειλόντων. Cf. Buttm. Gr. Ind. verb. anom.

veteres religio lucorum, quam violatam dicebat Pithias. Vid. Ovid. Metam. VIII 741 sqq. et Fast. IV 753. Hinc saepe in Ovidio incaeduus lucus et incaedua silva. Athenienses poenam capitis statuerunt in eos, qui vel minimam ilicem e luco heroum excidissent. Aelian. Var. Hist. V 17." Duk. „Χάρακας Smith. et Heilm. interpretantur palos, [Port. et Kistem. vallos. Sed primum ipsum genus vocabuli in proximis refragatur. Nam χάρακα θηλυκῶς ἐπὶ τῶν ἀμπέλων, ἀρσενικῶς δὲ ἐπὶ τῶν πρὸς πολιορκίαν dici docent veteres grammatici. Cf. Moer. Thom. Lob. ad Phryn. p. 61. Deinde] difficile est ad intellegendum, quo pacto illi viri tot palis indigere potuerint ... Malo igitur cum Hobb. et al. interpretari statumina, pedamenta vitium." Bloomf. Vide plura in ed. mai. Cf. Mans. Spart. II App. IV p. 413 sqq. De τεμένους nomine vid. adnot. I 134, 1, de vineis circum templa sitis cf. c. 90, de ἐκ praepositione adn. II 75, 2. Non ipsas arbores caesas, sed earum ramos amputatos videri contra Arn. adnotat Bloomf. in ed. 2. — τοῦ Ἀλκίνου. Alcinoi τέμενος Corcyraei fortasse id putarunt esse, cuius mentionem facit Hom. Od. VI 293. De Alcinoi et Iovis coniunctione cf. Muell. de Corcyr. Rep. p. 56. — στατήρ. Corinthiorum rationem numariam Corcyrae in usu fuisse ostendit Corp. inscr. Gr. n. 1845. Stater eorum argenteus, qui apud ipsos trium drachmarum erat, δίδραχμον Atticum pondere aequabat. Cf. Hultsch. Metrol. p. 258 sqq.

§ 5. πρὸς τὰ ἱερὰ ... καθεζομένων. Cf. adn. I 126, 1. — πλῆθος, magnitudinem, ut στρατιᾶς πλήθει I 129, 3 et similia dicuntur. — ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν, ut accepta aestimatione solverent non poenam, sed aestimatum statuminum pretium. Cf. I 99, 3. — Πειθίας ... πείθει. Quae in his inest adnominatio, eam fortuitam existimamus esse. Cf. tamen VII 89, 2. — βουλῆς ὤν. Hinc substantivum βουλῆς male finxerunt Suid. et schol. Cf. Matth. Gr. § 322 et de articulo omisso Schneid. ad Plat. I p. 399. Senatores autem Corcyraeorum certe plures quam triginta fuisse cur ex hoc Thucydidis capite colligi posse dicat Muell. de Rep. Corcyr. p. 44, nobis non liquet. — ὥστε ... χρήσασθαι, ut lege (in eos) agerent, ut lex valeret. Quare debitores publici ἀτιμίᾳ notati, si ad diem constitutam totam multam non solvissent, magnis malis affecti essent. Cf. quae de Atheniensium debitoribus publicis adnotat Herm. Antiqu. Gr. I § 124 et 143. De ὥστε particula cf. adn. II 2, 4.

§ 6. ἐπειδὴ τῷ νόμῳ ἐξείργοντο scil. τοῦ ταξά-

νόμῳ ἐξείργοντο καὶ ἅμα ἐπυνθάνοντο τὸν Πειθίαν, ἕως ἔτι βουλῆς ἐστί, μέλλειν τὸ πλῆθος ἀναπείσειν τοὺς αὐτοὺς Ἀθηναίοις φίλους τε καὶ ἐχθροὺς νομίζειν, ξυνίσταντό τε καὶ λαβόντες ἐγχειρίδια ἐξαπιναίως ἐς τὴν βουλὴν ἐσελθόντες τόν τε Πειθίαν κτείνουσι καὶ ἄλλους τῶν τε βουλευτῶν καὶ ἰδιωτῶν ἐς ἑξήκοντα. οἱ δέ τινες τῆς αὐτῆς γνώμης τῷ Πειθίᾳ ὀλίγοι ἐς τὴν Ἀττικὴν τριήρη κατέφυγον ἔτι παροῦσαν.

1 71. Δράσαντες δὲ τοῦτο καὶ ξυγκαλέσαντες Κερ- μετὰ ταῦτα
κυραίους εἶπον ὅτι ταῦτα καὶ βέλτιστα εἴη καὶ δὲ Κερκυραῖοι μηδετέροις
ἥκιστ' ἂν δουλωθεῖεν ὑπ' Ἀθηναίων, τό τε λοιπὸν ἀμύνειν ψη-
μηδετέρους δέχεσθαι ἀλλ' ἢ μιᾷ νηὶ ἡσυχάζοντας, φίζονται.
τὸ δὲ πλέον πολέμιον ἡγεῖσθαι. ὡς δὲ εἶπον, καὶ
2 ἐπικυρῶσαι ἠνάγκασαν τὴν γνώμην. πέμπουσι
δὲ καὶ ἐς τὰς Ἀθήνας εὐθὺς πρέσβεις περί τε
τῶν πεπραγμένων διδάξοντας ὡς ξυνέφερε καὶ

μενοι ἀποδοῦναι (cf. II 13, 5. VIII 91, 3), cum lege, quominus id impetrarent, prohiberentur. *Τῶν νόμων* male coniecit Winckelm. in Comment. antiqu. stud. a. 1842 p. 294. Nam tantum abest, ut damnati illi legibus exclusi sint, ut ea ipsa re perierint, quia adversarii eorum Corcyraeis persuaserant *τῷ νόμῳ χρήσασθαι* spretis precibus *τοὺς ταξαμένους ἀποδοῦναι*. — *τοὺς αὐτοὺς ... νομίζειν*. Cf. adn. I 44, 1. — *ξυνίσταντο*. De coniuratis coeuntibus non raro dicitur. Cf. V 82, 2. VIII 65, 2. — *τῆς αὐτῆς γνώμης*. Suppl. *ὄντες*. Dicendi genus *τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι* legitur I 113, 2. V 46, 4. — *τινὲς ὀλίγοι*. Cf. II 21, 3. IV 46, 5.

Cap. 71. § 1. *ταῦτα καὶ βέλτιστα εἴη*. De collocatione verborum cf. adn. 67, 6. — *ἥκιστ' ἂν δουλωθεῖεν*. De *ἂν* cum optat. aor. rem futuram indicante uno temporis momento conclusam cf. adn. 38, 2. — *μηδετέρους δέχεσθαι*. Oratio ab *ὅτι* particula in infinitivum ita transit, ut *εἰπεῖν* rogandi seu proponendi vim accipiat. Cf. adn. II 24, 1 et I 87, 1. — *ἀλλ' ἤ*. Cf. Krueg. Gr. § 69, 4 adn. 6. V 60, 1. 80, 1. VII 50, 3. VIII 28, 2. — *μιᾷ νηί*. Eadem cautio placuit Lacedaemoniis II 7, 2. — *ἡσυχάζοντας* utrum ad *μηδετέρους* an ad Corcyraeos spectet, dubitant interpretes. Illud ideo anteferendum putat Bloomf., quia hodie quoque talis ratio sit disciplinae publicae in eis portibus, qui neutrius sint partis. At comparato loco II 7, 2 *ἡσυχάζοντας* accusativum ad *τοὺς δεχομένους*, non ad *τοὺς δεχθέντας* spectare fit verisimile. — *τὸ δὲ πλέον*, id autem, quod amplius esset (quam singulae naves), i. e. *τοὺς δὲ πλείους*. Cf. adn. II 45, 1.

§ 2. *περί τε ... ξυνέφερε*, qui et res gestas nuntiarent, ut ipsis commodum erat. Nam minus apta videtur haec sententia: qui et res gestas utiles (Atheniensibus) fuis-

τοὺς ἐκεῖ καταπεφευγότας πείσοντας μηδὲν ἀνεπι-
τήδειον πράσσειν, ὅπως μή τις ἐπιστροφὴ γένηται.

ὕστερον οἱ ὀλίγοι αὐτῶν ἐπιτίθενται τῷ δήμῳ, καὶ ἑκάτεροι μὲν μέρος τῆς πόλεως κατέχουσιν,

72. Ἐλθόντων δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τούς τε πρέσβεις 1
ὡς νεωτερίζοντας ξυλλαβόντες καὶ ὅσους ἔπεισαν
κατέθεντο ἐς Αἴγιναν. ἐν δὲ τούτῳ τῶν Κερκυ- 2
ραίων οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα ἐλθούσης τριή-
ρους Κορινθίας καὶ Λακεδαιμονίων πρέσβεων ἐπι-
τίθενται τῷ δήμῳ καὶ μαχόμενοι ἐνίκησαν. ἀφ- 3
ικομένης δὲ νυκτὸς ὁ μὲν δῆμος ἐς τὴν ἀκρόπο-
λιν καὶ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως καταφεύγει καὶ
αὐτοῦ ξυλλεγεὶς ἱδρύθη καὶ τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα

se demonstrarent. — *τοὺς ἐκεῖ καταπεφευγότας* pro *ἐκεῖσε* propter perfectum rei statum significans. Cf. adn. IV 14, 1. De re cf. 70, 6. — *ἐπιστροφή*, rerum conversio. Cf. Soph. OC. 542. Polyb. XXII 13, 15. Minus huic loco apta est animadversionis notio.

Cap. 72. § 1. *ἐλθόντων δέ*. Suppl. *τῶν πρέσβεων*, et cf. adn. 13, 7. — *ὅσους ἔπεισαν*. „*Τῶν ἐς τὴν Ἀττικὴν καταφυγόντων*.“ *Δούκας*. — *κατέθεντο ἐς Αἴγιναν*. „Similiter antea [c. 28] a Pachete Lesbii tractati sunt.“ Bloomf. Cf. I 115. IV 57. V 84 et de Aeginae statu II 27.

§ 2. *οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα*. Cf. adn. 28, 1.

§ 3. *ἀφικομένης*. *Ἐφικομένης* conicit Krueg., haud dubie ideo, quod *νὺξ ἐπελθεῖν* IV 125, 5 et *ἐπιέναι* IV 130, 1 et alibi dicitur. Class. confert II 48, 2. V 64, 1. VIII 15, 1. — *τὴν ἀκρόπολιν*. De huius et ipsius urbis situ praeter Bloomf. ad. h. l. cf. Mannert. Geogr. VII p. 685. Dodw. It. I p. 36 et ab his dissentiens Muell. de Rep. Corcyr. p. 5. — *τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα* ... *τὸν λιμένα τὸν πρὸς αὐτῇ*. „Urbem Corcyram duo portus ornavere, alter Alcinoi, alter Hyllaicus appellatus. Schol. et Eustath. ad Dionys. Perieg. 494. (Scylax p. 11 tres habet, quorum unum pulcherrimum dicit. Fortasse tertium existimavit eum, quo ... hodiernae urbis incolae praecipue utuntur.) Portum Alcinoi Thucydides prope forum ... situm in continentem spectasse tradidit, qui quidem secundum Dodwellium p. 38 sinu inter paeninsulam [in qua vetus Corcyra sita erat] et urbem hodiernam efficitur et nunc quoque navibus refugium praebet. [Appellatur Kastradhes a Leakio apud Bloomf. in ed. 2.] Ex ea regione etiam navalia Corcyraeorum sita erant. Cf. c. 74. Portum Hyllaicum ... in altera isthmi ora fuisse colligitur e Thuc. III 72. 81. Cf. Callim. apud schol. Dion. Per. l. d. schol. Ap. Rhod. [apud quem *Ὑλλικὸς λιμήν*] IV 983. 1125. [1149.] Situs erat (cf. Dodw. l. c.) ... ita, ut ipse portus septentrionem versus in litus se insinuaret, ostium vero ... meridiem et orientem versus cum mari cohaereret.“ Muell. l. d. p. 4. „Hic portus, in cuius introitu iacet insula fastigata, quae vocatur Pondiconisi vel Condilonisi, olim videtur amplus et ab omnibus ventis tutus fuisse; hodie vero impletus est arena et luto, ut vel parva navigia difficulter intrent. Appellatur a Graecis *πέραμα*.“ Dodw. l. d. Videtur etiam portus vetus sive Kaliki-

εἶχον· οἱ δὲ τήν τε ἀγορὰν κατέλαβον, οὗπερ οἱ πολλοὶ ᾤκουν αὐτῶν, καὶ τὸν λιμένα τὸν πρὸς αὐτῇ καὶ πρὸς τὴν ἤπειρον.

73. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἠκροβολίσαντό τε ὀλίγα καὶ ἐς τοὺς ἀγροὺς περιέπεμπον ἀμφότεροι, τοὺς δούλους παρακαλοῦντές τε καὶ ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι. καὶ τῷ μὲν δήμῳ τῶν οἰκετῶν τὸ πλῆθος παρεγένετο ξύμμαχον, τοῖς δ' ἑτέροις ἐκ τῆς ἠπείρου ἐπίκουροι ὀκτακόσιοι. ἑκάτεροι δὲ ἐπικούρους ἐπάγονται.

1 74. Διαλιπούσης δ' ἡμέρας μάχη αὖθις γίγνεται, καὶ νικᾷ ὁ δῆμος χωρίων τε ἰσχύι καὶ πλήθει προέχων· αἵ τε γυναῖκες αὐτοῖς τολμηρῶς ξυνεπελάβοντο βάλλουσαι ἀπὸ τῶν οἰκιῶν τῷ κεράμῳ καὶ παρὰ φύσιν ὑπομένουσαι τὸν θόρυ-
2 βον. γενομένης δὲ τῆς τροπῆς περὶ δείλην ὀψίαν δείσαντες οἱ ὀλίγοι μὴ αὐτοβοεὶ ὁ δῆμος τοῦ τε νεωρίου κρατήσειεν ἐπελθὼν καὶ σφᾶς διαφθείρειεν, ἐμπιπρᾶσι τὰς οἰκίας τὰς ἐν κύκλῳ τῆς ἀγορᾶς καὶ τὰς ξυνοικίας, ὅπως μὴ ᾖ ἔφοδος, φειδόμενοι οὔτε οἰκείας οὔτε ἀλλοτρίας· ὥστε καὶ χρήματα πολλὰ ἐμπόρων κατεκαύθη καὶ ἡ πόλις ἐκινδύνευσε πᾶσα διαφθαρῆναι, εἰ ἄνεμος δευτέρα μάχη καὶ νίκη τοῦ δήμου. ἐμπρησμὸς τῆς πόλεως.

opulo vocari. Cf. Leak. apud Bloomf. Bursian. Geogr. II p. 360. — *εἶχον*. In transitu a singulari ad pluralem post collectivum *δημος* non haerebis. Cf. I 34, 1. IV 57, 2.

Cap. 73. *ἠκροβολίσαντο ὀλίγα*. Cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4. — *ἐπίκουροι*, mercenarii. Cf. adn. II 33, 1. 70, 3. III 18, 1.

Cap. 74. § 1. *διαλιπούσης δ' ἡμέρας*. Ita I 112, 1. *διαλιπόντων τριῶν ἐτῶν*. Similiter de loco hoc participium intransitive legitur VII 38, 3. — *αἵ τε γυναῖκες* cet. „Aliud exemplum huius audaciae mulierum Graecarum II 4 habuimus." Bloomf. — *τῷ κεράμῳ*. Cf. adn. II 4, 2.

§ 2. *περὶ δείλην ὀψίαν*. Ita iterum VIII 26, 1, sola *περὶ δείλην* IV 69, 3. 103, 1. Cf. interpr. Moer. h. v. Hutch. ad Xen. Anab. I 8, 8. Buttm. Lexil. II p. 182 sqq. — *οἱ ὀλίγοι*, optimates. Cf. Matth. Gr. § 266. — *αὐτοβοεί*. Cf. adn. II 81, 4. — *τοῦ νεωρίου*. Cf. adn. 72, 3. — *τὰς ξυνοικίας*. „*Συνοικίαι* pluribus per partes locabantur, ut Romae insulae ... Add. Iungerm. ad Poll. IX 39 et Casaub. ad Athen. VII 1." Duk. — *οὔτε οἰκείας οὔτε ἀλλοτρίας*. Suppl. *οἰκίας* in genet. Cf. I 90, 3. „I. e. nec suis *οἰκίαις* nec *ξυνοικίαις* vicinorum pauperiorum parcentes." Arn. — *χρήματα*, merces, bona. Cf. VI 49, 3. 97, 5. VII 24, 1. 25, 1. 27, 3. — *ἐκινδύνευσε ... διαφθαρῆναι*.

ἐπεγένετο τῇ φλογὶ ἐπίφορος ἐς αὐτήν. καὶ οἱ μὲν 3
παυσάμενοι τῆς μάχης ὡς ἑκάτεροι ἡσυχάσαντες
τὴν νύκτα ἐν φυλακῇ ἦσαν· καὶ ἡ Κορινθία ναῦς
τοῦ δήμου κεκρατηκότος ὑπεξανήγετο, καὶ τῶν
ἐπικούρων οἱ πολλοὶ ἐς τὴν ἤπειρον λαθόντες
διεκομίσθησαν.

Νικόστρατος Ἀθηναῖος παραγίγνεται καὶ ξύμβασιν πράσσει, ᾗ οὐ πιστεύοντες οἱ ὀλίγοι ἐς νησίδιον διακομίζονται.

75. Τῇ δ' ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ Νικόστρατος ὁ 1
Διειτρέφους, Ἀθηναίων στρατηγός, παραγίγνεται
βοηθῶν ἐκ Ναυπάκτου δώδεκα ναυσὶ καὶ Μεσση-
νίων πεντακοσίοις ὁπλίταις· ξύμβασίν τε ἔπρασσε
καὶ πείθει ὥστε ξυγχωρῆσαι ἀλλήλοις δέκα μὲν
ἄνδρας τοὺς αἰτιωτάτους κρῖναι, οἳ οὐκέτι ἔμειναν,
τοὺς δ' ἄλλους οἰκεῖν σπονδὰς πρὸς ἀλλήλους
ποιησαμένους καὶ πρὸς Ἀθηναίους ὥστε τοὺς αὐ-
τοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα 2
πράξας ἔμελλεν ἀποπλεύσεσθαι· οἱ δὲ τοῦ δήμου
προστάται πείθουσιν αὐτὸν πέντε μὲν ναῦς τῶν
αὑτοῦ σφίσι καταλιπεῖν, ὅπως ἧσσόν τι ἐν κινήσει
ὦσιν οἱ ἐναντίοι, ἴσας δὲ αὐτοὶ πληρώσαντες ἐκ
σφῶν αὐτῶν ξυμπέμψειν. καὶ ὁ μὲν ξυνεχώρησεν, 3

Cap. 74. § 3. ἡσυχάσαντες. Unus C. ἡσυχάσοντες, quod frustra recepit Did. Verte: cum quieti se dedissent.

Cap. 75. § 1. Διιτρέφους, Διιτρεφοῦς, Διοτρεφοῦς libri. Cf. Elmsl. ad Eur. Med. 326 adn. et Lob. Paral. Gr. I p. 28. Rescripsimus nunc eam nominis formam, quam veteres inscriptiones Atticae praebent. Cf. Kirchhoff. Inscr. Att. I n. 402. 447. Wecklein. Cur. epigr. p. 39.

§ 2. αὐτοῦ. Cass. Ven. Pal. Reg. Gr. et deteriores αὑτοῦ, fortasse recte. Cf. adn. I 17.

Revera periclitata est, periisse negatur. Quare ἄν abesse oportet. Cf. Buttm. Gr. § 139, 8 adn. 8. — εἰ ἄνεμος ... ἐπίφορος. Cf. II 77, 5. — αὐτήν, i. e. τὴν πόλιν.

§ 3. ὡς ἑκάτεροι. „Sic dicit, ut saepe ὡς ἕκαστοι." Duk. Cf. adn. I 8, 4.

Cap. 75. § 1. Νικόστρατος ὁ Διειτρέφους. De his cf. Ind. nom. et sd. — ἐκ Ναυπ. δώδεκα ναυσί. Cf. 69, 2. — ξύμβασιν ἔπρασσε, compositionem efficere studebat. — πείθει ὥστε. Cf. 70, 5. — σπονδὰς ... ὥστε. Cf. adn. I 28, 5. — τοὺς αὐτοὺς ... νομίζειν. Cf. adnot. I 44, 1.

§ 2. οἱ τοῦ δήμου προστάται. Cf. adn. 70, 3. — ὅπως ... οἱ ἐναντίοι, ut adversarii minus se commoverent. — ξυμπέμψειν. Ex superiore πείθουσιν hic non iam persuadendi, verum dicendi

οἱ δὲ τοὺς ἐχθροὺς κατέλεγον ἐς τὰς ναῦς. δείσαντες δὲ ἐκεῖνοι μὴ ἐς τὰς Ἀθήνας ἀποπεμφθῶσι, καθίζουσιν ἐς τὸ τῶν Διοσκόρων ἱερόν.
4 Νικόστρατος δὲ αὐτοὺς ἀνίστη τε καὶ παρεμυθεῖτο. ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ὁ δῆμος ὁπλισθεὶς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ, ὡς οὐδὲν αὐτῶν ὑγιὲς διανοουμένων τῇ τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ, τά τε ὅπλα αὐτῶν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἔλαβε καὶ αὐτῶν τινας οἷς ἐπέτυχον, εἰ μὴ Νικόστρατος ἐκώλυσε,
5 διέφθειραν ἄν. ὁρῶντες δὲ οἱ ἄλλοι τὰ γιγνόμενα καθίζουσιν ἐς τὸ Ἥραιον ἱκέται, καὶ γίγνονται οὐκ ἐλάσσους τετρακοσίων. ὁ δὲ δῆμος δείσας μή τι νεωτερίσωσιν, ἀνίστησί τε αὐτοὺς πείσας καὶ διακομίζει ἐς τὴν πρὸ τοῦ Ἡραίου νῆσον καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐκεῖσε αὐτοῖς διεπέμπετο.

§ 3. *Διοσκόρων* Laur. Chr. Bekk., reliqui codd. *Διοσκούρων*. Illud placet Lobeckio ad Phryn. p. 235, cui apud Xenoph. obsecutus est Bornem. ad. Symp. VIII 29. Cf. Aristoph. Pac. 285.
§ 5. *Ἥραιον*. Vulgo et Bekk. *Ἡραῖον*. Aug. *Ἥραιον*, in quo latet verum. Cf. ad. I 24, 7.

et promittendi notio repetenda. Cf. 94, 3. IV 3, 2.

§ 3. *κατέλεγον ἐς τὰς ναῦς*, deligebant, ut eis complerent naves. De verbo cf. VII 31, 5. VIII 31, 1. — *καθίζουσιν ἐς* cet. Cf. adn. I 126, 1. — *τὸ τῶν Διοσκόρων ἱερόν*. Id, quod in urbe fuit, praeter quod alterum in Istone monte commemorari docet Muell. de Republ. Corcyr. p. 58. Cf. etiam ad.

§ 4. *ἀνίστη*. De imperfecto cf. adn. I 134, 1. — *ὑγιές*, i. e. *χρηστόν, ἀγαθόν*. Cf. IV 22, 2. — *τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ*. Confer Matth. Gr. § 534 adn. 5. 6.

§ 5. *τὸ Ἥραιον*. Cf. I 24, 7. Ad litus situm fuisse ex § 5 et ex c. 81 liquet. E regione portus Alcinoi fuisse putat Muell. de Corcyr. Republ. p. 5 adn. 7, iuxta ipsam urbem e regione Ptychiae Bloomf., ad portum Hyllaicum ob c. 81 rectius, ut videtur, Goell. „In Iunonis autem templum se recepisse ex Castoris et Pollucis tamquam in sanctius fanum et tutius perfugium videntur.“ Bloomf. — *τὴν πρὸ τοῦ Ἡραίου νῆσον*. Ptychiam, de qua videas IV 46, 3, dici suspicantur Manso Spart. II p. 84 et Bred., pro certo sumit Bloomf., qui unde hoc sciat, nos ignoramus. Condilonisi sive insulam ante portum Hyllaicum sitam (cf. adn. 70, 3) vult esse Goell., quod ob ea, quae modo de situ Iunonis templi diximus, verisimile est. Attamen quoniam reliquarum parvarum insularum circum Corcyram sitarum, de quibus vid. Plin. Hist. nat. IV 12, 53, ulla quadringenti homines vix recipiantur, Ptychiam esse probat Prokesch. Comment. I p. 33. Rursus commemoratur c. 76 et 79. Goellero adstipulatur Bursian. Geogr. II p. 361. — *δι-*

ὕστερον δὲ Πελοποννησίων νῆες παραγίγνονται,

76. Τῆς δὲ στάσεως ἐν τούτῳ οὔσης, τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐς τὴν νῆσον διακομιδὴν αἱ ἐκ τῆς Κυλλήνης Πελοποννησίων νῆες, μετὰ τὸν ἐκ τῆς Ἰωνίας πλοῦν ἐφ' ὅρμῳ οὖσαι, παραγίγνονται τρεῖς καὶ πεντήκοντα· ἦρχε δὲ αὐτῶν Ἀλκίδας, ὅσπερ καὶ πρότερον, καὶ Βρασίδας αὐτῷ ξύμβουλος ἐπέπλει. ὁρμισάμενοι δὲ ἐς Σύβοτα λιμένα τῆς ἠπείρου ἅμα ἕῳ ἐπέπλεον τῇ Κερκύρᾳ.

αἷς ἀντιπλεόντων τῶν Κερκυραίων δύο νῆες αὐτομολοῦσιν, ἐν ἑτέραις δὲ οἱ ἐμπλέοντες ἀλλήλοις μάχονται.

77. Οἱ δὲ πολλῷ θορύβῳ καὶ πεφοβημένοι 1
τά τ' ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἐπίπλουν παρεσκευάζοντό τε ἅμα ἑξήκοντα ναῦς καὶ τὰς ἀεὶ πληρουμένας ἐξέπεμπον πρὸς τοὺς ἐναντίους, παραινούντων Ἀθηναίων σφᾶς τε ἐᾶσαι πρῶτον ἐκπλεῦσαι καὶ ὕστερον πάσαις ἅμα ἐκείνους ἐπιγενέσθαι. ὡς δὲ αὐτοῖς πρὸς τοῖς πολεμίοις ἦσαν 2
σποράδες αἱ νῆες, δύο μὲν εὐθὺς ηὐτομόλησαν, ἐν ἑτέραις δὲ ἀλλήλοις οἱ ἐμπλέοντες ἐμάχοντο· ἦν δὲ οὐδεὶς κόσμος τῶν ποιουμένων. ἰδόντες 3
δὲ οἱ Πελοποννήσιοι τὴν ταραχὴν εἴκοσι μὲν ναυσὶ πρὸς τοὺς Κερκυραίους ἐτάξαντο, ταῖς δὲ λοιπαῖς πρὸς τὰς δώδεκα ναῦς τῶν Ἀθηναίων, ὧν ἦσαν αἱ δύο Σαλαμινία καὶ Πάραλος.

Cap. 76. ἔφορμοι codd. Cf. adn.

ἐπέμπετο. Est transitus ad passivum. Cf. adn. 56, 7.

Cap. 76. αἱ ἐκ τῆς ... νῆες. Cf. 69, 1 et de ἐκ praepositione adn. I 8, 2. — Pro ἔφορμοι, quod adiectivum praeter hunc locum nusquam traditum est, levissima mutatione et paene nulla ἐφ' ὅρμῳ nunc rescripsimus, quod videtur interpretatus esse auctor gloss. Lugd. ἐν ὅρμῳ διατρίβουσαι. Cf. VI 67, 1 ἐπὶ ταῖς εὐναῖς, VII 28, 2 ἐφ' ὅπλοις. — τρεῖς καὶ πεντήκοντα. XL Alcidae, XIII Leucadiorum et Ambraciotarum. Vid. c. 69 et ibidem de Brasida. — Σύβοτα ... τῆς ἠπείρου. Cf. I 50, 3 et ibi adn.

Cap. 77. § 1. τὰς ἀεὶ πληρουμένας, ut quaeque complebantur. Cf. adn. 38, 5. — σφᾶς τε. Τέ om. Thom. M. p. 67, 10 et ideo minus commodum videri potest, quia membra adverbiis πρῶτον et ὕστερον distinguantur. Cf. tamen adn. IV 74, 2. V 9, 2. Σφᾶς γε male conicit Bloomf. — πάσαις, non ταῖς ἀεὶ πληρουμέναις.

§ 2. κόσμος. Cf. adn. II 11, 8. — τῶν ποιουμένων] τῶν γινομένων πραγμάτων. Schol.

§ 3. αἱ δύο, illae duae satis notae. — Σαλαμινία καὶ Πάραλος. Cf. adn. 33, 2.

1 78. *Καὶ οἱ μὲν Κερκυραῖοι κακῶς τε καὶ κατ' ὀλίγας προσπίπτοντες ἐταλαιπωροῦντο ⟨τὸ⟩ καθ' αὑτούς· οἱ δ' Ἀθηναῖοι φοβούμενοι τὸ πλῆθος καὶ τὴν περικύκλωσιν ἀθρόαις μὲν οὐ προσέπιπτον οὐδὲ κατὰ μέσον ταῖς ἐφ' ἑαυτοὺς τεταγμέναις, προσβαλόντες δὲ κατὰ κέρας καταδύουσι μίαν ναῦν. καὶ μετὰ ταῦτα κύκλον ταξαμένων αὐτῶν περι-*

οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ὀλίγον τι ἀντιστάντες τῶν Πελοποννησίων ἀθρόων ἐπιπλεόντων καὶ αὐτοὶ ὑποχωροῦσι.

Cap. 78. § 1. *κατ' ὀλίγας*, navibus raris (jedesmal mit wenigen Schiffen). Cf. Matth. Gr. § 581 b γ'. — *ἐταλαιπωροῦντο ⟨τὸ⟩ καθ' αὑτούς*, in sua parte laborabant. Formula *καθ' αὑτούς* aut per se sive soli et separatim valet, ut II 99, 2. III 89, 2 (cf. adn. II 89, 2), aut inter se, invicem, ut II 88, 1. IV 71, 1. Vid. Haas. Lucubr. Thuc. p. 43. Hic illa notio non apta est, sed ne haec quidem placet Haasio. Nam „Corcyraeos," inquit, „si narraret hic Thucydides, ut paulo ante narravit, pugnare ipsos inter se aut ipsos sibi inter se impedimento ac perturbationi esse, posset sane *καθ' αὑτούς* vel *κατὰ σφᾶς αὐτούς* dici. Nunc vero non hoc narrat, sed illud potius, coepisse laborare Corcyraeos ac premi ab hostibus propterea, quod male impetum facerent et ... navibus ... non ... coniunctis." Cum igitur complures hic in sua parte, in suo cornu, vel quantum ad ipsos attinet, dici voluerint, Haasius *ἐταλαιπώρουν τὸ καθ' αὑτούς* vel *ἐταλαιπωροῦντο τὸ καθ' αὑτούς* legi iubet. Nam et *ταλαιπωρεῖν* et *ταλαιπωρεῖσθαι* a Thuc. dici, et *τὸ καθ' αὑτους* in acie non solum significare cornu oppositum, ut I 62, 6. III 108, 2, sed etiam eam partem, in qua quis ipse sit. Cf. adn. II 11, 3. Haasii emendatio nunc videtur recipienda esse. Nam non satis commode ad paulo aliam verbi *ταλαιπωρεῖσθαι* notionem confugientes vertunt: in mala condicione inter se erant, quod perturbabantur, quod potius dicendum est: in mala condicione erant, quod inter se perturbabantur. Sed sic verbum, ad quod *καθ' αὑτούς* spectet, omissum est. — *ἀθρόαις μὲν οὐ προσέπιπτον*. Dativus utrum ad Athenienses an ad eorum hostes referendus esset, ambiguum esse existimavit Bred. Illud probat Dobr. comparans IV 11, 1 *τῷ στρατῷ προσέβαλλον*, IV 43, 1 *τοῖς ἄλλοις ξυνέβαλλε*. Cf. VIII 80, 1. Addit quidem fortasse post *μέσον* [et ante *οὐδὲ*] distinguendum esse, ut *ἀθρόαις* iungatur cum *ταῖς ... τεταγμέναις*. Sed prius verum esse dicit. De quo ob ipsos illos dativos *ταῖς ... τεταγμέναις* iure dubites. Refer potius *ἀθρόαις* ad hostes. — *προσβαλόντες κατὰ κέρας*. Port.: in extremum cornu irruentes. At Levesqu. *κατὰ κέρας* longo ordine sonare vult. Qua significatione etsi usitatius est dicendi genus *ἐπὶ κέρως* (vid. adn. II 90, 4), etiam alterum interdum legi non negamus. Vid. Popp. ad Xen. Cyr. I 6, 43. VII 1, 12. Hic tamen sic explanari non posse et contraria ei esse verba *κατὰ μέσον*, non *ἀθρόαις*, inde apparet, quod *ἀθρόαις* non valet *μετωπηδόν* (II 90, 4), *ἐπὶ μετώπου* (Luc. de Conscr. Hist. 29), in acie terrestri *ἐπὶ φάλαγγος* (Xen. Cyr. I 6, 43). — *κύκλον ταξαμένων*. Cf. adn. II 83, 5. *Ταξαμ. αὐτῶν* refer ad Lace-

ἔπλεον καὶ ἐπειρῶντο θορυβεῖν. γνόντες δὲ οἱ πρὸς 2
τοῖς Κερκυραίοις καὶ δείσαντες μὴ ὅπερ ἐν Ναυ-
πάκτῳ γένοιτο, ἐπιβοηθοῦσι· καὶ γενόμεναι ἀθρόαι
αἱ νῆες ἅμα τὸν ἐπίπλουν τοῖς Ἀθηναίοις ἐποι-
οῦντο. οἱ δ' ὑπεχώρουν ἤδη πρύμναν κρουόμενοι 3
καὶ ἅμα τὰς τῶν Κερκυραίων ἐβούλοντο προκατα-
φυγεῖν ὅτι μάλιστα, ἑαυτῶν σχολῇ τε ὑποχωρούν-
των καὶ πρὸς σφᾶς τεταγμένων τῶν ἐναντίων. ἡ
μὲν οὖν ναυμαχία τοιαύτη γενομένη ἐτελεύτα ἐς
ἡλίου δύσιν.

ἔπειτα οἱ μὲν Κερκυραῖοι τοὺς ἐκ τῆς νήσου πάλιν διακομίζουσιν, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἐπὶ Λευκίμμην ἀποβαίνουσι.

79. *Καὶ οἱ Κερκυραῖοι δείσαντες μὴ σφίσιν* 1
ἐπιπλεύσαντες ἐπὶ τὴν πόλιν ὡς κρατοῦντες οἱ
πολέμιοι ἢ τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἀναλάβωσιν ἢ καὶ
ἄλλο τι νεωτερίσωσι, τούς τε ἐκ τῆς νήσου
πάλιν ἐς τὸ Ἥραιον διεκόμισαν καὶ τὴν πόλιν
ἐφύλασσον. οἱ δ' ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν οὐκ ἐτόλ- 2
μησαν πλεῦσαι κρατοῦντες τῇ ναυμαχίᾳ, τρισ-
καίδεκα δὲ ναῦς ἔχοντες τῶν Κερκυραίων ἀπ-

Cap. 79. § 1. **πάλιν** Ven. Mosqu. Ar. Chr. Dan. Vall. Bekk. Vulgo et in plerisque codd. **πάλαι**. Sed vid. ed. mai.

Ηραιον Aug. Pal. Vat. Vulgo et Bekk. *Ἡραῖον*. Sed vid. ad. I 24, 7.

§ 2. **τρισκαίδεκα δέ** Cass. Aug. Cl. Ven. C. F. Pal. It. Reg. Gr. Laur. Lugd. E. al. Vulgo et Bekk. **τρεῖς δὲ καὶ δέκα**, per se non deterius. Cf. Lob. ad Phryn. p. 409 sq.

daemonios, **περιέπλεον** ad Athenienses. — **περιέπλεον.** Ut solebant. Cf. II 84, 1. VII 36, 4.

§ 2. **οἱ πρὸς τοῖς Κερκυραίοις**, i. e. **οἱ πρὸς τοὺς Κερκυραίους τεταγμένοι** 77, 8. — **ὅπερ.** Suppl. **ἐγένετο.** — **ἐν Ναυπάκτῳ.** Cf. II 84.

§ 3. **πρύμναν κρουόμενοι.** Cf. adn. I 50, 5. — **τὰς τῶν Κερκυραίων.** Est accusativus subiecti. — **ὅτι μάλιστα** iunge cum **ἐβούλοντο.** Cf. I 141, 7. II 90, 4. III 47, 8. IV 79, 2. V 36, 1. VI 9, 2. VIII 91, 3. — **ἑαυτῶν ... ὑποχωρούντων.** Cur ita scriptum sit, non **ὑποχωροῦντες**, ex altero membro liquet. Cf. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 2.

Cap. 79. § 1. **ὡς κρατοῦντες**, ut victores. — **τοὺς ἐκ ... ἀναλάβωσιν.** De re cf. 75, 4, de **ἐκ** praepos. adn. I 8, 2. — **Ἥραιον.** Cf. adn. 75, 4.

§ 2. **κρατοῦντες τῇ ναυμαχίᾳ.** Haec expungi vult Krueg. Defendi tamen possunt, dummodo **κρατοῦντες** explices **καίπερ κρατ.** Cf. adn. I 69, 5. — **τρισκαίδεκα δὲ ... ἤπειρον** superiori membro ita opponitur ut singulae eorum partes inverso ordine sibi respondeant.

3 ἔπλευσαν ἐς τὴν ἤπειρον ὅθενπερ ἀνηγάγοντο. τῇ
δ' ὑστεραίᾳ ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν οὐδὲν μᾶλλον
ἐπέπλεον, καίπερ ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ φόβῳ ὄν-
τας καὶ Βρασίδου παραινοῦντος, ὡς λέγεται,
Ἀλκίδᾳ, ἰσοψήφου δὲ οὐκ ὄντος· ἐπὶ δὲ τὴν Λευ-
κίμμην τὸ ἀκρωτήριον ἀποβάντες ἐπόρθουν τοὺς
ἀγρούς.

1 80. Ὁ δὲ δῆμος τῶν Κερκυραίων ἐν τούτῳ
περιδεὴς γενόμενος μὴ ἐπιπλεύσωσιν αἱ νῆες,
τοῖς τε ἱκέταις ᾖσαν ἐς λόγους καὶ τοῖς ἄλλοις,
ὅπως σωθήσεται ἡ πόλις. καί τινας αὐτῶν
ἔπεισαν ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι· ἐπλήρωσαν γὰρ
2 ὅμως τριάκοντα. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι μέχρι μέ-
σου ἡμέρας δῃώσαντες τὴν γῆν ἀπέπλευσαν, καὶ
ὑπὸ νύκτα αὐτοῖς ἐφρυκτωρήθησαν ἑξήκοντα νῆες
Ἀθηναίων προσπλέουσαι ἀπὸ Λευκάδος, ἃς οἱ
Ἀθηναῖοι πυνθανόμενοι τὴν στάσιν καὶ τὰς μετ'

καὶ ὁ μὲν δῆμος τῶν Κερκυραίων ἐς λόγους ἔρχεται τοῖς ἐναντίοις, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἀποπλέουσι.

§ 4. *Λευκίμμην* Cass. Aug. Ven. C. Vat. H. et a man. sec. Cl. Vulgo et Bekk. *Λευκίμνην*. Cf. ad. I 30, 4.

Cap. 80. § 1. *τριάκοντα*. Post hoc addita vulgo *προσδεχόμενοι τὸν ἐπίπλουν* delevimus, quia absunt a Cass. Aug. It. Vat. H. Reg. Bekker, qui uncis inclusit, in ed. ster. ex solo marg. Aug. enotavit. Scholio ex verbis 79, 1 *δείσαντες μὴ σφίσιν ἐπιπλεύσαντες* ducto originem videntur debere.

Quo extitit *δέ* particulae traiectio. Cf. adn. 56, 3. — *ὅθενπερ ἀνηγάγοντο*. Vid. cap. 76.

§ 3. *ἐπὶ μὲν τὴν πόλιν ... ὄντας*. Cf. Matth. Gr. § 434, 2 a et § 556 adn. 3. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 2. — *οὐδὲν μᾶλλον*, nihilo magis, ut II 70. — *ἰσοψήφου δὲ οὐκ ὄντος*, cui tamen non idem fuit ius suffragii (ferendi), cuius tamen suffragium non tantundem valebat. Cf. I 141, 6. III 11, 3. Brasidas enim fuit consiliarius Alcidae secundum c. 69 et 76, quales viros nauarchis non fuisse *ἰσοψήφους* hinc discimus. — *Λευκίμμην*. Cf. adn. I 30, 4.

Cap. 80. § 1. *ὁ δὲ δῆμος ... ᾖσαν*. Similiter post collectivum *δῆμος* pluralis legitur V 82, 2 et VI 35, 1. Alia collectiva, quibus pluralem Thucydides addidit, praeter notissima *πλῆθος* et *ὅμιλος*, sunt *στρατιά* IV 128, 2, *στρατόπεδον* V 60, 4, *φρουρά* IV 57, 2. — *τοῖς ἄλλοις*. Reliquis optimatibus optimatiumque amicis. — *ὅμως*, i. e. quamvis victi essent et dissiderent. Cf. adn. 28, 2.

§ 2. *μέσου ἡμέρας*. Ita bene dici demonstrant Thom. Mag. p. 237, 7 et Lob. ad Phryn. p. 53 sq. Medium diei Liv. — *ἐφρυκτωρήθησαν*] ... *διὰ πυρσῶν ἐμηνύθησαν*. Schol. „Ex h. l. intellegi potest *φρυκτωρίαν* veterum non tam inopem

Ἀλκίδου ναῦς ἐπὶ Κέρκυραν μελλούσας πλεῖν ἀπέστειλαν καὶ Εὐρυμέδοντα τὸν Θουκλέους στρατηγόν.

81. *Οἱ μὲν οὖν Πελοποννήσιοι τῆς νυκτὸς εὐθὺς κατὰ τάχος ἐκομίζοντο ἐπ᾽ οἴκου παρὰ τὴν γῆν· καὶ ὑπερενεγκόντες τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν τὰς ναῦς, ὅπως μὴ περιπλέοντες ὀφθῶσιν, ἀποκομίζονται.* 1

Κερκυραῖοι τοὺς ἐχθροὺς ὠμότατα τιμωροῦνται, τοὺς πολλοὺς ἀποκτείνοντες ἢ ἑαυτοὺς φονεῦσαι ἀναγκάζοντες, οὐδὲ τὰ ἱερὰ αἰδούμενοι.

Κερκυραῖοι δὲ αἰσθόμενοι τάς τε Ἀττικὰς ναῦς προσπλεούσας τάς τε τῶν πολεμίων οἰχομένας, λαβόντες τούς τε Μεσσηνίους ἐς τὴν πόλιν ἤγαγον πρότερον ἔξω ὄντας, καὶ τὰς ναῦς περιπλεῦσαι κελεύσαντες, ἃς ἐπλήρωσαν, ἐς τὸν Ὑλλαϊκὸν 2

signorum fuisse, quam Polyb. X 40 describit, dicens eam parum utilitatis attulisse ... Ex his verbis [enim] existimare licet non solum indicatum esse Spartanis hostes advehi, sed etiam sexaginta naves et Leucade et Atheniensium advehi.“ Bred., apud quem vide plura. Cf. adn. II 80, 1. III 22, 7. VIII 102. „Recte Did. iungit cum *ἀπὸ Λευκάδος*, quia, si Athenienses iam Leucade profecti fuissent, prope Corcyram fuissent, priusquam classis Peloponnesiorum Leucadem pervenire et trans isthmum portari po[sset, quod dicuntur fecisse, *ὅπως μὴ περιπλέοντες ὀφθῶσι* c. 81.]“ Goell. Et ex socia Leucade significationem adventus hostium factam esse verisimile est. — *Εὐρυμέδοντα*. Cf. Ind. nom.

Cap. 81. § 1. *ὑπερενεγκόντες*. Cf. adnot. 15, 1. — *τὸν Λευκαδίων ἰσθμόν*. Leucas cum antiquitus paeninsula esset, a Corinthiis per Cypselum et Gargasum illuc missis isthmus, cui inde apud Polybium nomen *Διόρυκτος*, perfossus est. Vid. Strab. 452. Sed postea ventorum flatu congeriem arenae accumulantium, ut ait Plin. H. N. IV 1, 5, redditus est pristinae formae, quae Thucydidis aetate ei erat, cum naves machinarum ope eum superarent. Quod hic factum et IV 8, 2. Paeninsula fuit etiam tum, cum Philippus Macedo contra Romanos bellum gessit, sed Livii aetate rursus insula. Vid. Liv. XXXIII 17. Cf. Leak. Graec. sept. III p. 19 sq. Ventis quiescentibus fretum vado transiri posse dicit Dodwell. It. p. 67. Sub Anglorum imperio fossam restitutam esse memorat Bursian. Geogr. I p. 116. Isthmum sive fauces, quibus Acarnaniae adhaesisset, quingentos ferme passus longas, latas haud amplius centum et viginti fuisse scribit Liv. l. d., cuius verba reprehendit Leak. l. d. p. 20.

§ 2. *Κερκυραῖοι δέ* cet. Proximam narrationem laudat Dion. Hal. p. 883 R. — *οἰχομένας*. Cf. adn. II 65, 11. — *λαβόντες*. Cf. II 67, 3 *λαβόντες ἐκόμισαν*, Aristoph. Vesp. 1379 *ἄγειν ταύτην λαβών*, Lysistr. 1115. 1128. Thesmoph. 212. Matth. Gr. § 558 adn. 2. — *τούς τε Μεσσηνίους*. De Messeniis vid. 75, 1 et de *τέ* particulae collocatione adn. I 16. 72, 1. — *περιπλεῦσαι ... ἐς τὸν Ὑλλαϊκὸν λιμένα*. Hae naves haud dubie in portu ad forum sito 72, 3 completae sunt; nam ibi erant

λιμένα, ἐν ὅσῳ περιεκομίζοντο, τῶν ἐχθρῶν εἴ
τινα λάβοιεν, ἀπέκτεινον· καὶ ἐκ τῶν νεῶν ὅσους
ἔπεισαν ἐσβῆναι ἐκβιβάζοντες ἀπεχρῶντο· ἐς τὸ
Ἥραιόν τε ἐλθόντες τῶν ἱκετῶν ὡς πεντήκοντα
ἄνδρας δίκην ὑποσχεῖν ἔπεισαν, καὶ κατέγνωσαν
3 πάντων θάνατον. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἱκετῶν, ὅσοι
οὐκ ἐπείσθησαν, ὡς ἑώρων τὰ γιγνόμενα, δι-
έφθειρον αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ἀλλήλους, καὶ ἐκ τῶν
δένδρων τινὲς ἀπήγχοντο, οἱ δ' ὡς ἕκαστοι ἐδύ-
4 ναντο ἀνηλοῦντο. ἡμέρας τε ἑπτά, ἃς ἀφικόμενος
ὁ Εὐρυμέδων ταῖς ἑξήκοντα ναυσὶ παρέμεινε,
Κερκυραῖοι σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας

Cap. 81. § 2. ἀπεχρῶντο Ven. et in marg. Aug. et Cl., ἀνεχρῶντο marg. Parm. Vulgo et Bekk. ἀπεχώρησαν. „E vulgata scriptura, quidquid eam Portus torqueat, nihil boni sensus elici potest. Eam, quae in marg. cod. Cl. notata est, confirmat Suidas: Θουκυδίδης ἀπεχρῶντο, ἀντὶ τοῦ ἀνῄρουν.“ Duk. Eadem habent Zon. Lex. et Bekk. Anecd. p. 423. Vulgatam nostra aetate unus Krueger defendit ad Dion. p. 149 et in Comment. antiqu. stud. 1840 p. 447. Sed cf. ed. mai.

Ἥραιον Aug. Pal. It. Vat. Dion. Hal. Vulgo et Bekk. Ἡραῖον. Cf. ad. I 24, 7.

§ 3. διέφθειρον M. Vind. D., reliqui διέφθειραν.

navalia 74, 2. Circumvectae igitur sunt paeninsulam, in qua veterem Corcyram, cuius parietinas nunc Palaeopolin appellant, sitam fuisse ad c. 72 adnotavimus. Cf. Muell. de Rep. Corcyr. p. 8 sq. — τῶν ἐχθρῶν. Ex optimatium parte. Dum circumnavigant, necabant eorum, qui in urbe remanserant (80, 1), si quem comprehenderant, ne re cognita inter eos, qui in navibus erant, tumultus concitaretur, hos autem in terram exponentes conficiebant. De εἰ particula cf. Matth. Gr. § 524 adn. 4. — ἀπεχρῶντο, interimebant. Cf. Suid. s. v. ἀπεχρήσαντο, Poll. VIII 74. IX 153 et de simili διαχρῆσθαι adn. I 126, 1. Ceterum vid. ad. — ἐς τὸ Ἥραιόν τε. Similiter collocata sunt verba ἐς τὰ ἐπὶ θάτερά τε VII 84, 4. Cf. δέ I 6, 3. — δίκην ὑποσχεῖν. Cf. adn. 58, 1.

§ 3. διέφθειρον ... ἀλλήλους. Errat Matth. Gr. § 489, III. — αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ. Extrema explicationis causa adiecta sunt, ut II 25, 3 in vv. αὐτόθεν ἐκ τῆς κοίλης Ἤλιδος. Cf. ἐκ τοῦ Ἄργους αὐτόθεν V 83, 1, et inde ... Capua Cic. pro Sext. 4, indidem ex Achaia Liv. XXV 15, 7, ubi vid. Drakenb. Vide praeter alios Krueg. ad Dion. p. 280. Ell. ad Arr. VII 11, 3. Herbst adv. Cob. p. 58 sq. — ἐκ τῶν δένδρων. Quae erant ἐν τῷ ἱερῷ. In usu praepositionis Latini cum Graecis consentiunt, Germani dissentiunt. Cf. ἀρτᾶν ἔκ τινος Xen. Anab. III 5, 10, ἀπαρτᾶν Luc. Tim. c. 36, similia.

§ 4. σφῶν αὐτῶν non est

μος· οἱ δὲ τρόποι τῶν πόλεων μάλιστα ἐφθάρησαν, καὶ τόλμα, ἀπάτη, ἐπιβουλαί, ἀπιστία ἐπηνοῦντο.

πολεμουμένων δὲ καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ προσποιήσει ῥᾳδίως αἱ ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίζειν τι βουλομένοις ἐπορίζοντο. καὶ ἐπέπεσε 2
πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσι, γιγνόμενα μὲν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις τῶν ἀνθρώπων ᾖ, μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα καὶ τοῖς εἴδεσι διηλλαγμένα, ὡς ἂν ἕκασται αἱ μεταβολαὶ τῶν ξυντυχιῶν ἐφιστῶνται. ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ

Cap. 82. § 2. ἀνθρώπων sine articulo omnes praeter Vat. H. Class. confert I 20, 1. 77, 4. 140, 1. II 61, 4.

ἕκασται. Aug. Pal. It. Vat. G. ἕκαστα. Ἑκάστοις mavult Krueg.

πολεμουμένων δέ, cum autem bello premerentur. Cf. adn. I 37, 1. — καὶ ξυμμαχίας ἅμα ... ἐπορίζοντο, utrisque, qui rerum novarum erant cupidi, simul etiam facile dabatur facultas arcessendi socios auxiliares, ut et adversam factionem opprimerent et exinde potentiam sibimet compararent. De particulis καὶ ἅμα cf. adn. 61, 1. Cum bello simul etiam societatis arcessendae opportunitas dabatur. Propter hanc verborum coniunctionem et quod maximum pondus habet ξυμμαχίας vocabulum, etsi pendet ex remotiore ἐπαγωγαί, statim ab initio est positum. Magna sane haec est verborum collocationis licentia, sed vix maior quam illa 15, 1, ubi vide adn. Cf. etiam adn. IV 98, 7. Etiam „dativum ἑκατέροις paulo remotius a verbo suo ἐπορίζοντο posuit [quia, qui sint σφεῖς αὐτοί, ita melius intellegitur]. Porro idem dativus noto graecismo [cf. adn. I 2, 6] pro ἑκατέρων est positus; cogitandum enim ἑκατέρων τοῖς νεωτερίζειν τι βουλομένοις.“ Goell. Ξυμμαχία, ut saepe (cf. adn. I 118, 2), ipsos socios significat. Ἐπαγωγή ad verbum ἐπάγεσθαι, quod praecessit, revocandum est. Cf. 100, 1. Dativi autem κακώσει et προσποιήσει causam indicant. Cf. Matth. Gr. § 398 b et adn. I 128, 1. III 82, 6. VI 33, 2. Denique dativi σφίσιν αὐτοῖς ex substantivo verbali προσποιήσει pendent. Cf. Krueg. Gr. § 48, 12 adn. 4. Hanc Porti et nostram explanationem totius huius enuntiati probavit Dobr., nisi quod ῥᾳδίως non modo facile, sed libenter significare arbitratur.

§ 2. ἐπέπεσε. Cf. adn. II 48, 3. — γιγνόμενα ... ᾖ. Cf. Tac. Hist. IV 74 vitia erunt, donec homines, et similia complura in ed. mai. coll. — μᾶλλον (gravius, saevius) δέ. Suppl. γιγνόμενα, de quo cum adverbio iuncto cf. II 14 et de adverbio et adiectivo copulatis adn. 4, 2. — ὡς, prout. Cf. II 37, 1. III 45, 4. — ξυντυχιῶν. Cf. adn. 45, 4. — ἐφιστῶνται. Instare, imminere, explicatur in Steph. Thes. III p. 2579. Accedere (ad homines) et ea de causa evenire ad sententiam aptius vult esse Bloomf. comparans Soph. OR. 777 πρίν μοι τύχη τοιάδ᾽ ἐπέστη et Eur. Hipp. 819. Similiter ὅπως ἂν παραστῶ-

καὶ ἀγαθοῖς πράγμασιν αἵ τε πόλεις καὶ οἱ ἰδιῶται
ἀμείνους τὰς γνώμας ἔχουσι διὰ τὸ μὴ ἐς ἀκουσίους
ἀνάγκας πίπτειν· ὁ δὲ πόλεμος ὑφελὼν τὴν εὐπο-
ρίαν τοῦ καθ' ἡμέραν βίαιος διδάσκαλος καὶ πρὸς
τὰ παρόντα τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ. ἐστα-
3 σίαζέ τε οὖν τὰ τῶν πόλεων, καὶ τὰ ἐφυστερίζοντά
που ἐπιπύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν ἐπέφερε

§ 3. Quae nunc edidimus leguntur apud Dion. Hal. p. 886, 10. Contra πύστει τῶν προγενομένων πολὺ . . . τοῦ καινοῦσθαι idem p. 886, 2 et codd. nisi quod ἀποπύστει M., προγεγενημένων C., πολλήν Bas. ex emend., aliquot κενοῦσθαι habent. Eodem modo verba apud Dion. p. 958 afferuntur, praeterquam quod ἐς τό hic quoque legitur. Cf. adn.

σιν τύχαι Eur. Med. 331. — ἐς ἀκουσίους ἀνάγκας πίπτειν. Ἀβουλήτους ἀνάγκας explanantes substituerunt Dionys. Hal. et Ioseph. Cf. adn. 31, 1. Potuit etiam ἄκοντας ἐς ἀνάγκας (i. e. ἀπορίας) πίπτειν scribi. Ipsum simplex πίπτειν autem raro sic dicitur pro iuncto ἐμπίπτειν et aliis verbis. — τοῦ καθ' ἡμέραν, victus quotidiani. Τοῦ est neutrum. — τὰς ὀργάς] νῦν ὀργὰς τὰς γνώμας καὶ τοὺς τρόπους ἐκάλεσεν. Schol. Cf. adn. I 140, 1.

§ 3. ἐστασίαζε τὰ τῶν πόλεων, dissidebant civitatum partes. Cf. adn. II 11, 4. III 59, 1. „Dionysius Hal. l. d. partem huius digressionis de seditionibus urbium Graecarum usque ad verba ἐπὶ δὲ τῷ ἀγάλλονται accurate examinat et, quid in singulis prope periodis reprehendi mereatur, ostendit.“ Duk. — καὶ τὰ ἐφυστερίζοντα. Quaeritur, utrum τὰ ἐφυστερίζοντα sint αἱ ἐφυστερίζουσαι πόλεις, οἱ ἐφυστερίζοντες, an τὰ ὕστερον γιγνόμενα. Illud praeter Dion. p. 886 probavit Cantac. III 28 p. 178, qui ἐστασίαζον οὖν, inquit, αἱ πόλεις, καὶ οἱ ὑστερίζοντές που πύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν ἐπεδείκνυντο ὑπερβολήν. Sed utinam aut ipse aut alius demonstrasset ἐπιφέρειν ὑπερβολήν esse ἐπιδείκνυσθαι ὑπερβολήν, ποιεῖσθαι ὑπερβ. — ἐπιπύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν . . . ἐς τὸ καινοῦσθαι κ. τ. λ. Rescripsimus ea, quae ipsum Dionysium legisse certo cognoscitur. Duobus enim locis p. 886 apud eum haec verba afferuntur, priore qualia ex codicum fide leguntur, altero qualia nos edidimus. At illum et ἐπιπύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν et ἐς τὸ in suo libro habuisse ostendunt ipsius interpretationes: οἱ δὲ ὑστερίζοντες ἐπιπυνθανόμενοι τὰ γεγενημένα παρ' ἑτέρων ἐλάμβανον ὑπερβολὴν ἐπὶ τὸ διανοεῖσθαί τι καινότερον et p. 887 πολλὴν τὴν ἐπίδοσιν ἐλάμβανον ἐς τὸ διανοεῖσθαί τι καινότερον. Praeterea ἐς τὸ apud eundem p. 953 servatum est. Discrepantes igitur prioris loci scripturas ex libris Thucydideis illatas esse patet. Cf. quae de locorum Thucydideorum apud Dionys. fide supra adn. § 1 breviter monuimus. Vestigium ἐπιπύστει vocabuli in scriptura ἀποπύστει videtur latere atque πολλὴν et προγεγενημένων haud dubium est, quin Cantac. quoque l. d. ante oculos habuerit. Quibus testi-

τὴν ὑπερβολὴν ἐς τὸ καινοῦσθαι τὰς διανοίας τῶν τ' ἐπιχειρήσεων περιτεχνήσει καὶ τῶν τιμωριῶν ἀτοπίᾳ. καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων 4
ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει. τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέλλησις δὲ προμηθὴς δειλία εὐπρεπής, τὸ δὲ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα, καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν ἐπὶ πᾶν ἀργόν· τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξὺ ἀνδρὸς μοίρᾳ

§ 4. *ἀνδρία*. C. F. Pal. et deteriores nonnulli *ἀνδρεία*. Cf. sd. II 39, 4.

moniis accedit quod neutrum *πολύ* nullam habet explicationem (nam qui interpretati sunt: magnam afferebant exsuperantiam, ipsum *πολλὴν* reddiderunt) et *ἐς τὸ καινοῦσθαι* optime congruit cum V 75, 3 *τὴν* ... *ἐπιφερομένην αἰτίαν ἔς τε μαλακίαν* ... *καὶ ἐς τὴν ἄλλην ἀβουλίαν*. Totum igitur locum antiquissimi testis auctoritate in integrum restitutum sic vertimus: et ea, quae postea fere eveniebant, accedente priorum facinorum fama magnam ad (i. e. quod attinet ad. Cf. V 75, 3) excogitanda nova consilia afferebant exsuperantiam cum conatuum artificio tum poenarum insolentia. Dativi, pro quibus *διά* cum accus. ponere poterat (cf. *διὰ τὴν* ... *ξυμφοράν* in loco simillimo V 75, 3), causam indicant. Vocabulo *περιτέχνησις* simile est *περίνοια* 43, 3, ubi vide adn.

§ 4. *τὴν εἰωθυῖαν* ... *δικαιώσει*, usitatam vocabulorum significationem in rebus (propr. quod attinet ad res, ut supra *ἐς τὸ καινοῦσθαι*) arbitratu suo immutarunt, Port. *Ἀξίωσις*, propria aestimatio hic significationis vim habet. *Ἐς τὰ ἔργα διὰ μέσου* collocata non solum cum verbis *τὴν ἀξίωσιν* videntur cohaerere, cui rei non obstare articulum omissum in adn. crit. ad I 51, 4 vidimus sed etiam cum verbo *ἀντήλλαξαν*. Cf. adn. 60. De *δικαιώσεως* voce cf. adn. I 141, 1 et Dion. Antiqu. III 10 *ἀναστρέψασα τὰς ἀνθρωπίνας δικαιώσεις ἡ φύσις*. Totum locum volunt esse exemplum *ὑποκορισμοῦ*, sed non solum rebus turpibus honesta, verum etiam honestis invidiosa nomina imposita esse cognoscemus. Sententias similes vide apud Bloomf. — *τόλμα μέν* cet. Figuras poeticas, *παρομοιώσεις καὶ παρισώσεις*, in his exagitat Dion. Hal. p. 808, contra quem disputat Gail. p. 175. — *φιλέταιρος*. In hac voce ad *ἑταιρίας* respici putat Arn. Cf. § 5. — *ἐνομίσθη* aoristus rei eventum designat. Pariter antea *ἀντήλλαξαν* et postea *προσετέθη*, *ἐγένετο*. Rerum status imperfecto ubique describitur. — *τὸ δὲ σῶφρον* cet. Secuntur complura adiectiva pro substantivis abstractis posita. Cf. adn. I 6, 3. — *τὸ πρὸς ἅπαν* ... *ἀργόν*, omnem rem moderans prudentia ad omnem rem inertia, Haas. — *τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξύ*, vesanus animi impetus (ardor). — *ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη*, viro attribuebatur, virtutis loco habebatur, quod usitatius dici *ἐν ἀνδρείας* (vel *ἀνδρὸς*) *μοίρᾳ τιθέναι* docet Goell. Cf.

προσετέθη, ἀσφαλείᾳ δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος. καὶ ὁ μὲν χαλεπαίνων

ἀσφαλείᾳ δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι Mosqu. Vulgo et Bekk. ἀσφάλεια δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι. Sed dativum et nominativum deinceps collocatos habet Dion. Hal. p. 888, ἀσφαλεία legitur in m. et in marg. Cl., ἀσφαλείαι (ι adscripto) in M., in Lugd. gloss. τῇ adscr. est, denique Schol. explicat verbis τὸ ἐπιπολὺ βουλεύσασθαι δι᾽ ἀσφάλειαν. Dativum igitur reponendum esse viderunt Sylburg. et Bred. Cf. Krueg. ad Dion. p. 155, qui postea ἀσφαλείᾳ δὲ τῷ ἐπιβουλ. coniecit. Ar. Chr. Dan. ἀσφάλεια δὲ τοῦ ἐπιβουλεύσασθαι. Cf. adn.

Vig. p. 112. — ἀσφαλείᾳ δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι. Cum scriptor quod supra dixit, sollemnem nominum significationem ex arbitrio permutatam esse, fusius explicet, ex ipsa rerum natura aequabilitas quaedam verborum nata est. Nam non solum vera cuiusque nominis notio falsae quam brevissime opponitur, sed etiam vitio in virtutem mutato contraria virtus (primo tamen loco tripartita: μέλλησις προμηθής, τὸ σῶφρον, τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετόν) in vitium versa respondet. Sequitur, ut hoc quoque loco eadem verae et falsae notionis brevissima sit oppositio neque quidquam explicationis causa addatur, deinde ut vesanae temeritati pro animo virili acceptae contraria virtus ignaviae loco habita ex adverso sit. Priore causa evincitur verbis ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος praedicatum, non appositionem contineri, altera τὸ ἐπιβουλεύσασθαι ad prudentis consilii moderationem referre cogimur. Quod si verum est, dativus ἀσφαλείᾳ non a subaudiendo προσετέθη pendet, sed cum ἐπιβουλεύσασθαι iungendus est. Sic I 42, 4 διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν dictum est pro τὸ διὰ κινδύνων πλέον ἔχειν, IV 20, 4 ἐν τούτῳ τὰ ἐνόντα ἀγαθά pro τὰ ἐν τούτῳ ἐνόντα ἀγαθά. Cf. Krueg. Gr. § 50, 10 adn. 1 et adn. I 42, 4. Verbum autem ἐπιβουλεύσασθαι auctam quandam simplicis βουλεύσασθαι vim habet. Significat enim amplius deliberare sive consultare (cf. ἐπινοῆσαι, ἐπιγνῶναι I 70, 2), qua eadem notione praeditum legitur apud Arrian. Epict. diss. IV 1, 160 ὅτι αἰσχρὸν ἡγεῖτο, οὐδ᾽ ἐπεβουλεύσατο, ubi vide Schweighaeus. Adverbialiter positum ἀσφαλείᾳ tuto sonat. Cf. 56, 5. Ut denique contrariorum congruentia servetur, ἀποτροπή virilitati quodammodo opposita esse debet. Eiusmodi autem substantiva verbalia vim suam non solum ab activo, sed etiam a medio genere eorum verborum repetunt, a quibus derivata sunt. Ita ἀποστροφή IV 76, 5 ad ἀποστρέφεσθαι, ἐπαγωγή § 1. 100, 1 ad ἐπάγεσθαι, ἀποκομιδή I 137, 4 ad ἀποκομίζεσθαι, ξυναλλαγή 82, 7 ad ξυναλλάσσεσθαι revocandum est. Quare ἀποτροπή non solum eius est, qui avertit (45, 7), sed etiam eius, qui avertitur sive timidus recedit (cf. I 57, 2. II 40, 3. IV 59, 2. VIII 10, 2). Iam vero locus sic vertendus est: tuto consultare pro causa speciosa recedendi habitum est. Subaudiendum hic et in eis quae secuntur ἐνομίσθη. Cum nostra interpretatione consentit schol. τὸ ἐπιπολὺ βουλεύσασθαι δι᾽ ἀσφάλειαν πρόφασις ἀποτροπῆς ἐνομίζετο. Contra Class. vide Annal. phil. 1868 p. 121 sq.

§ 5. ὁ χαλεπαίνων, homo iracundus, fervidus (der

πιστὸς ἀεί, ὁ δ' ἀντιλέγων αὐτῷ ὕποπτος. ἐπι-
βουλεύσας δέ τις τυχών ⟨τε⟩ ξυνετός, καὶ ὑπο-
νοήσας ἔτι δεινότερος· προβουλεύσας δὲ ὅπως
μηδὲν αὐτῶν δεήσει, τῆς τε ἑταιρίας διαλυτὴς
καὶ τοὺς ἐναντίους ἐκπεπληγμένος. ἁπλῶς τε ὁ
φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾶν ἐπῃνεῖτο καὶ
ὁ ἐπικελεύσας τὸν μὴ διανοούμενον. καὶ μὴν καὶ 6
τὸ ξυγγενὲς τοῦ ἑταιρικοῦ ἀλλοτριώτερον ἐγένετο
διὰ τὸ ἑτοιμότερον εἶναι ἀπροφασίστως τολμᾶν·
οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελίᾳ αἱ τοι-

§ 5. ἑταιρίας. C. F. It. I ἑταιρείας. Quas formas ita distinguunt Lob. ad Soph. Ai. 682 et Dind. in Steph. Thes., ut ἑταιρία sit amicitia, ἑταιρεία sodalitium. Cf. adn. Sed hoc discrimen praeter alios nonnullos non agnoscit Schoem. in Antiqu. iur. p. 101, qui conferri iubet Sinten. ad Plut. Pericl. p. 145, a quo tamen non multum probatum est. Alios, qui de his formis disseruerunt, nominavimus in ed. mai. Add. Bast. ad Isocr. Pan. c. 22.
ἁπλῶς δέ codd. Cf. adn.
§ 6. ὠφελίας codd. Cf. adn.

Hitzkopf). — τυχών, rem feliciter exsecutus. Cf. adn. 39, 8. Τε ex Dionys. p. 889. 954 accessit. Hoc ipsum legisse docet eius vituperatio (p. 889): οὔτε ὁ αὐτὸς τυχών τε καὶ ἐπιβουλεύσας νοεῖσθαι δύναται. Cf. IV 22, 3 εἰπόντες καὶ οὐ τυχόντες. — δεινότερος, i. e. ξυνετώτερος, ut schol. — αὐτῶν, μήτε τοῦ ἐπιβουλεῦσαι μήτε τοῦ ὑπονοῆσαι. — ἑταιρίας. Utrum hic sit amicitia universa, an sodalitium, dubitant interpretes; alterum tamen propter § 6 est probabilius, nec forma vocabuli multum obstat. Cf. ad. De sodalitiis praeter alios vid. Herm. Antiqu. Gr. I § 70. Schoem. Antiqu. iur. p. 101 et 850. Antiqu. Gr. I p. 185 sq. 864. Buettner. Hist. hetaeriar. Attic. — ἁπλῶς τε, non ἁπλῶς δέ, ex consuetudine Thucydidis. Cf. adn. 40, 4. — ἐπικελεύσας graviorem incitandi vim habet. Cf. Xen. Cyr. III 3, 41. Ad hoc et τὸν μὴ διανοούμενον pariter supple κακόν τι δρᾶν.

§ 6. τὸ ξυγγενὲς τοῦ ἑταιρικοῦ. De his neutris cf. adn. I 1, 1. II 45, 1. Τὸ ἑταιρικόν redit VIII 48, 3. — οὐ γὰρ μετὰ . . . πλεονεξίᾳ. Sententia cum haec sit: non enim servatis legibus, quae latae erant, utilitatis causa eiusmodi sodalitiorum coetus fiebant, sed contra constitutas leges avaritiae gratia, necessarius est dativus ὠφελίᾳ. Certe μετὰ ὠφελίας coniungenda esse vix credas, cum μετὰ τῶν κειμένων νόμων et παρὰ τοὺς καθεστῶτας (νόμους) ad amussim inter se respondeant. Confirmat emendationem non solum Vallae interpretatio: non enim huiusmodi conventus per leges ob utilitatem, sed contra leges ob avaritiam fiebant, sed etiam Dionysii παράφρασις p. 891 scripta: οὐ γὰρ ἐπὶ ταῖς κατὰ νόμον ὠφελίαις αἱ τῶν ἑταιρειῶν ἐγίγνοντο

αὗται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ. καὶ τὰς ἐς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατύνοντο ἢ τῷ κοινῇ τι
7 παρανομῆσαι. τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων καλῶς λεγόμενα ἐνεδέχοντο ἔργων φυλακῇ, εἰ προύχοιεν, καὶ οὐ γενναιότητι. ἀντιτιμωρήσασθαί τέ τινα περὶ πλείονος ἦν ἢ αὐτὸν μὴ προπαθεῖν. καὶ ὅρκοι εἴ που ἄρα γένοιντο ξυναλλαγῆς, ἐν τῷ αὐτίκα πρὸς τὸ ἄπορον ἑκατέρῳ διδόμενοι ἴσχυον, οὐκ ἐχόντων ἄλλοθεν δύναμιν· ἐν δὲ τῷ παρατυχόντι ὁ φθάσας θαρσῆσαι, εἰ ἴδοι ἄφρακτον, ἥδιον διὰ τὴν πίστιν

τῷ θείῳ νόμῳ. Cf. adn.

σύνοδοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ παρὰ τοὺς νόμους τι πλεονεκτεῖν. De dativis cf. adn. § 1. — τῷ θείῳ νόμῳ ut τοὺς θεῶν νόμους Soph. Ai. 1343, ἐν θεῶν νόμοις Pind. Pyth. II 43. Apud Dionys. p. 955 τῷ θείῳ καὶ νομίμῳ, unde τῷ ὁσίῳ καὶ νομίμῳ Dobr. Sed quid ipse Dionys. legerit, non satis liquet.

§ 7. τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων . . . γενναιότητι, et quae ab adversariis probe dicebantur, ea ita admittebant, ut actiones eorum caverent, si superiores essent, non autem cum generositate. Utrum προύχοιεν ad τοὺς ἐνδεχομένους, an ad τοὺς ἐναντίους spectet, ambigitur; sed hoc videtur praestare. Nam quo magis adversarii potentia eminent, eo magis cavendi sunt. „Ἔργων ut τῶν ἔργων 46, 4, ἔργῳ φυλασσομένη VI 40, 2.“ Dobr. De ἀπό praepositione cf. adn. I 17, 1. — καὶ ὅρκοι . . . δύναμιν, et iura iuranda sicubi forte interponebantur reconciliationis (i. e. reconciliandae gratiae causa), in praesenti, propter rerum difficultatem utrimque data, valebant, dum (s. quam diu) vires aliunde non habebant. Ὅρκον διδόναι hic non, ut plerumque, est ius iurandum offerre, sed idem atque ὅρκον παρέχειν, ὀμνύναι. Pro ἑκατέρῳ Reiskius ἑκατέρων coniecit; sed nec plurali opus videtur, cum de duobus hominibus adversariis non minus quam de duabus partibus cogitari possit (cf. ad. I 22, 3), nec genetivo, cum ad ἐχόντων genetivum facile cogitetur αὐτῶν, i. e. duobus illis in gratiam redeuntibus. Potest quidem ἐχόντων eodem pronomine αὐτῶν simul audito etiam ad iura iuranda referri, neque ideo ex uno Par. D. ἔχοντες legi necesse est; sed ea, quae secuntur, alteri enodationi magis favent. — ἐν δὲ τῷ παρατυχόντι . . . προφανοῦς. „Opportunitate autem oblata qui prior virium fiduciam nactus esset, si minus munitum animadvertisset adversarium, ob fidem („qua adversarius nitebatur, non metuens dolum et insidias“ Haack.), eum lubentius ulciscebatur quam palam.“ Krueg. De ἄφρακτος vocabulo cf. I 6, 1. 117, 1, de φθάνειν verbo cum infin. iuncto adn. I 83, 3. Aristoph. Equ. 935. Nub. 1384. Plut. Marc. 4. Genus lo-

ἐτιμωρεῖτο ἢ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς, καὶ τό τε ἀσφαλὲς ἐλογίζετο καὶ ὅτι ἀπάτῃ περιγενόμενος ξυνέσεως ἀγώνισμα προσελάμβανε. ῥᾷον δ' οἱ πολλοὶ κακοῦργοι ὄντες δεξιοὶ κέκληνται ἢ ἀμαθεῖς ἀγαθοί, καὶ τῷ μὲν αἰσχύνονται, ἐπὶ δὲ τῷ ἀγάλλονται.

αἴτια τῶν στάσεων.

8 *πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν· ἐκ δ' αὐτῶν καὶ ἐς τὸ φιλονικεῖν καθισταμένων τὸ πρόθυμον. οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες μετὰ ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς καὶ*

quendi *ἐν τῷ παρατ.* legitur etiam V 88, 1. — *ξυνέσεως ἀγώνισμα*, prudentiae praemium, i. e. prudentiae laudem praemium victoriae. Cf. adn. I 22, 4. — *ῥᾷον δ' οἱ πολλοὶ ... ἀγαθοί.* „Vulgus autem, cum nefarii sunt, facilius sollertes audiunt quam, cum simplices, honesti. Haec inseruntur ut causa, cur felicem perfidiam magis aemulati quam detestati sint, cur alios decipere quam ipsi decipi maluerint.“ Arn. Alii *ῥᾷον κέκληνται* explicant lubentius vocantur, quod Bloomf. in ed. 2 tuetur, qui debebat niti vi passivi ad I 120, 3 illustrata. Krueger autem ad Dion. verba sic interpretatus erat: vulgus facilius nefarios callidos se dici patiuntur quam bonos simplices; quam explicationem a nobis in ed. mai. reprehensam tueri studuit in Comment. antiqu. studior. a. 1840 p. 452 sq., sed nobis certe non persuasit. Vulgaris, a qua Kruegerianam differre Bloomfieldius in ed. 2 non intellexit, confirmatur etiam Procopii (p. 298) imitatione. Cf. ed. mai. De perfecto *κέκλημαι* cf. Buttm. Gr. max. § 113 adn. 12. Eadem eius vis est II 37, 1. V 9. — *τῷ μὲν ... ἐπὶ δὲ τῷ.* Cf. adn. 61, 1 et I 68, 4.

§ 8. *ἐκ δ' αὐτῶν ... τὸ πρόθυμον*, et ex his (rebus nascens), vel atque post has etiam, cum in contendendi cupiditatem (et consuetudinem) adducuntur, alacre studium (partium). Praedicatum sunt superiora verba *αἴτιον ἦν*. Bene schol.: *πάντων δὲ τῶν εἰρημένων κακῶν αἴτιον ἦν ἡ ἐπιθυμία τοῦ βούλεσθαι ἄρχειν τῆς γῆς διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν. ἐκ τούτων δὲ ἡ στάσις ἀρχὴν λαμβάνουσα ... ὕστερον λαμβάνει ἑτέραν τῶν κακῶν αἰτίαν, τὴν τῶν στασιαζόντων προθυμίαν, ὥσπερ εἰς ἔξιν ἐρχομένων αὐτῶν τοῦ ... μὴ ἡττηθῆναι τῶν ἐναντίων (τοῦ μὴ εἴκειν τοῖς ἐναντίοις).* Quod autem antea *ἀρχή* legitur, non *ἐπιθυμία τῆς ἀρχῆς*, id noli mirari; nam similiter gloriam pro gloriae cupiditate aliquotiens commemorant Latini. Cf. Doederl. ad Tac. Ann. I 43. — *μετὰ ὀνόματος* cet. Haec imitatus est Salust. Cat. 38. — *πλήθους ἰσονομίας πολιτικῆς.* De aequabilitate iuris cf. Schoem. Antiquit. iur. p. 95 et Niebuhr. Hist. Rom. I p. 315. *Ἰσονομίας* autem nomen honestius a popularibus pro invisa *δημοκρατίας* appellatione adscitum esse docet Bloomf. Cf. adn. II 37. — *πολιτικῆς*, civilis, si idem esset atque inter cives, civium, aut hoc vocabulum aut *πλήθους* redundaret. Et cum ei in altero inciso respondeat *σώ-*

ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες ἆθλα ἐποιοῦντο, παντὶ δὲ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγίγνεσθαι ἐτόλμησάν τε τὰ δεινότατα, ἐπεξῇσάν τε τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους, οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προστιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που ἀεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν ἑτοῖμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονικίαν ἐκπιμπλάναι. ὥστε εὐσεβείᾳ μὲν οὐδέτεροι ἐνόμιζον, εὐπρεπείᾳ δὲ λόγου οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τι διαπράξασθαι ἄμεινον ἤκουον. τὰ δὲ μέσα τῶν πολιτῶν ὑπ'

§ 8. **προστιθέντες** Gr. schol. Aug. et Dion. Hal. p. 894, reliqui **προτιθέντες**. Illud commendant Krueg. ad Dion. p. 161, Doederl. ad Soph. Col. 149 et hic Arn. Cf. 39, 7. 45, 3. Vide adn.

φρονος, laudis notionem eo contineri oportet. „Indicat [igitur] rationem, quae civibus cum civibus, id est paribus cum paribus, intercedit, cum contraria sit ratio *δεσποτική* seu *τυραννική*.“ Arn. — ***ἀριστοκρατίας σώφρονος*** Paucorum igitur dominatum (*τὴν ὀλιγαρχίαν*) honesto nomine imperii optimatium (*ἀριστοκρατίας*) obtegebant. Cf. adn. II 87, 1. Atque hoc imperium **σῶφρον** appellabant, ut solebant civitates, quae ab optimatibus regebantur, *σωφροσύνῃ* gloriari. Cf. VIII 64, 5. — ***προτιμήσει*** variata structura ad *μετὰ ὀνόματος* appositum est. — ***ἆθλα ἐποιοῦντο***, tamquam suorum certaminum praemium sibi proponebant. — ***ἀγωνιζόμενοι . . . περιγίγνεσθαι***. Cf. adn. 88, 2 et cum sententia Sal. Iug. 42. — ***ἐπεξῇσάν τε***, et exsecuti sunt. Cf. adn. V 100. I 84, 3. — ***ἔτι μείζους***. Suppl. *ἢ κατὰ τὰ ὑπὸ τῶν ἐναντίων τολμηθέντα*. — ***μέχρι***, i. e. „intra fines et modum.“ Bau. — ***προστιθέντες***, iniungentes. Cf. adn. 39, 7. Cum *ἐπεξῇσαν* verbi sententia pugnat *προτιθέντες*, i. e. proponentes. Cf. adn. 40, 1. Nam modum ponendi notio, quae placuit Classeno, ab hoc verbo aliena est. — ***ἐς τὸ ἡδονὴν ἔχον***, secundum id, quod voluptatem praebebat, volupe erat. Cf. adn. II 41, 3. De *ἐς* praepos. cf. adn. I 6, 4. Matth. Gr. § 578 d. — ***ἐκπιμπλάναι***. Sic Lat. explere. Pro hoc *ἀποπιμπλάναι* VII 68, 1. — ***εὐσεβείᾳ . . . ἐνόμιζον***. Cf. adn. II 38, 1. Frustra igitur in uno Par. D. *εὐσέβειαν*. — ***εὐπρεπείᾳ δὲ . . . ἤκουον***, quibus autem contigisset, ut speciosa oratione utentes aliquid invidiose (nefasti quid) perpetrarent, melius audiebant. ***Ἐπιφθόνως***, invidiose, quod adverbium etiam I 75, 1 et vi activa Xen. Cyr. III 3, 10 legitur, Stephanus in Thes. male interpretatur memorabiliter; nam aliquid *εὐσεβείᾳ* contrarium commemorari necesse est; quare debet valere modo odioso et nefario, quam vim inesse posse primus vidit Heilm. De relativo postposito cf. adn. 39, 2. — ***τὰ δὲ μέσα τῶν πολιτῶν***, cives vero, quotquot inter utros-

ἀμφοτέρων ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι διεφθείροντο.

τὰ ἐκ τούτων προβάντα.

83. Οὕτω πᾶσα ἰδέα κατέστη κακοτροπίας 1
διὰ τὰς στάσεις τῷ Ἑλληνικῷ, καὶ τὸ εὔηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει, καταγελασθὲν ἠφανίσθη, τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ἀλλήλοις τῇ γνώμῃ ἀπίστως ἐπὶ πολὺ διήνεγκεν· οὐ γὰρ ἦν ὁ δια- 2
λύσων οὔτε λόγος ἐχυρὸς οὔτε ὅρκος φοβερός, κρείσσους δὲ ὄντες ἅπαντες λογισμῷ ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου, μὴ παθεῖν μᾶλλον προεσκόπουν ἢ πιστεῦσαι ἐδύναντο. καὶ οἱ φαυλότεροι γνώμην 3
ὡς τὰ πλείω περιεγίγνοντο· τῷ γὰρ δεδιέναι τό τε αὐτῶν ἐνδεὲς καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ξυνετόν, μὴ λόγοις τε ἥσσους ὦσι καὶ ἐκ τοῦ πολυτρόπου

Cap. 83. § 3. *αὐτῶν* ex Ae. Port. coniectura primus reposuit Bau. Vulgo *αὑτῶν*, quod excusari potest. Cf. adn. I 17 et III 22, 6.

que erant medii, Port. Ut Dioni Cass. XLIV 29 sunt cives neutram partem sequentes, quos Latini quoque medios vocant. Cf. ad IV 88, 3 et VIII 75, 1. De neutro genere vid. Hemsterh. ad Luci. Tim. c. 85 p. 147 et Matth. Gr. § 438 et 442, 4 atque de plurali *διεφθείροντο* ibid. § 300.

Cap. 83. § 1. *ἰδέα*. Cf. adn. I 109, 1. III 81, 5. — *τὸ εὔηθες*, simplicitas, die Gutmüthigkeit. Cf. Moer. p. 143. Thom. Mag. p. 149, 5. — *οὗ ... μετέχει*, cuius generositas est maxime particeps, i. e. ex qua generositas maxime constat. Cf. I 84, 3. — *τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ... ἀπίστως*, animis vero inter se oppositos (et quasi e regione instructos) esse diffidenter (et suspiciose). — *διήνεγκεν*] *κρεῖττον ἐγένετο.* Schol.

§ 2. *οὐ γὰρ ἦν ... φοβερός*, neque enim, quae (certamina) dirimeret, aut oratio (sponsio) firma erat aut ius iurandum formidabile. Cf. Krueg. Gr. § 50, 4 adn. 3 et 4. — *κρείσσους δὲ ... ἐδύναντο*, cum superiores essent omnes ratiocinatione adversus insperatum quam data fide (sponsionis aut iuris iurandi), ne quid mali paterentur, magis providebant, quam fiduciam capere poterant. De *ἐς* praepos. cf. IV 17, 1. Sal. Iug. 43 adversum divitias invictum animum. Genetivus *τοῦ βεβαίου* positus est pro *ἢ τῷ βεβαίῳ*. Cf. VI 1, 1. Xen. Anab. II 5, 13. Krueg. Gr. § 47, 27 adn. 1. Hunc locum imitatus est Cass. Dio fragm. 49 *κρείττους ἐς τὸ ἀφανὲς τοῦ προδήλου* (i. e. *ἢ ἐς τὸ πρόδηλον*) *τῷ λογισμῷ γιγνόμενοι*, quo de loco cf. Mus. Rheu. XXI p. 312. Similiter *βέβαιον* de eo dictum est, quod securitatem facit, IV 62, 4. VI 10, 2. I 124, 1. De *παθεῖν* cf. 88, 1.

§ 3. *οἱ φαυλότεροι γνώμην*, qui prudentia minus valebant. Cf. 37, 3. — *τὸ ... ἐνδεές*] *τὴν ἔλλειψιν τῆς γνώμης.* Schol.

αὐτῶν τῆς γνώμης φθάσωσι προεπιβουλευόμενοι,
4 τολμηρῶς πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρουν. οἱ δὲ καταφρονοῦντες κἂν προαισθέσθαι καὶ ἔργῳ οὐδὲν σφᾶς δεῖν λαμβάνειν ἃ γνώμῃ ἔξεστιν, ἄφρακτοι μᾶλλον διεφθείροντο.

1 84. [Ἐν δ' οὖν τῇ Κερκύρᾳ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐν δὲ τῇ Κερκύρᾳ ἀρχὴ τῶν τοιούτων ἐγένετο.

§ 4. προαισθέσθαι. Aug. Vat. προαίσθεσθαι. Nullum praesentis αἴσθομαι apud Th. invenitur vestigium, quin in solo accentus discrimine id consistat. Cf. II 93, 3. V 26, 5. VII 75, 2.

Cap. 84. Ab ineunte hoc capite usque ad extremum in Aug. ad singulos versus dubitationis signa apposita sunt. Cf. adn.

§ 4. οἱ δὲ καταφρονοῦντες κἂν προαισθέσθαι. In his καταφρονοῦντες valet διὰ καταφρόνησιν οἰόμενοι s. νομίζοντες. Verba Herodot. I 66 καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι adscripsit Krueg. Cf. interpr. ibi et ad Herod. I 59. Schneid. ad Xenoph. Hist. Gr. IV 5, 12. Bernh. Synt. p. 368. Similes emphases reperiuntur II 11, 3. V 40, 3. — ἄφρακτοι] λείπει ὄντες. Schol. De ipsa voce cf. 82, 7.

Cap. 84. Τὰ ὠβελισμένα οὐδενὶ τῶν ἐξηγητῶν ἔδοξε Θουκυδίδου εἶναι· ἀσαφῆ γὰρ καὶ τῷ τύπῳ τῆς ἑρμηνείας καὶ τοῖς διανοήμασι πολὺν ἐμφαίνοντα τὸν νεωτερισμόν. Schol. Goeller in ed. 1 octo vel novem rationes ex verbis aut sententiis petitas proposuit, propter quas hoc caput damnandum esset. Has Arnoldus in ed. 1 excursu vol. I p. 608 sqq. examinans complures refutavit, sicut unam alteramve nos in ed. mai. Sed restant aliae nonnullae inconcussae, et pristinis novas quasdam Goeller addidit in ed. 2, ex quibus unam quidem nihil valere nos in ed. mai. Suppl. docuimus, sed duas alias substituimus. Et Arnoldus, cui prius hunc locum a Thucydide scriptum esse certissime persuasum erat, in ed. 2, ubi illum excursum omisit, quamquam sententiae plane Thucydideae sint, verba sibi a Christiano saeculi sexti aut septimi p. Chr. n. scripta videri dicit. Damnat autem primum propter αὐτῶν pronomen ab initio capitis positum, deinde propter optativos, qui § 1 leguntur, tum propter verba ἀρχόμενοι ὑπὸ τῶν παρασχόντων, porro propter dicendi genus ἀπαιδευσίᾳ ὀργῆς, denique propter enuntiatum ἐν ᾧ μὴ ... φθονεῖν. Bloomfieldius integritatem capitis, de qua prius dubitaverat, ed. 2 appendice defendit aliquotiens verba eius imitatum esse Iosephum dicens, quarum imitationum nonnullas parum certas esse cognoscemus ad § 1. Singula, in quibus offendimus, ex adnotatis diligentius cognoscentur. Hic hoc caput a Dionysio Hal., ubi totum superiorem locum Thucydidis, quo de factionibus explicatur, exscripsit, omissum, scholia id illustrantia paucissima et in codd. Aug. nulla esse, denique a grammaticis nihil ex eo afferri, sed ad verba quaedam § 2 Iosephum et Dionem Cass. respicere videri non est tacendum. Cf. tamen ibi adn. Frustra hoc cap. Thucydidi vindicare studet Kaempf. Quaest. Thuc. part. II (progr. gymn. Neo-Ruppinensis 1851).

§ 1. ἐν δ' οὖν τῇ Κερκύρᾳ. Postquam c. 82 et 83 de universa Graecia expositum est, nunc ad unam Corcyram reditur. Quare haec cum 82, 1 διότι ἐν τοῖς πρώτη ἐγένετο cohaerent. De δ' οὖν particulis cf. adn. I 3, 4. 68, 1. — τὰ πολλὰ

προετολμήθη, καὶ ὁπόσα ὕβρει μὲν ἀρχόμενοι τὸ πλέον ἢ σωφροσύνῃ ὑπὸ τῶν τὴν τιμωρίαν παρασχόντων οἱ ἀνταμυνόμενοι δράσειαν, πενίας δὲ τῆς εἰωθυίας ἀπαλλαξείοντές τινες, μάλιστα δ' ἂν διὰ πάθους ἐπιθυμοῦντες τὰ τῶν πέλας ἔχειν παρὰ δίκην γιγνώσκοιεν, οἵ τε μὴ ἐπὶ πλεονεξίᾳ, ἀπὸ

§ 1. *τινας* optimi et plerique codd.

ἀπὸ τοῦ ἴσου Cass. D. Ar. Chr. Dan. et s. v. al. man. in E. Sic *ἀπὸ τοῦ ἴσου* saepissime legimus apud Thuc. (cf. adn. I 77, 3), et similiter *ἀπὸ τοῦ προφανοῦς* (cf. adn. I 35, 4), *ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου* VI 47, *ἀπὸ τῶν εἰκότων* VI 23. Quamquam *ἐξ ἴσου* non minus bene dicitur quam *ἐκ τοῦ ἴσου*, ut I 120. IV 62.

αὐτῶν προετολμήθη. „*Αὐτῶν* [paulo obscurius] refertur ad *ἔργα* in superioribus 83, 3. Tum explicantur tres praecipuae causae scelerum, quae in turbis civilibus committuntur: 1) desiderium tyrannidem et insolentiam dominantium ulciscendi; 2) rapinae cupiditas pauperes ad divitum opes appetendas instigans; 3) sola partium studii acerbitas inde, quod homines perpetuo inter se dissident, oriens. Consecutio verborum est *προετολμήθη, ὁπόσα . . . δράσειαν . . . γιγνώσκοιεν . . . ἐπέλθοιεν.*“ Arn. Exorsus enim scriptor *καὶ ὁπόσα ὕβρει* proprie perrecturus erat *καὶ ὁπόσα πενίας*, sed interposito *μέν* leviter variavit orationem. — *ἀρχόμενοι* passive intellegendum. Cf. adn. 36, 2. — *ὑπὸ τῶν τὴν τιμωρίαν παρασχόντων.* Haec absona sunt. Iungenda ea esse cum superiore *ἀρχόμενοι* ex *ὑπό* praepositione, et *τιμωρίαν παρασχεῖν* valere poenam dare inde, quod Hesiodus Opp. 710 *δίκην παρασχεῖν* sic dixit, liquet. Cf. etiam Eur. Andr. 1108 et Phoen. 1654. Sed nullo modo apta est sententia ab eis, qui poenam dederunt; sonare autem ab eis, quos nunc ulciscendi opportunitatem habent, propter aoristi particip. non possunt. — *δράσειαν.* Haeremus in optativo. *Ὁπόσα δράσειαν* enim quoniam quae facerent, seu quaecunque faciebant, non quaecunque faciunt, valent (cf. Matth. Gr. § 528), non sententiam ad omnia tempora et loca spectantem continere, sed de solis Corcyraeis illius aetatis accipienda videantur. Cum tamen et natura sententiae verba generatim intellegi non solum patiatur, sed, quo satis gravis fiat, propemodum postulet, et in altero membro *ἄν* in vv. *μάλιστα δ' ἄν* legatur, idem *ἄν* primo membro, ubi post *δράσειαν* excidere sane facile potuit, additum velis (cf. Matth. Gr. § 527 a); in tertio enim ex superioribus, quamquam non sine inconcinnitate aliqua, mente repetatur. — *ἀπαλλαξείοντες.* Est verbum Thucydideum. Cf. I 95, 7. — *διὰ πάθους ἐπιθυμοῦντες.* „Haec necesse est valeant cupide (leidenschaftlich) appetentes; et usus genetivi quidem cum *διά* praepositione iuncti ad statum vel rerum condicionem, in qua aliquid fiat, significandum satis est notus (cf. *ἀπεχώρησεν ἀπ' αὐτῶν δι' ὀργῆς* VIII 43, 4); sed exemplum aut Thucydidis aut alius scriptoris Aristotele antiquioris, ubi *πάθος* (quod alibi semper apud Thuc. cladem et calamitatem designat) perturbationis animi seu cupiditatis vim habeat, non novi.“ Arn. — *οἵ τε μή . . , ἐπιόντες.* „Sunt ei, qui in seditiones

ἴσου δὲ μάλιστα ἐπιόντες, ἀπαιδευσίᾳ ὀργῆς πλεῖστον ἐκφερόμενοι ὠμῶς καὶ ἀπαραιτήτως ἐπέλθοιεν.
2 ξυνταραχθέντος τε τοῦ βίου ἐς τὸν καιρὸν τοῦτον τῇ πόλει καὶ τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία φύσις, εἰωθυῖα καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἀδικεῖν, ἀσμένη

descendunt, quamquam aequali loco et condicione atque adversarii sunt, non, ut oppressi, vindictae cupidi, nec, ut egeni, rapinas desiderantes, sed ad crudelia facinora solo furore partium studii, quo diuturnitate contentionis corripiuntur, acti." Arn. Cf. adn. I 77, 3. Goeller tamen μὴ ἐπὶ πλεονεξίᾳ, ἀπὸ ἴσου δὲ non bene inter se ex adverso poni, cum quis etiam ἀπὸ τοῦ ἴσου πλεονεκτεῖσθαι possit, cl. I 77, 3 docet. Idem offendit in μὴ negatione, quae debeat esse οὐ. Sed in enuntiatis relativis generatim dictis negatio etiam ad singula vocabula contraposita spectans esse solet μή, ut ὅστις τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται μὴ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς μᾶλλον καὶ ἀντιπαραταχθέντος ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος V 9, 4, ὃς ἂν μὴ ἑαυτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὠφελῇ VI 16, 3. — ἀπαιδευσίᾳ ... ἐκφερόμενοι. Bene Hier. Mueller: durch der Leidenschaft Zügellosigkeit zu weit [sehr weit] fortgerissen. Quam ipsam significationem vocis ἀπαιδευσία Arnoldus in ed. 2 recentiorem existimat. Cf. de hoc vocabulo adn. 42, 1. At cum Euripidem apud Stob. Serm. 171, 52 dixisse πόλλ' ἐστὶν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδεύτου κακά Bloomfieldius adnotet, nemo in verbis ἀπαιδευσίᾳ ὀργῆς recte haerebit. Idem Bloomfieldius Iosephi verba Ant. XVII 11, 3 ἀπαιδευσίᾳ τοῦ πείθεσθαι τοῖς νόμοις et XIX 2, 2 ἀπαίδευτον τὴν ὀργὴν ἐπαφιείς hinc expressa putat; sed ex his locis alter Euripideo est similior, alter prior neutri satis similis. De singulari πλεῖστον cf. adn. 36, 2.

§ 2. ἐς τὸν καιρόν. Ἐς de tempore ita dictum est IV 89, 1 et VI 16, 6. Cf. Matth. Gr. § 578 b. Sed hic in hunc modum, usque adeo significari videtur. — καὶ ... κρατήσασα. Genetivi absoluti ξυνταραχθέντος τοῦ βίου cum participio in alio casu posito per καί particulam copulati sunt, ut non raro. Cf. adn. I 65, 1. — παρὰ τοὺς νόμους. Haec ex sermonis legibus valere praeter leges, neglectis legibus, certum est. Cogita modo 82, 6 μετὰ τῶν κειμένων νόμων et παρὰ τοὺς καθεστῶτας contraria poni, et quid significent παράνομος, παρανομία, παρανομεῖν, quid paulo ante παρὰ δίκην. Et Dio Cass. LII 34 scribit: ἡ φύσις καὶ παρὰ τὸν νόμον πολλοὺς ἁμαρτάνειν ἐξάγει. Quae et proxima ὁ νόμος οὐ δύναται τῆς φύσεως ἀεὶ κρατεῖν huc respicere vix est dubium, etsi Goeller haec verba etiam ad III 45 trahi posse affirmat. Sed cum haec παρὰ τοὺς νόμους contraria sint illis τῶν νόμων κρατήσασα, auctorem eis significari vigentibus legibus voluisse iure suspiceris. — ἀσμένη ... τοῦ δικαίου. Port.: se irae [concitationis seu perturbationis animi] quidem impotentem, at iure potentiorem esse ... lubenter declaravit. Sententiam hanc esse, naturam humanam exsultare sua turpitudine aperienda visam esse, docet Arn. Reprehendit quidem etiam haec Goell., sed, ut videtur, iniuria, cum adiectivo ἄσμενος notionem lubenter contineri satis constet (cf. I 26, 1), et natura prius legibus constricta his sub-

ἐδήλωσεν ἀκρατὴς μὲν ὀργῆς οὖσα, κρείσσων δὲ
τοῦ δικαίου, πολεμία δὲ τοῦ προύχοντος. οὐ
γὰρ ἂν τοῦ τε ὁσίου τὸ τιμωρεῖσθαι προυτίθεσαν
τοῦ τε μὴ ἀδικεῖν τὸ κερδαίνειν, ἐν ᾧ μὴ βλάπτου-
σαν ἰσχὺν εἶχε τὸ φθονεῖν. ἀξιοῦσί τε τοὺς κοι- 3
νοὺς περὶ τῶν τοιούτων οἱ ἄνθρωποι νόμους, ἀφ'
ὧν ἅπασιν ἐλπὶς ὑπόκειται σφαλεῖσι κἂν αὐτοὺς
διασώζεσθαι, ἐν ἄλλων τιμωρίαις προκαταλύειν καὶ
μὴ ὑπολείπεσθαι, εἴ ποτε ἄρα τις κινδυνεύσας
τινὸς δεήσεται αὐτῶν.]

οἱ φεύγοντες τῶν Κερκυραίων λη-

85. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν πόλιν Κερκυραῖοι 1
τοιαύταις ὀργαῖς ταῖς πρώταις ἐς ἀλλήλους ἐχρή-

latis sane dici possit gavisa esse demonstrare se, ut perturbationes animi non coerceret, ita iure potentiorem esse. Ceterum Reisk. virgulam non ante *ἀσμ.* voc., sed post id collocari iussit. — *ἀκρατὴς . . . τοῦ δικαίου*. Haec Bloomfieldius ab Iosepho paene transscripta dicit verbis Ant. XVII 8, 1 *ὀργῆς μὲν ἥσσων, κρείσσων δὲ τοῦ δικαίου*, praeter quae comparari posse apud eundem XIX 2, 2 *κρείσσων μὲν τοῦ δικαίου γενόμενος, ἥσσων δέ* cet. et XVIII 8, 8, quae quamvis similia hinc ducta esse ideo non certum videtur, quia hic usus vocabuli *κρείσσων* est creber. — *τοῦ προύχοντος*, eius, quod emineret. „Cf. Herod. VII 236 *τὸ κρέσσον στυγέουσι*." Arn. — *προυτίθεσαν*] *τιμιώτερον ἔκριναν*. Schol. Ita I 76, 2. III 39, 3. — *ἐν ᾧ . . . τὸ φθονεῖν*, quando (cf. I 21, 2. 37, 4. 42, 2. IV 17, 2) invidia vim nocentem non haberet. Cf. Cic. de Off. II 21, 75 utinam . . . tum essem natus, quando Romani dona accipere coepissent. Cum relativum hoc loco generatim positum (zu einer Zeit wo) vi condicionali instructum sit (cf. Krueg. Gr. § 51, 12 adn. 11 et 12), *ἐν ᾧ μή* idem est atque *εἰ μὴ ἐν τούτῳ*. Non debebant igitur hic *οὐ* pro *μή* exspectare.

§ 3. *ἀξιοῦσι*, volunt, audent. Cf. adn. IV 66, 2. — *τοὺς κοινοὺς περὶ τῶν τοιούτων . . . νόμους*. „Significat communes leges, quae ad talia factionum certamina referuntur, quales leges sunt, ut superato hosti parcamus, ut vicissitudines fortunae recordemur neve prosperis rebus nostris abutamur, ut inimicitiarum nostrarum acerbitates temperemus. Sententia haec est, homines violentia abreptos has communes humanitatis leges . . . neglegendi exemplum dare, et se earum tutela privare, cum aliquando futurum sit, ut patrocinii earum implorandi occasionem habeant." Arn. — *ἀφ' ὧν . . . διασώζεσθαι*, quibus fore, ut et ipsi, si in calamitates inciderint, serventur, omnibus spes est. *Ἐλπὶς ὑπόκειται* ut *ὕπεστιν ἐλπίς* VI 87, 4 et transitive *ὑποτιθέναι ἐλπίδα*. Tum *προκαταλύειν* est priores evertere. — *μὴ ὑπολείπεσθαι*, non relinquere (illas leges), de quo transitivo huius medii usu cf. Ell. ad Arr. V 20, 2 et supra I 140, 4.

Cap. 85. § 1. *ταῖς πρώταις* attributi, *τοιαύταις* praedicati vice fungitur: primae

σαντο, καὶ ὁ Εὐρυμέδων καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀπέ- στεύουσι τὴν γῆν καὶ Ἰστώνην καταλαμβάνουσιν.
2 πλευσαν ταῖς ναυσίν. ὕστερον δὲ οἱ φεύγοντες τῶν Κερκυραίων (διεσώθησαν γὰρ αὐτῶν ἐς πεντακοσίους) τείχη τε λαβόντες, ἃ ἦν ἐν τῇ ἠπείρῳ, ἐκράτουν τῆς πέραν οἰκείας γῆς, καὶ ἐξ αὐτῆς ὁρμώμενοι ἐλῄζοντο τοὺς ἐν τῇ νήσῳ καὶ πολλὰ ἔβλαπτον, καὶ λιμὸς ἰσχυρὸς ἐγένετο ἐν τῇ πόλει.
3 ἐπρεσβεύοντο δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα καὶ Κόρινθον περὶ καθόδου· καὶ ὡς οὐδὲν αὐτοῖς ἐπράσσετο, ὕστερον χρόνῳ πλοῖα καὶ ἐπικούρους παρασκευασάμενοι διέβησαν ἐς τὴν νῆσον ἑξακόσιοι
4 μάλιστα οἱ πάντες, καὶ τὰ πλοῖα ἐμπρήσαντες, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο τι ἢ κρατεῖν τῆς γῆς, ἀναβάντες ἐς τὸ ὄρος τὴν Ἰστώνην, τεῖχος ἐνοικο-

§ 4. **προσαγορεύειν**. Suppl. τοὺς Ἀμπρακιώτας. — **Δωρίδα**. Adiective, ut VI 5, 1. Cf. adn. I 131, 1. — **γλῶσσαν ἱέντας**. Ut alibi φωνὴν ἱέναι et Lat. vocem mittere. **πίστιν παρεχομένους**, fidem facientes, fiduciam inicientes (dialecto sua Dorica). Cf. VI 17, 1. — **οὐ καθορωμένους τῇ ὄψει**, quod oculis conspici non poterant. Significatur falsam ex deceptis auribus opinionem oculorum conspectu corrigi non potuisse. Comparanda dicendi genera λόγῳ εἰπεῖν I 22, 7, προλοχίζειν ἐνέδραις II 81, 5, δρόμῳ θεῖν supra 111, 2.

§ 5. **ἐπέπεσε** (Δημοσθένης) ... **τρέπουσιν** (οἱ στρατιῶται αὐτοῦ). Cf. ad. III 51, 4. Pro genet. αὐτῶν (i. e. τῶν Ἀμπρακιωτῶν) Krueger αὐτῷ legendum coniecit, quo non est opus.

§ 6. **ἀπείρων**. Suppl. τῆς γῆς. — **τράπωνται**. De coniunctivo cf. adn. I 107, 6 et ad. II 52, 3.

§ 7. **ἰδέαν**. Cf. adn. I 109, 1. III 81, 5. — **ἅμα τοῦ ἔργου τῇ ξυντυχίᾳ**, eo ipso tempore, quo haec res accidit, in ipso huius rei (i. e. cladis et fugae eorum) articulo. „Cf. I 33, 1 ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετέρας χρείας“ Arn. — **ὑπὸ τῶν βαρβάρων ... Ἀμφιλόχων**. „Ambraciotae id

8 λόγων. οἱ μὲν οὖν Ἀμπρακιῶται τοιούτῳ τρόπῳ κακωθέντες ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν ἐς τὴν πόλιν· Ἀκαρνᾶνες δὲ σκυλεύσαντες τοὺς νεκροὺς καὶ τροπαῖα στήσαντες ἀπεχώρησαν ἐς Ἄργος.

1 113. Καὶ αὐτοῖς τῇ ὑστεραίᾳ ἦλθε κῆρυξ ἀπὸ τῶν ἐς Ἀγραίους καταφυγόντων ἐκ τῆς Ὄλπης Ἀμπρακιωτῶν, ἀναίρεσιν αἰτήσων τῶν νεκρῶν οὓς ἀπέκτειναν ὕστερον τῆς πρώτης μάχης, ὅτε μετὰ τῶν Μαντινέων καὶ τῶν ὑποσπόνδων ξυνεξῇσαν
2 ἄσπονδοι. ἰδὼν δ' ὁ κῆρυξ τὰ ὅπλα τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀμπρακιωτῶν ἐθαύμαζε τὸ πλῆθος· οὐ γὰρ ᾔδει τὸ πάθος, ἀλλ' ᾤετο τῶν μετὰ σφῶν
3 εἶναι. καί τις αὐτὸν ἤρετο ὅ τι θαυμάζοι καὶ ὁπόσοι αὐτῶν τεθνᾶσιν, οἰόμενος αὖ ὁ ἐρωτῶν εἶναι τὸν κήρυκα ἀπὸ τῶν ἐν Ἰδομεναῖς. ὁ δ'
4 ἔφη διακοσίους μάλιστα. ὑπολαβὼν δ' ὁ ἐρωτῶν εἶπεν· „Οὔκουν τὰ ὅπλα ταυτὶ φαίνεται, ἀλλὰ πλέον ἢ χιλίων.“ αὖθις δὲ εἶπεν ἐκεῖνος· „Οὐκ ἄρα τῶν μεθ' ἡμῶν μαχομένων ἐστίν.“ ὁ δ' ἀπεκρίνατο· „Εἴπερ γε ὑμεῖς ἐν Ἰδομένῃ χθὲς ἐμά-

κήρυκος τῶν Ἀμπρακιωτῶν καὶ Ἀκαρνᾶνός τινος περὶ τοῦ πλήθους τῶν τεθνηκότων διάλογος. Ἀμπρακίας πάθος μέγιστον.

Cap. 118. § 1. κῆρυξ. De accentu cf. Herodian. II p. 70. 694. 709. Priscian. p. 753.

§ 3. θαυμάζοι. Ven. Reg. D. θαυμάζει. Quo non opus, etsi τεθνᾶσιν sequitur. Cf. Matth. Gr. § 529, 5 extrem. Thiersch. § 353, 7. Kuehn. § 848.

sibi sumebant, ut Amphilochos barbaros iudicarent, quod re vera mixta gens erant. Vid. II 68, 5.“ Arn.

§ 8. ἀπό. Cf. adn. I 110, 1. In re consentit Diod. XII 60.

Cap. 118. § 1. ἐς Ἀγραίους. Cf. adnot. I 107, 2. — τῆς πρώτης μάχης. Cf. c. 107. 108. — καὶ τῶν ὑποσπόνδων, i. e. καὶ τῶν ἄλλων ὑποσπόνδων. Cf. 109, 2 et adn. I 116, 3. — ξυνεξῇσαν. Cf. adn. 111, 2.

§ 2. σφῶν. Ad caduceatorem ipsum et ad eos, a quibus missus erat, refertur. Qua ratione saepe pluralis σφεῖς legitur, quia, quamvis unus aliquis nominetur, tamen plures cogitantur. Cf. IV 28, 1. 70, 2. V 58, 4. 71, 3.

§ 3. ὅ τι θαυμάζοι. Cf. ad. — Ἰδομεναῖς. Cf. adn. 105, 1. Frustra igitur unus Ar. Ἰδομένῃ ob § 4 et 112, 1. — διακοσίους μάλιστα. Pro his 111, 4 εἰς διακοσίους τινάς. Cf. adn. I 13, 3.

§ 4. Φαίνεται. Ante hoc σ' excidisse coniecit Krueg. et διακοσίων ipsis scriptoris verbis inseruit Class. At tu interpretare: apparet vero haec non esse arma eorum. Cf. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 2. — πλέον. Cf. Matth. Gr. § 437 adn. 2. Frustra Herwerd. Stud. Thuc. p. 49 hic

χεσθε." „Ἀλλ' ἡμεῖς γε οὐδενὶ ἐμαχόμεθα χθές, ἀλλὰ πρῴην ἐν τῇ ἀποχωρήσει." „Καὶ μὲν δὴ τούτοις γε ἡμεῖς χθὲς ἀπὸ τῆς πόλεως βοηθή-[illegible] τῆς Ἀμπρακιωτῶν ἐμαχόμεθα." ὁ δὲ κῆρυξ 5 ὡς ἤκουσε καὶ ἔγνω ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς πόλεως βοήθεια διέφθαρται, ἀνοιμώξας καὶ ἐκπλαγεὶς τῷ μεγέθει τῶν παρόντων κακῶν ἀπῆλθεν εὐθὺς ἄπρακτος καὶ οὐκέτι ἀπῄτει τοὺς νεκρούς. πά- 6 θος γὰρ τοῦτο μιᾷ πόλει Ἑλληνίδι ἐν ἴσαις ἡμέραις μέγιστον δὴ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε ἐγένετο. καὶ ἀριθμὸν οὐκ ἔγραψα τῶν ἀποθανόντων, διότι ἄπιστον τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως. Ἀμπρακίαν μέντοι οἶδα ὅτι, εἰ ἐβουλήθησαν Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι Ἀθηναίοις καὶ Δημοσθένει πειθόμενοι ἐξελεῖν, αὐτοβοεὶ ἂν εἷλον. νῦν δ' ἔδεισαν μὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔχοντες αὐτὴν χαλεπώτεροι σφίσι πάροικοι ὦσι.

διανομὴ τῶν σκύλων. οἱ μὲν Ἀθηναῖοι καὶ οἱ Πελοποννήσιοι ἀπέρχονται, Ἀμπρακιώταις δὲ Ἀκαρνᾶνες καὶ

114. Μετὰ δὲ ταῦτα τρίτον μέρος νείμαντες 1 τῶν σκύλων τοῖς Ἀθηναίοις τὰ ἄλλα κατὰ τὰς πόλεις διείλοντο. καὶ τὰ μὲν τῶν Ἀθηναίων πλέοντα ἑάλω, τὰ δὲ νῦν ἀνακείμενα ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ἱεροῖς Δημοσθένει ἐξῃρέθησαν τριακόσιαι πανοπλίαι, καὶ ἄγων αὐτὰς κατέπλευσε· καὶ ἐγένετο ἅμα αὐτῷ μετὰ τὴν τῆς Αἰτωλίας ξυμφορὰν ἀπὸ ταύ-

Cap. **114**. § 1. τῆς Αἰτωλίας. Pal. C. F. Gr. Laur. Vind.

πλεῖν scribere voluit, quo comici usi sunt et qui horum sermonem sequebantur. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 16. — **πρῴην**, nudius tertius, id quod ex 112, 2 sq. et 113, 1 apparet. Cf. Heind. ad Plat. Prot. § 3. — **καὶ μὲν δή**. Hae particulae hic, ut saepe simillimae καὶ μήν, cum asseveratione adversandi vim at vero habent. Non usitatae sunt καὶ μὴν δή, quas restitui vult Bloomf.

§ 5. **διέφθαρται**. Est tempus orationis rectae. Cf. Matth. Gr. § 529, 5 et paulo ante τεθνᾶσιν.

§ 6. **ὡς πρός**. Cf. Matth. Gr. § 591 δ'. — **Ἀμπρακίαν μέντοι** cet. Cf. Diod. XII 60. — **ἐξελεῖν**, expugnare, ut aliquotiens apud Thuc. Cf. IV 69, 1. 122, 6. V 43, 3. VIII 46, 3. 100, 3.

Cap. **114**. § 1. **πλέοντα**, in navigatione. Super πλεῖν verbo de rebus dicto cf. adn. II 93, 4. — **ἐξῃρέθησαν**. Verbum ad appositionem πανοπλίαι accommodatum est, ut alibi (cf. adn. 112, 1) ad praedicatum. Similiter Tac. Ann. XIII 37. Ducibus autem praedae partem selectam esse satis notum est. — **τῆς Αἰτωλίας**. Cf. Bernh. Synt. p. 162, sed etiam ad. De

2 της τῆς πράξεως ἀδεεστέρα ἡ κάθοδος. ἀπῆλθον δὲ καὶ οἱ ἐν ταῖς εἴκοσι ναυσὶν Ἀθηναῖοι ἐς Ναύπακτον. Ἀκαρνᾶνες δὲ καὶ Ἀμφίλοχοι ἀπελθόντων Ἀθηναίων καὶ Δημοσθένους τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσιν Ἀμπρακιώταις καὶ Πελοποννησίοις ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐξ Οἰνιαδῶν οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλυνθίου.

Ἀμφι[illegible] σπένδονται. ὕστερον δὲ Κορίνθιοι φρουρὰν ἐς τὴν Ἀμπρακίαν ἀποστέλλουσιν.

3 καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο ἑκατὸν ἔτη Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι πρὸς Ἀμπρακιώτας ἐπὶ τοῖσδε, ὥστε μήτε Ἀμπρακιώτας μετὰ Ἀκαρνάνων στρατεύειν ἐπὶ Πελοποννησίους μήτε Ἀκαρνᾶνας μετὰ Ἀμπρακιωτῶν ἐπ' Ἀθηναίους, βοηθεῖν δὲ τῇ ἀλλήλων, καὶ ἀποδοῦναι Ἀμπρακιώτας ὁπόσα ἢ χωρία ἢ ὁμήρους Ἀμφιλόχων ἔχουσι, καὶ ἐπὶ Ἀνακτόριον μὴ βοηθεῖν πο-
4 λέμιον ὂν Ἀκαρνᾶσι. ταῦτα ξυνθέμενοι διέλυσαν

ἐκ τῆς Αἰτ., non male (cf. 102, 3 et ibi adn.), nisi *ἐκ* ab interpretibus adscriptum videretur, sicut vulgo *ἐν τῇ Αἰτωλίᾳ* legitur.

§ 2. *οἵπερ . . . Σαλυνθίου* ex Hermanni coniectura scripsit Bekk. In libris mss. inepte *οἵπερ . . . Σαλύνθιον*. Dubitationes contra Hermanni coniecturam in ed. mai. a nobis motas satis probabiliter refellit Goell. Antea in compluribus libris bonis rursus male *Οἰνιάδων*. Cf sd. 94, 1.

§ 3. *ὁμήρους* Taurin. et taciti libri Bekkeriani praeter m., quamquam huic silentio non magna fides haberi potest. Cf .ed. mai. Ante Bekk. inepte *ὁμόρους*.

re cf. c. 98. — *κάθοδος*. Ut alibi de exulum, ita hic de Demosthenis sua sponte exulantis (cf. 98, 5) reditu in patriam legitur.

§ 2. *ταῖς εἴκοσι ναυσίν*. Cf. 105, 3. 107, 1. — *Ναύπακτον*. Solitam stationem classium Atticarum. Cf. c. 69. 75 al. — *τοῖς . . . καταφυγοῦσιν*. Cf. 111, 4. — *ἀναχώρησιν . . . Σαλύνθον*, foedere facto ex Oeniadis, quo a Salynthio discesserant, abeundi (in Peloponnesum et Acarnaniam) potestatem dederunt. Qua venia eis opus erat, cum naves eis deessent, quibus mari in patrias redirent. Ita intellectis verbis non opus videtur coniectura *ἐπ' Οἰνιαδῶν*. Ceterum cf. sd. *Μετανίστασθαι* hic, sicut proprie, valet in alium locum proficisci, unde migrandi notionem accepit I 12, 1 et *μετανάστασις* I 2, 1. II 16, 1.

§ 3. *ἑκατὸν ἔτη*. Tot vel adeo pauciores annos commemorant veteres, ubi de aeterna pace et amicitia loquerentur recentiores. Cf. V 47, 1. — *ἐπὶ τοῖσδε*, his condicionibus. Cf. VIII 18, 1 et Matth. Gr. § 479 a. — *τῇ ἀλλήλων*. Cf. adn. I 44, 1, ex quo eodem loco hanc *ξυμμαχίαν* proprie *ἐπιμαχίαν* fuisse apparet. — *ἐπὶ . . . βοηθεῖν*. Cf. adn. I 107, 5 et de Anactorio I 55, 1.

τὸν πόλεμον. μετὰ δὲ ταῦτα Κορίνθιοι φυλακὴν ἑαυτῶν ἐς τὴν Ἀμπρακίαν ἀπέστειλαν ἐς τριακοσίους ὁπλίτας καὶ Ξενοκλείδαν τὸν Εὐθυκλέους ἄρχοντα· οἳ κομιζόμενοι χαλεπῶς διὰ τῆς ἠπείρου ἀφίκοντο. τὰ μὲν κατ' Ἀμπρακίαν οὕτως ἐγένετο.

ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Ἱμεραίαν καὶ τὰς Αἰόλου νήσους στρατεύονται. ὕστερον δὲ Πυθόδωρος παραδέ-

115. *Οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι τοῦ αὐ-* 1
τοῦ χειμῶνος ἐς τε τὴν Ἱμεραίαν ἀπόβασιν ἐποιή-
σαντο ἐκ τῶν νεῶν μετὰ τῶν Σικελῶν ἄνωθεν
ἐσβεβληκότων ἐς τὰ ἔσχατα τῆς Ἱμεραίας καὶ ἐπὶ
τὰς Αἰόλου νήσους ἔπλευσαν. ἀναχωρήσαντες δὲ 2
ἐς Ῥήγιον Πυθόδωρον τὸν Ἰσολόχου, Ἀθηναίων

Cap. **115.** § 1. *Σικελῶν* ex Bloomfieldii coniectura scripsimus. Vulgo et Bekk. *Σικελιωτῶν*. Cf. adn. *Σικελῶν τῶν* coniecit Dobr. Sed etiam VII 67, 11 in omuibus libris praeter tres *Σικελιωτῶν* pro *Σικελῶν* legi admonet Arn.

§ 4. *Κορίνθιοι*. Lacedaemonios nominat Diod. XII 60, sed haud dubie minus recte, cum Ambracia Corinthi esset colonia. Cf. II 80. — *Ξενοκλείδαν*. Cf. I 46, 2. — *ἠπείρου*. Vulgo inepte rursus, ut c. 94. 95, maiore littera pingitur. Corinthios, ut Ambraciam terra pervenirent, non potuisse per Epirum proficisci perspicuum est. Ceterum cf. adn. I 47, 3.

Cap. **115.** § 1. *Σικελῶν*. Vulgo male *Σικελιωτῶν*. Nam *ἰστέον*, inquit Schol. ad V 5, *ὅτι οἱ μὲν Ἕλληνες οἱ ἐν Σικελίᾳ Σικελιῶται λέγονται, οἱ δὲ βάρβαροι οἱ ἐν αὐτῇ* (vel apud Thuc. potius unus populus barbarus, cf. VI 2) *Σικελοί*. Cf. Duk. ad IV 58. Atqui *Σικελιωτῶν* sive Siciliensium cum pars Syracusanorum, pars Atheniensium socii essent (cf. c. 86), alteri non possunt simpliciter *οἱ Σικελιῶται* appellari. Si vero quis obiecerit hoc idem in Siculis valere, quorum pars tantum Atheniensibus accesserit (103, 1), monendum est horum maximam partem ab Atheniensibus stetisse (cf. VII 57, 11) ideoque etiam IV 25, 9 Siculos eorum socios solo gentis nomine designari, nullo vero loco item Sicilienses. Praeterea hi „oram inhabitabant, cum *Σικελοί* ... medias partes insulae incolerent (vid. VI 88), quod cum irruptione eorum a superiore regione (*ἄνωθεν*) facta consentit.“ Bloomf. Socios autem Atheniensium Siculos tunc fuisse ex 103, 1 et IV 25, 9, ubi *ὑπὲρ τῶν ἄκρων* cum hoc *ἄνωθεν* comparanda, apparet. Codicum scripturam Class. defendere studet, sed cum *ἄνωθεν* locum significet, unde profecti sint, nobis quidem non persuasit a regione mediterranea (cf. I 59, 2) irruptionem fecisse eos qui oram incolebant. De Siculorum autem qui ab Atheniensibus stabant sedibus cf. VI 88, 4. Ut *τὰ ἔσχατα τῆς Ἱμεραίας*, ita Tac. Ann. IV 74 imperii (Romani) extrema. — *τὰς Αἰόλου νήσους*. Cf. c. 88 et ibi adn.

§ 2. *Πυθόδωρον*. Estne is, qui ineunte bello (II 2, 1) archon fuit? Cf. de eo Ind. nom. et Rosch. de vit. Thuc. p. 416.

στρατηγόν, καταλαμβάνουσιν ἐπὶ τὰς ναῦς διά- χεται τὴν
3 δοχον ὧν ὁ Λάχης ἦρχεν. οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἀρχὴν αὐτῶν καὶ ἐπὶ Λο-
ξύμμαχοι πλεύσαντες ἔπεισαν τοὺς Ἀθηναίους κροὺς πλεῖ.
βοηθεῖν σφίσι πλείοσι ναυσί· τῆς μὲν γὰρ γῆς
αὐτῶν οἱ Συρακόσιοι ἐκράτουν, τῆς δὲ θαλάσσης
ὀλίγαις ναυσὶν εἰργόμενοι παρεσκευάζοντο ναυτικὸν
4 ξυναγείροντες ὡς οὐ περιοψόμενοι. καὶ ἐπλήρουν
ναῦς τεσσαράκοντα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς ἀποστελοῦν-
τες αὐτοῖς, ἅμα μὲν ἡγούμενοι θᾶσσον τὸν ἐκεῖ
πόλεμον καταλυθήσεσθαι, ἅμα δὲ βουλόμενοι μελέ-
5 την τοῦ ναυτικοῦ ποιεῖσθαι. τὸν μὲν οὖν ἕνα
τῶν στρατηγῶν ἀπέστειλαν Πυθόδωρον ὀλίγαις
ναυσί, Σοφοκλέα δὲ τὸν Σωστρατίδου καὶ Εὐρυ-
μέδοντα τὸν Θουκλέους ἐπὶ τῶν πλειόνων νεῶν
6 ἀποπέμψειν ἔμελλον. ὁ δὲ Πυθόδωρος ἤδη ἔχων
τὴν τοῦ Λάχητος τῶν νεῶν ἀρχὴν ἔπλευσε τελευ-
τῶντος τοῦ χειμῶνος ἐπὶ τὸ Λοκρῶν φρούριον ὃ
πρότερον Λάχης εἷλε· καὶ νικηθεὶς μάχῃ ὑπὸ τῶν
Λοκρῶν ἀνεχώρησεν.
1 116. Ἐρρύη δὲ περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ Αἴτνης ῥεῦμα.

§ 6. Ἀνεχώρησεν. Aug. Pal. (apud Morst.) C. F. Reg. Bas. E. Laur. al. ἀπεχώρησεν.

— ἐπὶ τὰς ναῦς. Cf. Bernh. Synt. p. 258 et Xen. Cyr. IV 5, 58. Hist. Gr. III 4, 20. — Λάχης. Hunc propter peculatus crimen revocatum esse ex Aristoph. Vesp. 240 sq. et ibi schol. demonstravit Bloomf. Cf. Clariss. l. d. p. 32 sq.

§ 3. πλεύσαντες. Suppl. πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. — τῆς δὲ θαλάσσης ... εἰργόμενοι. Haec quoque de Syracusanis intellegenda. De ipsis verbis cf. adn. I 141, 4. — παρεσκευάζοντο ... περιοψόμενοι, classem colligendo id (τὸ εἴργεσθαι) non sinere fieri parabant. Quod ab eis perfectum videbimus IV 24 sq.

§ 4. αὐτοῖς, i. e. τοῖς ἐν Σικελίᾳ ξυμμάχοις.

§ 5. Σοφοκλέα. Esse eum, qui postea in triginta tyrannis reperiatur, conicit Rosch. l. d. Ceterum cf. Ind. nom.

§ 6. ὃ ... Λάχης εἷλε. Cf. c. 99.

Cap. 116. § 1. περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο. Περί, circa, sub, i. e. cum iam appropinquaret hoc ver. Propter verba enim § 3 κατὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον haec idem quod pleniora τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος τελευτῶντος καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη IV 135, 1, τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος ἤδη καὶ πρὸς ἔαρ V 39, 3 et similia V 56, 5. 81, 2 valere existimanda sunt. Nam principium veris a Thucydide hiemi non esse adnumeratum cognoscimus ex verbis ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους V 40, 1 et similibus VI 8, 1. 94, 1.

*ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης, ὥσπερ καὶ τὸ
πρότερον, καὶ γῆν τινα ἔφθειρε τῶν Καταναίων,
οἳ ἐπὶ τῇ Αἴτνῃ τῷ ὄρει οἰκοῦσιν, ὅπερ μέγιστόν
ἐστιν ὄρος ἐν τῇ Σικελίᾳ. λέγεται δὲ πεντηκο-* 2
*στῷ ἔτει ῥυῆναι τοῦτο μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα,
τὸ δὲ ξύμπαν τρὶς γεγενῆσθαι τὸ ῥεῦμα ἀφ'
οὗ Σικελία ὑπὸ Ἑλλήνων οἰκεῖται. ταῦτα μὲν* 3
*κατὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον ἐγένετο, καὶ ἕκτον ἔτος
τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.*

— ὁ ῥύαξ τοῦ πυρός. „Der Feuerstrom. Articulus positus est, quia notissimum erat φαινόμενον, Aetnae peculiare.“ Arn. Latine rivum ignis dixeris secundum Plin. H. N. II 106, 231. Ignis irriguus appellatur a Sever. in Aetn. v. 28. — τὸ πρότερον. Adverbialiter. Cf. I 59, 2. II 72, 1. Neque enim ad τὸ πρότερον subaudiri ἔαρ posse ex § 2 intellegitur. — τῷ ὄρει additum esse, ut mons ab urbe Aetna distingueretur, monuit Meinek. Herm. III p. 354. Non debebat tamen codd. deteriorum scripturam ὑπὸ τῇ A. commendare, qua reposita de urbe omnino cogitari nequit.

§ 2. πεντηκοστῷ ἔτει ... μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα. „Accidit [igitur secundum Thucydidis computationem] τὸ πρότερον ῥεῦμα Ol. LXXVI 2 (475), sedecim annis ante Hieronis victoriam a Pindaro Pyth. I celebratam, cuius v. 29 mentionem Aetnae et eius incendii inicit.“ Goell. Secundum marmor Parium autem (Ep. 52) eruptio Aetnae Ol. LXXV 2, a. Chr. 479 evenit. Quae quin a Thuc. τῷ προτέρῳ ῥεύματι designetur, non videtur dubium Boeckhio et Kruegero. Ex quibus ille in Explic. Pind. Pyth. I p. 224 aut Thucydidem minore diligentia in numerando usum rotundum, quem dicunt, numerum posuisse aut eruptionem per complures annos continuatam esse (cf. idem ad Corp. Inscr. II p. 339), hic in Vit. Thuc. p. 64 sq. ε' (i. e. πέμπτῳ) ante ἔτους nomen apud Thuc. excidisse suspicatur. Nisi forte adeo eruptionem marmoris Parii tertiam Thucydideam vis esse. Cf. adn. prox. Certe Thucydidem inter duas illas, quas commemorat, mediam nullam novisse ex πρότερον voce apparere iam Dodwellus in Appar. ad Annal. docuit. — τὸ δὲ ξύμπαν τρὶς γεγενῆσθαι. Tertiam eruptionem, quae hic commemoretur, non esse eam, quae Diodoro XIV 59 et Orosio II 18 testibus evenerit Ol. XCVI 1, a. Chr. 396 aut Ol. XCV 1, a. Chr. 400, sed antiquiorem duabus, quarum annos Thucydides significaverit, probabiliter contra Dodwellum demonstrarunt Goeller et Krueg. l. d., quare Roscher de Vit. Thuc. p. 103 Thucydidem ante id incendium Aetnae, de quo Diodorus et Orosius loquerentur, mortuum ex his collegit. Cf. Ullrich. Symb. ad explic. Th. p. 92 sq. Sed quod idem superiore πρότερον rem evinci putat, non est vere dictum; nam τὸ πρότερον ῥεῦμα ea eruptio, quae anni 425 incendium nulla alia interiecta praecessit, vocari potuit, sive tertia ambabus antiquior sive recentior fuit. — ἀφ' οὗ ... οἰκεῖται. Cf. VI 3 et ibi adn.

THUCYDIDIS

DE

BELLO PELOPONNESIACO

LIBRI OCTO.

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDITOS

EXPLANAVIT

ERNESTUS FRIDERICUS POPPO.

EDITIO ALTERA, QUAM AUXIT ET EMENDAVIT

IOANNES MATTHIAS STAHL.

VOL. II. SECT. II.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXV.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Δ.

VII. *Ἕβδομον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. α'—να'.*

A. *Θέρος. Κεφ. α'—μθ'.*

1. *Μεσσήνην μὲν Συρακόσιοι καὶ Λοκροὶ ἀφιστᾶσιν Ἀθηναίων, τὴν Ῥηγίνων δὲ οἱ Λοκροὶ δῃοῦσι. α'.*

2. *Πελοποννήσιοι μὲν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβάλλουσιν, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς Σικελίαν πλέοντες Πύλον τειχίζουσιν. β'—ς'.*

3. *Ἠιόνα Μενδαίων ἀποικίαν Σιμωνίδης Ἀθηναῖος αἱρεῖ μέν, ἐκκρούεται δὲ πάλιν. ζ'.*

4. *Λακεδαιμόνιοι Πύλῳ προσβαλόντες ἀποκρούονται, καὶ οἱ ἐς Σφακτηρίαν διαβάντες αὐτῶν ἀπολαμβάνονται. η'—ιδ'.*

Λόγος Δημοσθένους. ι'.

5. *Ἐπιχειρία γίγνεται περὶ Πύλον καὶ λόγοι ἄπρακτοι περὶ εἰρήνης. ιε'—κβ'.*

Αἱ περὶ Πύλον σπονδαί. ις'.

Δημηγορία Λακεδαιμονίων. ιζ'—κ'.

6. *Αἱ σπονδαὶ διαλύονται. ἀδικία Ἀθηναίων. περὶ Πύλον κατὰ κράτος πολεμεῖται. κγ'.*

7. *Τὰ ἐν Σικελίᾳ πραχθέντα. κδ'. κε'.*

8. *Ἡ Σφακτηρία μετὰ ἐπίπονον πολιορκίαν ὑπὸ Κλέωνος καὶ Δημοσθένους βίᾳ αἱρεῖται. κς'—λθ'. ἅμα δὲ βραχέως μνημονεύεται τὰ ἐκ ταύτης τῆς αἱρέσεως γενόμενα. μ'—μα'.*

9. *Ἀθηναίων στρατεία ἐς τὴν Κορινθίαν Νικίου ἡγουμένου. μβ'—με'.*

10. *Ἐν Κερκύρᾳ λῆψις καὶ φόνος τῶν Ἰστώνην κατεχόντων φυγάδων. μς'—μη'.*

11. *Ἀνακτόριον αἱρεῖται ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Ἀκαρνάνων. μθ'.*

B. *Χειμών. Κεφ. ν'. να'.*

1. *Ἀρταφέρνην μετὰ γραμμάτων βασιλέως ἐς Λακεδαίμονα πορευόμενον Ἀθηναῖοι ξυλλαμβάνουσι. θάνατος Ἀρταξέρξου. ν'.*

2. *Χῖοι τὸ τεῖχος περιαιροῦσιν. να'.*

VIII. *Ὄγδοον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. νβ'—ρις'.*

A. *Θέρος. Κεφ. νβ'—πη'.*

1. *Οἱ Μυτιληναίων φυγάδες πρῶτον μὲν Ῥοίτειον, ἔπειτα δὲ Ἄντανδρον αἱροῦσιν. νβ'.*

2. *Ἀθηναίων στρατεία ἐπὶ Κύθηρα. νγ'. νδ'.*

3. *Λακεδαιμονίων παρασκευαὶ καὶ ἔκπληξις. νε'.*

4. *Ἀθηναίων ἐπὶ Θυρέαν καὶ τοὺς ἐνταῦθα Αἰγινήτας στρατεία. νς'. νζ'.*

5. *Σικελιῶται ὁμολογίαν ποιοῦνται, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἀποπέμπουσι. νη'—ξε'.*

Λόγος Ἑρμοκράτους. νθ'—ξδ'.

6. *Ἀθηναίων στρατεία ἐπὶ Μεγαρέας, ἐν ᾗ Νίσαιαν μὲν καὶ τὰ μακρὰ τείχη αἱροῦσιν, αὐτὰ δὲ τὰ Μέγαρα Βρασίδας σώζει.* ξϛʹ—οδʹ.

7. *Ἄντανδρος ὑπὸ Ἀθηναίων ἁλίσκεται. Λαμάχου ξυμφορὰ ἐν τῷ Πόντῳ.* οεʹ.

8. *Ἱπποκράτει καὶ Δημοσθένει τὰ Βοιωτῶν πράγματα ἀπό τινων δημοκρατεῖσθαι βουλομένων πράσσεται.* οϛʹ. οζʹ.

9. *Βρασίδου πορεία ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης,* οηʹ—πβʹ, *οἷ ἀφικόμενος πρῶτον μὲν ἐπὶ Ἀρραβαῖον στρατεύει,* πγʹ, *ἔπειτα ἐς Ἄκανθον.* πδʹ—πηʹ.

Δημηγορία Βρασίδου ἐν Ἀκάνθῳ. πεʹ—πζʹ.

B. *Χειμών.* *Κεφ.* πθʹ—ριϛʹ.

1. *Μάχη ἐν Δηλίῳ καὶ Δηλίου ἅλωσις.* πθʹ—ραʹ.

Παρακέλευσις Παγώνδου. ϟβʹ.

Παρακέλευσις Ἱπποκράτους. ϟεʹ.

2. *Δημοσθένης ἐς τὴν Σικυωνίαν ἀποβαίνει. Σιτάλκου θάνατος.* ραʹ.

3. *Βρασίδας στρατεύει ἐς Ἀμφίπολιν, ἣν αἱρεῖ, Ἠιόνος δὲ διὰ Θουκυδίδην ἀποτυγχάνει.* ρβʹ—ρηʹ.

4. *Μεγαρῆς τὰ μακρὰ τείχη κατασκάπτουσι, καὶ Βρασίδας ἐπὶ τὴν Ἀκτὴν στρατεύσας τὰ πλεῖστα πολίσματα αὐτῆς προσποιεῖται.* ρθʹ.

5. *Βρασίδας ἐπὶ Τορώνην στρατεύσας τήν τε πόλιν καὶ τὴν Λήκυθον τὸ φρούριον αἱρεῖ.* ριʹ—ριϛʹ.

IX. *Ἔνατον ἔτος τοῦ πολέμου.* *Κεφ.* ριζʹ—ρλεʹ.

A. *Θέρος.* *Κεφ.* ριζʹ—ρλγʹ.

1. *Ἐκεχειρία ἐνιαύσιος Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων.* ριζʹ—ριθʹ.

2. *Σκιώνη ἀφίσταται πρὸς Βρασίδαν. καὶ περὶ αὐτῆς οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους διαφέρονται.* ρκʹ—ρκβʹ.

3. *Καὶ Μένδη δὲ ἀφίσταται. παρασκευαὶ ἑκατέρων.* ρκγʹ.

4. *Βρασίδου καὶ Περδίκκου ἐπὶ Ἀρραβαῖον στρατεία δευτέρα, ἐν ᾗ Βρασίδας μεγίστῳ κινδύνῳ περιπίπτει.* ρκδʹ—ρκηʹ.

5. *Ἀθηναῖοι Μένδην μὲν ἀναλαμβάνουσι, Σκιώνην δὲ περικάθηνται.* ρκθʹ—ρλαʹ.

6. *Περδίκκου ξύμβασις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. Ἰσχαγόρας οὐ δύναται ἐπικουρίαν προσάγειν Βρασίδᾳ.* ρλβʹ.

7. *Θηβαῖοι Θεσπιέων τεῖχος περιαιροῦσιν. ὁ νεὼς τῆς Ἥρας ἐν Ἄργει κατακαίεται.* ρλγʹ.

B. *Χειμών.* *Κεφ.* ρλδʹ. ρλεʹ.

1. *Μαντινέων καὶ Τεγεατῶν ξυμβολὴ ἐν Λαοδικίῳ.* ρλδʹ.

2. *Βρασίδας Ποτιδαίας ἀποπειρᾷ.* ρλεʹ.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Δ.

Μεσσήνην μὲν Συρακόσιοι καὶ Λοκροὶ ἀφιστᾶσιν, τὴν Ῥηγίνων δὲ οἱ Λοκροὶ δῃοῦσι.

1 1. *Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους περὶ σίτου*
ἐκβολὴν Συρακοσίων δέκα νῆες πλεύσασαι καὶ
Λοκρίδες ἴσαι Μεσσήνην τὴν ἐν Σικελίᾳ κατέλα-
βον, αὐτῶν ἐπαγαγομένων, καὶ ἀπέστη Μεσσήνη
2 *Ἀθηναίων. ἔπραξαν δὲ τοῦτο μάλιστα οἱ μὲν*
Συρακόσιοι ὁρῶντες προσβολὴν ἔχον τὸ χωρίον
τῆς Σικελίας καὶ φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους
μὴ ἐξ αὐτοῦ ὁρμώμενοί ποτε σφίσι μείζονι παρα-
σκευῇ ἐπέλθωσιν, οἱ δὲ Λοκροὶ κατὰ ἔχθος τὸ
Ῥηγίνων, βουλόμενοι ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς κατα-
3 *πολεμεῖν. καὶ ἐσεβεβλήκεσαν ἅμα ἐς τὴν Ῥηγίνων*
οἱ Λοκροὶ πανστρατιᾷ, ἵνα μὴ ἐπιβοηθῶσι τοῖς
Μεσσηνίοις, ἅμα δὲ καὶ ξυνεπαγόντων Ῥηγίνων
φυγάδων, οἳ ἦσαν παρ' αὐτοῖς· τὸ γὰρ Ῥήγιον

Cap. 1. § 1. *θέρους*. Eiusque vere. Cf. c. 2 et adn. III 116, 1. — *περὶ σίτου ἐκβολήν*] *τὴν τῶν σταχύων ἐκ τῶν καλύκων γένεσιν. ἐπιφέρει γὰρ* [2, 1] „*ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος* [*πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι*]“. *ἦρος δὲ στάχυες ἐκφύονται*. Schol. Recte igitur Port.: cum segetes spicas emittere inciperent. — *πλεύσασαι*, provectae. — *αὐτῶν*, i. e. *τῶν Μεσσηνίων*. Cf. adn. I 136, 1 et paulo post adn. § 3. Messana superiore aestate invita Atheniensium societati se applicaverat.

§ 2. *προσβολήν*] *ἤγουν τόπον ἐπικαιρότατον, ἀφ' οὗ ἔστιν ἐξορμᾶν κατὰ τῆς Σικελίας . . ., προσόρμισιν καὶ ἔφοδον τῆς Σικελίας, ἢ πρὸς τὴν Σικελίαν*. Schol. Cf. VI 48, 1. VII 4, 7 et infra 52, 3. — *ἀμφοτέρωθεν*] *ἔκ τε τῆς γῆς ἑαυτῶν, τῆς Λοκρίδος, καὶ ἐκ θαλάσσης*. Schol.

§ 3. *ἐσεβεβλήκεσαν* plusquamperfectum, quod hoc tempore etiam in eorum terra erant. — *τοῖς Μεσσηνίοις*. Ex his *αὐτῶν* § 1 minus distincte non de toto populo Messeniorum, sed de nonnullis ex eo dictum esse

ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐστασίαζε καὶ ἀδύνατα ἦν ἐν
τῷ παρόντι τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι, ᾗ καὶ μᾶλ-
λον ἐπετίθεντο. δῃώσαντες δὲ οἱ μὲν Λοκροὶ τῷ 4
πεζῷ ἀπεχώρησαν, αἱ δὲ νῆες Μεσσήνην ἐφρούρουν·
καὶ ἄλλαι [αἱ] πληρούμεναι ἔμελλον αὐτόσε ἐγκαθ-
ορμισάμεναι τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν ποιήσεσθαι.

Πελοποννήσιοι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβάλλουσιν. Ἀθηναῖοι δὲ στόλον μὲν ἐς Σικελίαν παρασκευάζονται, διανοοῦνται δὲ καὶ τῇ Κερκύρᾳ καὶ τῇ Πελοποννήσῳ προσίσχειν.

2. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος, 1
πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι, Πελοποννήσιοι καὶ
οἱ ξύμμαχοι ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν (ἡγεῖτο δὲ
Ἆγις ὁ Ἀρχιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς), καὶ
ἐγκαθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν. Ἀθηναῖοι δὲ τάς 2
τε τεσσαράκοντα ναῦς ἐς Σικελίαν ἀπέστειλαν,
ὥσπερ παρεσκευάζοντο, καὶ στρατηγοὺς τοὺς ὑπο-
λοίπους, Εὐρυμέδοντα καὶ Σοφοκλέα· Πυθόδω-
ρος γὰρ ὁ τρίτος αὐτῶν ἤδη προαφῖκτο ἐς Σι-
κελίαν. εἶπον δὲ τούτοις καὶ Κερκυραίων ἅμα 3
παραπλέοντας τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιμεληθῆναι, οἳ
ἐλῃστεύοντο ὑπὸ τῶν ἐν τῷ ὄρει φυγάδων· καὶ
Πελοποννησίων αὐτόσε νῆες ἑξήκοντα προεπεπλεύ-
κεσαν τοῖς ἐν τῷ ὄρει τιμωροὶ καὶ λιμοῦ ὄντος

Cap. 2. § 3. παρεπεπλεύκεσαν codd. Cf. adn.

apparet. — ἀδύνατα ἦν. Cf. adn. III 53, 2 et III 88, 1. V 14, 4. — ἐπετίθεντο, impetum continuabant.

§ 4. καὶ ἄλλαι . . . ποιήσεσθαι. Cf. c. 24. „Articulus, cum nulla navium quae tum parabantur mentio facta sit, ex praecedentis vocabuli terminatione natus perperam irrepsisse videtur.“ Class. Symb. crit. p. 14. Cf. Annal. phil. 1870 p. 324.

Cap. 2. § 1. πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι. Cf. adn. II 19, 1. Infra 6, 1 τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος. — Ἆγις. Ante Bekk. male Ἄγις. Cf. Fix. in Steph. Thes. h. v. et de ipso Agide Ind. nom. — ἐγκαθεζόμενοι. Cf. adn. III 1, 1.

§ 2. τὰς τεσσαράκοντα ναῦς. Vid. III 115, 4. — ὥσπερ παρεσκευάζοντο, eadem qua eas paraverant ratione, i. e. non aliud consilium secuti. De imperf. cf. adn. III 68, 2. — τοὺς ὑπολοίπους. Cf. III 115, 5.

§ 3. εἶπον. Cf. adn. I 131, 1. — παραπλέοντας. De accusativo vid. adn. II 11, 7. — ἐλῃστεύοντο . . . φυγάδων. Cf. III 85, unde montem constat esse Istonen. — προεπεπλεύκεσαν. Quod in codd. est παρεπεπλ. vix aliter intellegi potest quam antea παραπλέοντας. Sed Athenienses Corcyram praetervehentes in Siciliam profecturi erant, Peloponnesii ipsam Corcyram petiverant. Aptissimum esse quod auctore Class. rescripsi-

μεγάλου ἐν τῇ πόλει νομίζοντες καθέξειν ῥᾳδίως
4 τὰ πράγματα. Δημοσθένει δὲ ὄντι ἰδιώτῃ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐξ Ἀκαρνανίας αὐτῷ δεηθέντι εἶπον χρῆσθαι ταῖς ναυσὶ ταύταις, ἢν βούληται, περὶ τὴν Πελοπόννησον.

1 3. Καὶ ὡς ἐγένοντο πλέοντες κατὰ τὴν Λακωνικὴν καὶ ἐπυνθάνοντο ὅτι αἱ νῆες ἐν Κερκύρᾳ ἤδη εἰσὶ τῶν Πελοποννησίων, ὁ μὲν Εὐρυμέδων καὶ Σοφοκλῆς ἠπείγοντο ἐς τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ Δημοσθένης ἐς τὴν Πύλον πρῶτον ἐκέλευε σχόντας αὐτοὺς καὶ πράξαντας ἃ δεῖ τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι. ἀντιλεγόντων δὲ κατὰ τύχην χειμὼν ἐπιγενόμενος

Δημοσθένης οὖν τὴν Πύλον τῆς Μεσσηνίας ἀξιοῖ τειχίζεσθαι, ᾧ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀντιλέγουσιν.

mus, apparet ex 3, 2. — κατασχήσειν . . . τὰ πράγματα. Cf. adn. III 30, 3.

§ 4. μετὰ τὴν . . . Ἀκαρνανίας. Vid. III 114. — ταῖς ναυσὶ ταύταις. „Eisdem, quibus Eurymedon cum Sophocle et Pythodoro praeerat.“ Haack. Id enim et ex ipsis verbis intellegitur et ex eis, quae c. 8 sqq. narrantur. Fallitur igitur Diod. XII 60. — περὶ τὴν Πελοπόννησον. Errat schol. Aristoph. Equ. v. 55. Cf. Duk.

Cap. 3. § 1. Λακωνικήν. Cuius nomine etiam Messenia continetur. Cf. II 25. — Πύλον. Totum locum Thucydidis, in quo de Pylo et Sphacteria et rebus ibi gestis agitur, in compendium redactum Britannice interpretatus est et illustravit Leakius in itineris per Peloponnesum facti descriptione vol. I p. 401 sqq. Ceterum cf. Diod. XII 60. De Pylo a Demosthene occupata narratiunculam propter ea, quae Thucyd. scribit, parum probabilem servavit Polyaen. III 1, 1. Super situ Pyli et Sphacteriae et quibus locis nunc responderent disseruit Arnoldus vol. II p. 400 sqq., quocum praeter alios praecipue Leakius l. d. conferendus est. Thucydidis aetate Pylum non fuisse urbem, sed ante castellum ibi ab Atheniensibus exstructum promontorii deserti nomen ex § 2. 3 apparet. Cf. Strab. 359 ἡ μὲν παλαιὰ Πύλος ἡ Μεσσηνιακὴ ὑπὸ τῷ Αἰγαλέῳ πόλις ἦν· κατεσκασμένης δὲ ταύτης ὑπὸ τῷ Κορυφασίῳ τινὲς αὐτῶν ᾤκησαν. (Qui τινές tam pauci videntur fuisse et tam disperse habitasse, nisi adeo postea discesserunt, ut Thucydides ἐρῆμον locum vocare non dubitaverit. Nisi forte Strabo, quae de Messeniis postea Pylum reversis c. 41 legemus, in falsum tempus transtulit.) προσεκτήσαντο (marg. rectius προσέκτισαν) δὲ αὐτὴν Ἀθηναῖοι τὸ δεύτερον ἐπὶ Σικελίαν πλέοντες μετ᾽ Εὐρυμέδοντος καὶ Στρατοκλέους (leg. Σοφοκλέους). Pylum autem παλαιὸν Ἀβαρῖνον sive Παλαιόκαστρον, non, id quod Castellanus maxime demonstrare studuerat, urbem Avarinum sive Νεόκαστρον esse cum plerisque statuit Leak. l. d. Dissentiunt Pouquev. et Arn. At Leakii sententiam defenderunt Grot. Hist. Gr. VI p. 481 sq. vers. germ. III p. 559 sq. Curtius Pelop. II p. 174. 179. Bursian. Geogr. II p. 176 sq. Fuit igitur promontorium a septentrione versus Sphacteriam insulam procurrens ab eaque angusto freto disiunctum. Cf. adn. 8, 6 et 13, 4. — σχόντας, appulsos. Cf. adn. I 110, 4. — ἀντιλεγόντων δέ. Suppl. αὐτῶν

κατήνεγκε τὰς ναῦς ἐς τὴν Πύλον. καὶ ὁ Δημοσθένης εὐθὺς ἠξίου τειχίζεσθαι τὸ χωρίον (ἐπὶ τοῦτο γὰρ ξυνέπλευσε), καὶ ἀπέφαινε πολλὴν εὐπορίαν ξύλων τε καὶ λίθων καὶ φύσει καρτερὸν ὂν καὶ ἐρῆμον αὐτό τε καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας· ἀπέχει γὰρ σταδίους μάλιστα ἡ Πύλος τῆς Σπάρτης τετρακοσίους καὶ ἔστιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ποτὲ οὔσῃ γῇ, καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυ- 2

Cap. 3. § 2. τοῦτο Aug. Ven. T. Pal. It. Vat. Gr. M. L. W. X. Y. Z. al. Quod ut exquisitius recepimus. Cf. V 87 et ibi adn. Vulgo τούτῳ, quem casum locis I 74 et Xen. Cyr. I 6, 39 tuetur Arn. Cf. ad. III 42, 6.

ξυνέπλευσε codd. longe plurimi et optimi, ξυνέπλευσαν Pal., ξυνέκπλευσε M., vulg. ξυνεκπλεῦσαι. Cf. adn.

αὐτό τε. In optimis libris αὐτὸ τότε, vix recte; τότε non vertit Valla.

(τοῦ Εὐρυμέδοντος καὶ Σοφοκλέους).

§ 2. ἐπὶ τοῦτο] ἤγουν ἕνεκα τοῦ τειχισθῆναι. Schol. — ξυνέπλευσε. Vulg. ξυνεκπλεῦσαι facilem habet explicationem. Saepe enim ex verbis voluntatis, postulandi, hortandi, similibus dicendi verba repetenda sunt. Velut ex παραινεῖν III 81, 1, ex ἀναπείθεσθαι III 94, 3 (cf. III 75, 1), ex κελεύειν III 94, 5, ex ἐᾶν V 41, 2, ex ἐπιμαρτύρεσθαι VI 29, 2, ex παραιτεῖσθαι V 63, 3. Etiam ex querendi verbis, velut ex ἐπικαλεῖν V 56, 2, ex μέμφεσθαι VIII 50, 5. Similiter putandi notio ex verbis cogitandi aliquid facere, videndi, sciendi, timendi, similibus depromenda est. Sicut ex διανοεῖσθαι VI 96, 1, ex ὁρᾶν IV 27, 1. VII 42, 4, ex εἰδέναι VI 64, 1, ex φοβεῖσθαι IV 8, 8, ex formula ἐς μέγα δέος κατέστησαν IV 108, 1 et ex simili ἐς ὑποψίαν καθίστη V 29, 3. Qualia apud Latinos quoque reperiri constat. De Graecis cf. Matth. Gr. § 537 extr. et § 634, 4. Sed non minus optimorum librorum scriptura narrationi convenit. Demosthenem enim eo consilio Athenis profectum esse, non postea cepisse vel inde apparet, quod statim cum Messeniae oram praetervehebantur navium duces Pylum appellere iussit ibique facere, quae opus esse viderentur. — ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας. Cf. adn. I 1, 2. — ἀπέχει γάρ. „Ex depravv. libris Kistem. praeferebat δέ . . . [Sed] γάρ h. l. spectat ad ἐρημίαν πολλὴν τῆς χώρας." Haack. — σταδίους . . . τετρακοσίους. Consentit Strab. 551. Ex Arrowsmithii tabula viam esse 42 mill. geogr. docet Clint. Fast. Hell. p. 403 ed. Krueg. de stadiorum magnitudine disserens. Olympica stadia esse demonstrat etiam Puill. Boblaye Parietin. Pelopon. p. 113 sqq. de Pylo explicans. Paulo minus (575 pedum Britann.) stadium Thucydideum esse putaverat Leak. Topogr. Athen. p. 382 interpr. Germ. — αὐτήν ad Pylum, non ad Messeniam spectare et ex verbis Strabonis paulo ante adscriptis, unde Coryphasium montis vel promontorii nomen esse apparet, intellegitur et collatis locis IV 118, 4 et V 18, 7, ubi manifesto de

3 φάσιον. οἱ δὲ πολλὰς ἔφασαν εἶναι ἄκρας ἐρήμους
τῆς Πελοποννήσου, ἣν βούληται καταλαμβάνων
τὴν πόλιν δαπανᾶν. τῷ δὲ διάφορόν τι ἐδόκει
εἶναι τοῦτο τὸ χωρίον ἑτέρου μᾶλλον, λιμένος τε
προσόντος καὶ τοὺς Μεσσηνίους οἰκείους ὄντας
αὐτῷ τὸ ἀρχαῖον καὶ ὁμοφώνους τοῖς Λακεδαιμο-
νίοις πλεῖστ' ἂν βλάπτειν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένους
καὶ βεβαίους ἅμα τοῦ χωρίου φύλακας ἔσεσθαι.
1 4. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν οὔτε τοὺς στρατηγοὺς
οὔτε τοὺς στρατιώτας, ὕστερον καὶ τοῖς ταξιάρ-
χοις κοινώσας, ἡσύχαζεν, ὑπὸ ἀπλοίας μέχρι

ἀπλοίας δὲ οὔσης ἡ Πύλος ἐκτειχίζεται.

Pylo legitur, docet Arn. Cf. Vischer in Mus. Helv. I p. 388.

§ 3. δαπανᾶν. Εἰς ἀναλώματα μεγάλα ἐμβάλλειν interpretatur Suid. Est sumptu exhaurire, conficere. Similiter Appi. Civ. I 94 ἄνεμος πόλιν ἐδαπάνησε, consumpsit. Dici etiam de conficiendo seu consumendo tormentis et morbis cognoscitur ex ed. mai. et ex Steph. Thes. — διάφορον ... ἑτέρου μᾶλλον. „Διάφορον hic significat eximium, imprimis commodum. Rarum est, ut μᾶλλον sequatur.“ Bloomf. — λιμένος τε προσόντος. De hoc portu vide plura c. 8 et 13 — καὶ τοὺς Μεσσηνίους ... πλεῖστ' ἂν βλάπτειν. Oratio proprie ita procedere debebat, καὶ τῶν Μεσσηνίων ... πλεῖστ' ἂν βλαπτόντων. Sed ut III 94, 3, ubi cf. adn., transiit ad infinitivum, ad quem ex superioribus ἐδόκει vi diversa (putabat) sive ἐνόμιζε repetendum, pro quo ne ὅτι ἐνόμιζε requiri existimes, cf. adn. ad simillimum enuntiatum V 53. — αὐτῷ, i. e. τῷ χωρίῳ. „Messenios autem, qui Naupactum tenebant, cur οἰκείους Πύλῳ et Lacedaemoniis ὁμοφώνους esse dicat Thuc., cognosci potest e Pausan. Messen. XXIV et XXVII.“ Duk. De priore cf. 41, 2, de altero III 112, 4.

Cap. 4. § 1. ὕστερον ... τοῖς ταξιάρχοις κοινώσας. „Ἀπορεῖται, ὅπως τοῖς στρατιώταις πρότερον τῶν ταξιάρχων ἐκοίνωσε τειχίζειν τὸ χωρίον· ταξίαρχοι γὰρ τῶν τάξεων ἦσαν ἄρχοντες, οὗτοι δὲ προτιμητέοι τῶν ὑποταττομένων στρατιωτῶν ἐν βουλαῖς.“ Δούκας. Fortasse res sic intellegenda est, ut Demosthenem militibus per taxiarchos, quibuscum post imperatores rem communicasset, frustra persuadere studuisse existimemus. De ipsis taxiarchis Atheniensium, qui decem quotannis, singuli ex singulis tribubus, creabantur, vid. Herm. Antiqu. Gr. I § 152 et Schoem. Antiqu. iur. p. 253 sq., Antiqu. Gr. II p. 439, quamquam ab his taxiarchis eos, qui hic commemorantur, discerni vult Arn. — ἡσύχαζεν, vi translata: er hielt sich ruhig, gab seine Bemühungen auf. — ὑπὸ ἀπλοίας μέχρι. Bekker non post ἡσύχαζεν verbum, sed post ἀπλοίας nomen interpunxit. Sed patet non navigandi difficultatem Demostheni in causa fuisse, cur quiesceret, sed quod exercitus adhortanti non obtemperaverat. Immerito Kruegero, si ὑπὸ ἀπλοίας cum verbis ὁρμὴ ἐνέπεσε iungeretur, collocatio verborum non ferenda visa est. Saepissime enim Th. coniunctionibus notiones ponderis augendi causa praeponit,

αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις σχολάζουσιν ὁρμὴ ἐνέπεσε
περιστᾶσιν ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον. καὶ ἐγχειρήσαντες 2
εἰργάζοντο, σιδήρια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες,
λογάδην δὲ φέροντες λίθους, καὶ ξυνετίθεσαν ὡς
ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι· καὶ τὸν πηλόν, εἴ που δέοι

Cap. 4. § 1. Codd. plurimi ἐσέπεσε, pauci ἐπέπεσε. Quorum neutrum cum in animi motu valeat, ἐνέπεσε correximus. Cf. II 91, 4. IV 34, 2. VI 24, 3. VII 80, 3.

velut coniunctioni ὡς I 134, 1. 141, 2. III 88, 3 (cf. adn. III 87, 2), ὅτι I 90, 4. 144, 2. IV 27, 1. V 7, 5. VIII 78, διότι I 77, 2, εἰ I 10, 2. 11, 2. 33, 3. 107, 3. 142, 4. IV 85, 5. VII 20, 3, ἤν III 31, 1. VI 13, 1. 18, 4. 79, 1, ἵνα IV 87, 3. Similiter pronomini relativo VI 38, 3. Cf. adn. I 10, 2. 68, 1. Contra Class., qui Dobraeo auctore ἡσύχαζον ὑπὸ ἀπλοίας edidit, cf. Annal. phil. 1870 p. 322. — αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις. Milites navigatione impedita otiosi ipsi (i. e. sua sponte. Cf. III 65, 2. IV 60, 2. 128, 4) id fecerunt, quod Demosthenes eis persuadere frustra conatus erat. — περιστᾶσιν. Mutata sententia interpretatur Heilm. „Simplicior intellectus, opinor, verior est, ut milites undique accurrentes [circumstantes] munitionem aggressi esse dicantur.“ Arn. — ἐκτειχίσαι modo est absolvere munitionem, modo, ut hic, omnino emunire. Cf. IV 45, 2. VII 4, 5. 26, 3. Drak. ad Liv. XXI 7, 7. Miram verborum ὡς δὲ οὐκ . . . τὸ χωρίον explicationem proposuit Mueller-Struebing Aristoph. p. 665 sqq., quam, si placet, vide apud ipsum.

§ 2. σιδήρια, ferrea instrumenta, ferramenta. — λιθουργά. Insolentius hic adiective legitur; nam alibi (ut 69, 2) λιθουργός substantivum est. Apud Poll. VII 125 et apud Suid. in v. λογάδην legitur λιθουργικά, sed id sic dici non certius est, immo vulgato patrocinatur Greg. Nyss. λιθουργοῖς ὀργάνοις scribens. Vid. Dind. in Steph. Thes. „Videtur σιδήρια λιθουργά accipere non tam pro ferramentis ad elaborandos quam ad eximendos lapides. [Attamen] schol. expl. λαξευτήρια, scalpendis et poliendis lapidibus apta.“ Steph. ibid. Recte schol. Cf. adn. prox. — λογάδην φέροντες, cum delectu (sive selectos) comportantes, quia caedere eos non poterant. Cf. IV 31, 2. VI 66, 2. Schaefer in Steph. Thes. non selectos, sed collectos lapides vult esse; at illa interpretatio reliquo usui vocabuli, ut cum de militibus dicitur, est convenientior. Contrarium esse loquendi genus λίθοι ἐν τομῇ ἐγγώνιοι I 93, 5 adnotat Did. „Structura huius castelli, praeterquam quod minus erat, antiquissimo Cyclopiae, quae vocatur, architecturae generi similis videtur fuisse, cuius exemplum exstat in Tirynthis moenibus. Vid. Gell. Argol. tab. 14. Ibi intervalla maiorum saxorum lapillis expleta erant, quod ipsum Pyli factum esse probabile est; et mortario, quod Thuc. in partibus quibusdam operis adhibitum esse dicit, ad hos lapides solidandos opus erat, cum maiora saxa sua magnitudine et pondere firma essent.“ Arn. Cf. Puill. Bobl. l. d. p. 4 et Muell. Enchirid. Archaeolog. § 269. — καὶ ξυνετίθεσαν. De transitu a participio ad verbum finitum cf. adn. I 57, 4. — ξυμβαίνοι, i. e. ξυναρμόζοι. — καὶ τὸν πηλὸν cet. Horum

χρῆσθαι, ἀγγείων ἀπορίᾳ ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον ἐγκεκυφότες τε, ὡς μάλιστα μέλλοι ἐπιμένειν, καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες, ὅπως μὴ ἀπο-
3 πίπτοι. παντί τε τρόπῳ ἠπείγοντο φθῆναι τοὺς Λακεδαιμονίους τὰ ἐπιμαχώτατα ἐξεργασάμενοι, πρὶν ἐπιβοηθῆσαι· τὸ γὰρ πλέον τοῦ χωρίου αὐτὸ καρτερὸν ὑπῆρχε καὶ οὐδὲν ἔδει τείχους.

1 5. Οἱ δὲ ἑορτήν τινα ἔτυχον ἄγοντες, καὶ ἅμα πυνθανόμενοι ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὡς, ὅτ' ἂν ἐξέλθωσιν, ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς ἢ ῥᾳδίως ληψόμενοι βίᾳ· καί τι καὶ αὐτοὺς ὁ στρατὸς ἔτι
2 ἐν ταῖς Ἀθήναις ὢν ἐπέσχε. τειχίσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοῦ χωρίου τὰ πρὸς ἤπειρον καὶ ἃ μάλιστα ἔδει ἐν ἡμέραις ἓξ τὸν μὲν Δημοσθένη μετὰ νεῶν πέντε αὐτοῦ φύλακα καταλείπουσι, ταῖς δὲ πλείοσι ναυσὶ τὸν ἐς τὴν Κέρκυραν πλοῦν καὶ Σικελίαν ἠπείγοντο.

αἰτίαι τῆς ὀλιγωρίας τῶν Λακεδαιμονίων. οἱ Ἀθηναῖοι τειχίσαντες ταῖς πλείοσι ναυσὶν ἀποπλέουσιν.

1 6. Οἱ δ' ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντες Πελοποννήσιοι ὡς ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημμένης, ἀνεχώρουν κατὰ τάχος ἐπ' οἴκου, νομίζοντες μὲν οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἆγις ὁ βασιλεὺς οἰκεῖον σφίσι

οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἀναχωροῦσιν ἐκ τῆς Ἀττικῆς.

ἐνάργειαν iure laudat schol. De πηλοῦ voce cf. adn. I 93, 5. — τοῦ νώτου. De singulari cf. adn. II 52, 4. 70, 3.

§ 3. φθῆναι ... πρὶν ἐπιβοηθῆσαι. Subiectum infinitivi ἐπιβοηθῆσαι eadem attractione obiectum superioris φθῆναι factum est, de qua vid. adn. II 21, 1. — αὐτὸ καρτερόν. Antea 3, 2 φύσει καρτερόν, unde liquet, quid sit αὐτό. Cf. 69, 2. Tum οὐδέν est οὐδαμῶς.

Cap. 5. § 1. ἑορτὴν ... ἄγοντες. Hac de causa a militia abstinebant. Cf. adn. V 54, 2. — ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο. Cf. Vig. p. 282. — ὡς ... ὑπομενοῦντας. Cf. Matth. Gr. § 568, 3. Buttm. Gr. § 145 adn. 7. — ἐν ταῖς Ἀθήναις, apud Athenas. Cf. adn. III 91, 5.

§ 2. καὶ ἃ ... ἔδει. Dicit καί, quia etiam in partibus nonnullis ad mare versis munitione subita opus fuit. Cf. 13, 1 et ibi adn. — ἐν ἡμέραις ἕξ. At Diod. XII 61 ἐν εἴκοσιν ἡμέραις ἐτείχισε τὴν Πύλον, fortasse de universa munitione loquens, etsi τὰ πρὸς τὸ πέλαγος τετραμμένα etiam infra c. 9 infirmissimo muro munita reperiemus. — τὸν ... πλοῦν ... ἠπείγοντο. Cf. adn. III 2, 3.

Cap. 6. § 1. ἐπύθοντο ... κατειλημμένης. Conf. Matth. Gr. § 349 adn. 2. Krueg. Gr. § 47, 10 adn. 11. — νομίζοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι. De nominativis cf. Matth. Gr. § 562, 1 adn. 1. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 1. Cf. II 54, 2. IV

τὸ περὶ τὴν Πύλον· ἅμα δὲ πρῴ ἐσβαλόντες καὶ τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς, χειμών τε ἐπιγενόμενος μείζων παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν ἐπίεσε τὸ στράτευμα.
2 ὥστε πολλαχόθεν ξυνέβη ἀναχωρῆσαί τε θᾶσσον αὐτοὺς καὶ βραχυτάτην γενέσθαι τὴν ἐσβολὴν ταύτην· ἡμέρας γὰρ πεντεκαίδεκα ἔμειναν ἐν τῇ Ἀττικῇ.

Ἠιόνα Μενδαίων ἀποικίαν Σιμωνίδης Ἀθηναῖος μάτην αἱρεῖ.

7. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Σιμωνίδης Ἀθηναίων στρατηγὸς Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Θρᾴκης, Μενδαίων ἀποικίαν, πολεμίαν δὲ οὖσαν, ξυλλέξας Ἀθηναίους τε ὀλίγους ἐκ τῶν φρουρίων καὶ τῶν ἐκείνῃ ξυμμάχων πλῆθος προδιδομένην κατέλαβε· καὶ παραχρῆμα ἐπιβοηθησάντων Χαλκιδέων καὶ Βοττιαίων ἐξεκρούσθη τε καὶ ἀπέβαλε πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν.

Πελοποννήσιοι παρασκευάζονται ὡς Πύλῳ

1 8. Ἀναχωρησάντων δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς Πελοποννησίων οἱ Σπαρτιᾶται αὐτοὶ μὲν καὶ οἱ

Cap. 7. Ἠιόνα Aug. It. Bekk. pro vulgat. Ἠϊόνα. Et apud Harpocrat. in v. Ἠϊών, πόλις Θρᾴκης, Μενδαίων ἀποικία, litterarum ordo ι furtivum esse demonstrat. Accedit, quod in Cass. C. F. G. X. Z. α. Ἠόνα exaratur. Obstat tamen Eustath. ad Homer. Il. p. 179 Rom. ὅτι δὲ Ἠιὼν δισυλλάβως καὶ τόπος ἐστὶ Στρυμόνος, καὶ Ἠϊὼν τρισυλλάβως πόλις ἐν Χερσονήσῳ παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ ἄλλη πρὸς τῇ Πιερίᾳ. Ceterum cf. sd. I 98, 1.

73, 4. V 81, 2. — πρῴ de anni tempore ut VII 19, 1. — τοῦ σίτου . . . ὄντος. Cf. 2, 1. — ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς, so hatten sie für den grössten Theil des Heeres nicht hinlängliche Lebensmittel. Simillime VIII 57, 1 ἦν ἀπορῶσι πολλαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς. — χειμών, frigus, tempestas pluvia, hiberna. Cf. adn. III 21, 4. — παρά, ut I 28, 3, ubi cf. adn.

§ 2. πολλαχόθεν. Proprie tribus de causis, ut docent superiora.

Cap. 7. Ἠιόνα. De scriptura nominis cf. sd. Non esse Eionem Strymoniam (I 98. IV 102 sqq.) satis demonstratum est in ed. mai. I 2 p. 350 sq. Sed etiam in Chersoneso sitam et Pieriam, quas commemorat Eustath. (cf. sd.), significari iure negat Arn. Eam de qua hic agitur urbem in Chalcidica collocandam esse breviter adnotat Od. Muell. de Maced. p. 26. In ora Bisaltiae inter Bolben et Amphipolin fuisse multis probare studet Cousinery Maced. I p. 119 sqq. — Μενδαίων. De his vid. c. 123. De μέν non addito cf. sd. I 12, 3. — ἐκ τῶν φρουρίων. Quae in hac regione habebant Athenienses.

Cap. 8. § 1. τῶν ἐκ. Cf. adn.

ἐγγύτατα τῶν περιοίκων εὐθὺς ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν Πύλον, τῶν δὲ ἄλλων Λακεδαιμονίων βραδυτέρα ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος, ἄρτι ἀφιγμένων ἀφ' ἑτέρας
2 στρατείας. περιήγγελλον δὲ καὶ κατὰ τὴν Πελοπόννησον βοηθεῖν ὅτι τάχιστα ἐπὶ Πύλον, καὶ ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Κερκύρᾳ ναῦς σφῶν τὰς ἑξήκοντα ἔπεμψαν, αἳ ὑπερενεχθεῖσαι τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν καὶ λαθοῦσαι τὰς ἐν Ζακύνθῳ Ἀττικὰς ναῦς ἀφικνοῦνται ἐπὶ Πύλον· παρῆν δὲ ἤδη καὶ ὁ πεζὸς
3 στρατός. Δημοσθένης δὲ προσπλεόντων ἔτι τῶν Πελοποννησίων ὑπεκπέμπει φθάσας δύο ναῦς ἀγγεῖλαι Εὐρυμέδοντι καὶ τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ἐν Ζακύνθῳ Ἀθηναίοις παρεῖναι ὡς τοῦ χωρίου κιν-
4 δυνεύοντος. καὶ αἱ μὲν νῆες κατὰ τάχος ἔπλεον κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ Δημοσθένους· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι παρεσκευάζοντο ὡς τῷ τειχίσματι προσβαλοῦντες κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ἐλπίζοντες ῥᾳδίως αἱρήσειν οἰκοδόμημα διὰ ταχέων εἰργασμένον καὶ ἀνθρώπων ὀλίγων ἐνόντων.
5 προσδεχόμενοι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ζακύνθου τῶν Ἀττικῶν νεῶν βοήθειαν ἐν νῷ εἶχον, ἢν

προσβαλοῦντες κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ ὁπλίτας διαβιβάζουσιν ἐς Σφακτηρίαν.

Cap. 8. § 1. *στρατείας*. In libris mss. *στρατιᾶς*. Cf. ad. I 9, 3.

§ 5. *τῆς Ζακύνθου*. *Τῆς* om. It. Vat. M. H.; sed postquam haec insula bis § 2 et 3 nominata est, articulum additum malumus. Cf. c. 18.

I 8, 2. — *τῶν περιοίκων*. Cf. adn. I 101, 2. — *τῶν δὲ ἄλλων*, i. e. *τῶν μὴ ἐγγύτατα οἰκούντων*.

§ 2. *περιήγγελλον*. Cf. adn. I 116, 1. II 10, 1. — *τὰς ἐν . . . τὰς ἑξήκοντα*. Cf. c. 2 et de *σφῶν* adn. I 25, 2. „Diod., ut videtur, *τεσσαράκοντα πέντε* XII 61." Wass. Et infra 11, 2 apud ipsum Thuc. quadraginta tres commemorantur. De quo dissensu cf. adn. 11, 2. — *ὑπερενεχθεῖσαι τὸν . . . ἰσθμόν*. De re vid. adn. III 15, 1, de Leucadiorum isthmo adn. III 81, 1. — *τὰς ἐν Ζακύνθῳ . . . ναῦς*. De Eurymedontis et Sophoclis classe agi et docet Bloomf. cl. c. 13 et apparet clarissime ex § 8. — *ὁ πεζὸς στρατός*. *Μύριοι καὶ δισχίλιοι* teste Diod.

§ 4. *αἱ νῆες . . . ἔπλεον*. Naves iter faciebant, dum proxima geruntur. Sunt igitur naves duae ad arcessendam classem missae, non ipsa classis. — *τὰ ἐπεσταλμένα*, mandata.

§ 5. *τὴν βοήθειαν*. „Sententia huius loci est Peloponnesios exspectasse et praevidisse Atti-

ἄρα μὴ πρότερον ἔλθωσι, καὶ τοὺς ἔσπλους τοῦ λιμένος ἐμφράξαι, ὅπως μὴ ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφορμίσασθαι ἐς αὐτόν. ἡ γὰρ νῆσος ἡ Σφακτη- 6 ρία καλουμένη τόν τε λιμένα, παρατείνουσα καὶ ἐγγὺς ἐπικειμένη, ἐχυρὸν ποιεῖ καὶ τοὺς ἔσπλους στενούς, τῇ μὲν δυοῖν νεοῖν διάπλουν κατὰ τὸ τείχισμα τῶν Ἀθηναίων καὶ τὴν Πύλον, τῇ δὲ πρὸς τὴν ἄλλην ἤπειρον ὀκτὼ ἢ ἐννέα· ὑλώδης τε καὶ ἀτριβὴς πᾶσα ὑπ' ἐρημίας ἦν καὶ μέγεθος

cam classem utpote amicam auxilio venturam Atheniensibus, qui Pyli erant." Duk. — καὶ τοὺς ἔσπλους ... ἐμφράξαι. Καί, i. e. praeterquam quod impetus facerent.

§ 6. ἡ νῆσος ἡ Σφακτηρία. Haec ab aliis scriptoribus Σφαγία dicitur. Vid. Gottleb. ad Plat. Menex. c. 30. Tres Sphagias ante Pylum iacere affirmat Plin. Hist. nat. IV 12, 55. Duas tantum agnoscit Muell. Dor. II p. 455. Numerum non definit Xen. Hist. VI 2, 31. Tertia praeter Sphacteriam seu Sparicam (Avarini insulam) et eam, quae hodie Paree vocatur, potest esse Kilonaki inter Sphacteriam et continentem medio in sinu Avarini sita. Cf. Bursian. Geogr. II p. 176, 1. — παρατείνουσα. De vi huius verbi intransitiva cf. Herod. I 203, de re Paus. IV 36, 4. Diod. l. d. Strab. 359. — τῇ μὲν ... ὀκτὼ ἢ ἐννέα. „Australis introitus certe plus 1200 cubitos Britannicos [yards, quorum singuli ternos pedes aequant,] latus est (ex recenti quadam dimensione adeo amplius 1400 cubiti dicuntur esse), septentrionalis circiter 150. Quorum numerorum ratio non consentit, ac si septentrionalem introitum normam comparationis vellemus esse, veteribus triremibus spatium ducenorum vel trecenorum pedum, ut [aequatis frontibus] moverentur, opus erat, id quod credi non potest." Leak. Pelop. I p. 415 sq., qui a Thucydide portus ostii latitudinem non visam aut accurate examinatam esse suspicatur. Bloomf. in numeris ὀκτώ et ἐννέα a librariis erratum, Arn. Sphacteriam et Pylum omnino non esse Sparicam et Avarinum veterem con[...]it. At ex hodierno statu nihil certi concludi posse, cum locorum natura mutationem subierit, dicit Curtius Pelop. II p. 179 sq. Contra Bursian. Geogr. II p. 176, 2 hoc in septentrionali tantum introitu factum esse contendit, ceteroqui scriptoris errorem statuendum esse, qui ipse haec loca non spectaverit. Cf. paulo post et 13, 4 adn. — ὑλώδης cet. Cf. 29, 3. — μέγεθος ... πεντεκαίδεκα σταδίους. Μέγεθος hic longitudinem, non circuitum esse docent Stanhop. Plataear. planit. p. 95. Bloomf. Arn., hic, si de Sphagia seu Sparica agatur. Sed idem, quoniam re vera haec insula in longitudinem amplius duobus miliariis geographicis et dimidio pateat, multo plura quam quindecim stadia effici et ea quoque de causa hanc insulam intellegi vix posse addit, sed suspicatur esse nunc Vetus Castrum Avarini. Longitudo tamen insulae ab aliis aliter definitur; nam Bellino teste apud St. Vincentium in parte physica eius libri, qui inscribitur „Expédition scientifique de Morée", p. 50 est multo minor („d'une lieue et un quart"). Cf. etiam Stanhop. l. d. Curtius l. d. insulam pro Thucy-

7 περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους μάλιστα. τοὺς μὲν
οὖν ἔσπλους ταῖς ναυσὶν ἀντιπρῴροις βύζην κλῄ-
σειν ἔμελλον· τὴν δὲ νῆσον ταύτην φοβούμενοι
μὴ ἐξ αὐτῆς τὸν πόλεμον σφίσι ποιῶνται, ὁπλί-
τας διεβίβασαν ἐς αὐτὴν καὶ παρὰ τὴν ἤπειρον
8 ἄλλους ἔταξαν· οὕτω γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις τήν τε
νῆσον πολεμίαν ἔσεσθαι τήν τε ἤπειρον ἀπόβασιν
οὐκ ἔχουσαν (τὰ γὰρ αὐτῆς τῆς Πύλου ἔξω τοῦ
ἔσπλου πρὸς τὸ πέλαγος ἀλίμενα ὄντα οὐχ ἕξειν
ὅθεν ὁρμώμενοι ὠφελήσουσι τοὺς αὐτῶν), σφεῖς
δὲ ἄνευ τε ναυμαχίας καὶ κινδύνου ἐκπολιορκή-
σειν τὸ χωρίον κατὰ τὸ εἰκός, σίτου τε οὐκ ἐνόν-
9 τος καὶ δι' ὀλίγης παρασκευῆς κατειλημμένον. ὡς
δ' ἐδόκει αὐτοῖς ταῦτα, καὶ διεβίβαζον ἐς τὴν
νῆσον τοὺς ὁπλίτας ἀποκληρώσαντες ἀπὸ πάντων
τῶν λόχων. καὶ διέβησαν μὲν καὶ ἄλλοι πρότε-

§ 8. τοὺς αὐτῶν. In optimis libris mss. τοὺς αὐτῶν. Cf adn. I 17, 1.

κατειλημμένον codd. praeter Lugd. M. Y. b., qui προκατειλημμένον habent. Ceterum cf. adn.

didis ratione novem fere stadiis nunc maiorem esse docet eamque discrepantiam a loci mutatione repetit. Bursian. vero l. d. hic quoque scriptoris errorem statuit. — περὶ . . . μάλιστα. Haec ita inter se coniuncta sunt, ut ὀλίγου ἐς IV 124, 1, ἐς διακοσίους τινάς VIII 21. Cf. ibi adn. et Xen. Cyr. II 1, 6. Simillime Plat. Crit. 112 e περὶ δύο μάλιστα ὄντας μυριάδας. Cf. adn. I 13, 3.

§ 7. ἀντιπρῴροις, i. e. ὥστε εἶναι ἀντιπρῴρους, στήσαντες αὐτὰς ἀντιπρῴρους. Cf. Diod. c. 61. Contra τριήρεσι πλαγίαις simili consilio usi sunt Syracusani VII 59. — τὴν νῆσον . . . ἐξ αὐτῆς. De hoc attractionis genere cf. adn. II 42, 4.

§ 8. ἔσεσθαι. Ad hunc infinitivum et eos, qui secuntur, e superiore φοβούμενοι repete ἐνόμιζον. Cf. adn. 3, 2. — τὰ γὰρ . . . ἕξειν. Nam ipsius Pyli oram, cum excepto portus introitu, quatenus altum spectaret, importuosa esset, non habituram (praebituram) esse (quidquam). Portus Pyli habebat quidem introitum ab alto (ostium septentrionale § 6 adn.), sed ipse in sinum (Avarini) spectabat. Cf. adn. 13, 1. — δι' ὀλίγης κατειλημμένον. „Cum non sat diu occupatum esset, ut bene munitum esse posset." Dobr. Molestissimum est servata codd. scriptura κατειλημμένον in tanta vicinia ipsius nominis αὐτοῦ (τοῦ χωρίου) subaudire (cf. II 8, 4. IV 41, 4), praesertim cum genetivus σίτου praecesserit. Quare recepimus Dobraei emendationem. Cf. 20, 3.

§ 9. καὶ διεβίβαζον. De καί cf. adn. II 98, 4. — ἀπὸ πάντων τῶν λόχων. Hos

ρον κατὰ διαδοχήν, οἱ δὲ τελευταῖοι καὶ ἐγκαταληφθέντες εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι ἦσαν, καὶ Εἵλωτες οἱ περὶ αὐτούς· ἦρχε δὲ αὐτῶν Ἐπιτάδας ὁ Μολόβρου.

Δημοσθένης δὲ ὁ ἐν Πύλῳ φρούραρχος ἀντιπαρασκευάζεται.

9. Δημοσθένης δὲ ὁρῶν τοὺς Λακεδαιμονίους 1
μέλλοντας προσβάλλειν ναυσί τε ἅμα καὶ πεζῷ, παρεσκευάζετο καὶ αὐτός, καὶ τὰς τριήρεις αἳ περιῆσαν αὐτῷ ἀπὸ τῶν καταλειφθεισῶν ἀνασπάσας ὑπὸ τὸ τείχισμα προσεσταύρωσε, καὶ τοὺς ναύτας

§ 9. ἐγκαταλειφθέντες It. Vat. M. Cf. adn..
Μολόβρου. Μολοβροῦ Cass. Aug. Ven. It. Vat. al. Sed vulgata ad proprium ab appellativo distinguendum videtur servanda. Ceterum cf. de hoc nomine Boeckh. Corp. Inscript. I p. 698.
Cap. 9. § 1. αἵπερ ἦσαν codd. Cf. adn.

quinque fuisse male dicit schol. ad h. l., quocum conf. schol. Aristoph. Lysistr. 454. Septem praeter Sciritas pugnasse audiemus V 68, 3. Cf. de omni re Muell. Dor. II p. 233. Thirlw. Hist. Gr. vol. I extr. Haas. ad Xen. de Rep. Laced. p. 204. — ἐγκαταληφθέντες, illic deprehensi, Haas. Si ita intellegitur, concidunt dubitationes Kruegeri, qui vulgatum ἐγκαταλειφθέντες tuitus est ad Dion. p. 296 et contra Goellerum in Comment. antiqu. stud. a. 1842 m. Febr. p. 98. — εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι. Idem repetitur 38, 5. Cf. Plut. Nic. c. 7. — Εἵλωτες οἱ περὶ αὐτούς. Horum numerum fortasse ex eis, quae de pugna Plataeensi Herodot. IX 28 legantur, definiri posse existimat Dukas. Cf. Mor. ad Isocr. Pan. c. 25. At qui apud Herodotum commemorantur, erant levis armaturae milites; qui autem in Sphacteria erant, eos famulos fuisse Spartiatarum et inde, quod c. 16 θεραπόντων mentio fit, et quod c. 34 sqq. nihil de levis armaturae militibus et auxilio, quod Helotae Spartiatis tulerint, legitur, perspicuum est. Cf. etiam Visch. Mus. Helvet. I p. 393 adn.

tunam semper sibi secundam fore sperare vetuit, prosperis rebus moderate utendum esse doceat. Quamquam Haasius l. d. p. 80 Athenienses, si moderate utantur fortuna secunda, hunc ex eo fructum laturos, ut adversae prudentius obviam eant, ideo haud absurde dici putat, quia, adversa ut aliquando accidat, exspectandum esse iam antea monuerit. Fatendum tamen est ne sic quidem haec ad amussim superioribus respondere. Nam cum antea dictum sit iniquum esse fortunae nimium confidere, quid aequum ac modestum sit in contraria sententia commode opponitur; quod vero modesti homines rebus adversis prudentius uti dicuntur, haec causa potius prioris illius sententiae quam oppositio est. Deinde qui rebus secundis caute diffidunt male dicuntur inter modestos viros tamquam pars esse, quasi vero non in omnes modestos viros illud cadat. Ac ne illud quidem Haas. cuiquam persuaserit minore cum Atheniensium reprehensione h. l. dici σωφρόνων ἀνδρῶν οἵτινες quam σώφρονες ἄνδρες οἵτινες. Itaque enuntiato καὶ ταῖς . . . ἂν προσφέροιντο in parenthesin redacto et pronuntiationibus οἵτινες ἔθεντο νομίσωσί τε inter se copulatis, prima verba interpretamur: prudentes autem viri ei sunt, qui cet. Possunt enim continere mixtionem dicendi generum σωφρόνων ἀνδρῶν ἐστι θέσθαι et σώφρονες ἄνδρες εἰσὶν οἵτινες ἔθεντο. Cf. Matth. Gr. § 481 adn. 3 et § 632, 6. Add. Xen. Anab. II 5, 21 παντάπασι δὲ ἀπόρων ἐστὶ καὶ ἀμηχάνων . . ., οἵτινες ἐθέλουσι δι' ἐπιορκίας πράττειν τι, Aristoph. Thesm. 177 σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις ἐν βραχεῖ πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους. Item supra III 45, 7 et de verbi ἐστι omissione adn. I 120, 5. Ullr. Symb. crit. II p. 18 et Class. εἰσίν subaudiunt σωφρόνων ἀνδρῶν pro genetivo partitivo accipientes. Cf. Krueg. Gr. § 47, 9 adn. 2 et Plat. Alc. II 150 b. Deinde iungimus inter se οἵτινες ἔθεντο νομίσωσί τε, quae eadem est coniunctio coniunctivi et indicativi in enuntiatis relativis, cuius exempla leguntur II 44, 1, ubi vid. adn., et IV 92, 1, nisi quod ibi coniunctivus antecedit, indicativus sequitur. Add. Demosth. XXIV 63 ὁπόσοι Ἀθηναίων . . . ἢ νῦν εἰσὶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἢ τὸ λοιπὸν κατατεθῶσι. De ἂν non addito cf. etiam adn. 17, 2. — τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, secundas res inter ambigua tuto posuerunt. Haas. l. d. p. 83 docet esse oxymoron, cui similia legantur IV 61, 8. 126, 6. — τόν τε πόλεμον . . . τούτῳ ξυνεῖναι. Male Haasius l. d. p. 87 τούτῳ ad πόλεμον vult spectare, qui accusativus toti sententiae ita prae-

(καὶ ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πταίοντες διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοῦ πιστεύοντες ἐπαίρεσθαι ἐν

positus sit, ut in exemplis IV 108, 1 τοὺς ξυμμάχους ἐφοβοῦντο μὴ ἀποστῶσιν, III 53. 2 ὑποπτεύομεν ὑμᾶς μὴ οὐ κοινοὶ ἀποβῆτε, similibus multis. At in his vulgaris est attractio subiecti et rarius obiecti enuntiati secundarii ad primarium attracti, de qua vid. adn. II 21, 1. 42, 4. 62, 1 al. Cf. Ind. gramm. v. Attract. Haec autem ante pronuntiata transitiva ob ὅτι, ὡς, μή incipientia, interrogativa, relativa reperitur. Infinitivi post hunc accusativum positi unum exemplum, quod quis huc referat, novimus, I 23, 6, in quo hac ipsa de causa nostram explanationem improbat Kamp. Observ. crit. ad Thuc. p. 22. Sed etiamsi eam tueare, illud exemplum ab hoc differt, quod illic infinitivus ad ipsum accusativum attractum refertur, qua sola ratione videtur sic dici posse. Ergo τὸν πόλεμον νομίζουσι . . . τούτῳ ξυνεῖναι pro his: τὸν πόλεμον νομίζουσιν, ὅτι . . . αὐτῷ ξύνεισιν (in quibus de αὐτ. pronomine cf. adn. II 42, 4) prorsus soloeca verba existimamus. Thucydides si id, quod Haasius vult, dicere cuperet, haud dubie scriberet τοῦ τε πολέμου (οἳ) νομίσωσι μὴ καθ' ὅσον ἄν τις μέρος βούληται μεταχειρίζειν, τούτῳ ξυνεῖναι. Cf. adn. III 39, 2. Neque τὸν πόλεμον esse subiectum infinitivi ξυνεῖναι statuere licet, sive τούτῳ, id quod Arn. vult, ad μέρος τοῦ πολέμου refertur, sive, quoniam perversa videtur dicendi ratio ὁ πόλεμος ξύνεστι τούτῳ τῷ μέρει τοῦ πολέμου, potius ad τινά. Nam non solum dubitandum est, num pronomen demonstrativum, quippe quod certam et definitam rem indicet, ad indefinitum respicere possit, sed etiam ad tuendam locutionem τὸν πόλεμον τούτῳ (τῷ ἀνθρώπῳ) ξυνεῖναι pro altera τοῦτον τῷ πολέμῳ ξυνεῖναι exempla afferri non possunt nisi poëtica, qualia habes Soph. OR. 863 ξυνείη μοῖρα, OC. 7 χρόνος ξυνών, 946 γάμοι ξυνόντες, 1244 ἆται ξυνοῦσαι, Ant. 372 ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν ξύνεστι, Ai. 338 νοσήμασι ξυνοῦσι, Eur. Troad. 681 ἐμοὶ ξύνεστιν ἐλπίς. Quibus de causis τὸν πόλεμον obiecti accusativum esse nunc censemus pendentem ex verbo μεταχειρίζειν, quod cum νομίσωσι iungimus. Pronomen τούτῳ autem ad μέρος spectare volumus et infinitivum ξυνεῖναι eodem modo interpretamur atque διολλύναι, quod III 40, 6 rescripsimus, ubi vide adn. Vertas igitur: qui bellum putant, non ex quanta eius parte aliquis velit, se tractare, ut huic (parti) intersint, sed ut fortunae casus ipsos regant. De activo μεταχειρίζειν cf. adn. I 13, 2. Vocabulum μέρος, quod alibi post καθ' ὅσον omittitur (cf. tamen I 23, 3 ἐπὶ πλεῖστον μέρος) hic additum est, ut τούτῳ habeat, quo commode referatur. Male Bredov. αὐτῷ (τῷ πολέμῳ) pro αὐτῶν coniecit, quod, cum fortunae casus regere potius bellum quam ei viam praeire (cf. Krueg. Gr. § 47, 20 adn. 2) videantur, αὐτοῦ esse debebat. At non aptius bellum illi regunt quam eos, qui bello intersunt. Contra Class. vide Annal. phil. 1870 p. 326 sq. — καὶ ἐλάχιστ' ἂν . . . καταλύοιντο, etiam minimum tales viri labentes (quod participium iungendum cum verbo component), propterea quod non ipsius (belli) successibus efferuntur, in bona potissimum fortuna bellum component. De καταλύεσθαι, bellum finire, (hostibus) reconciliari, cf. I 81, 5. V 15, 2. 17, 2.

5 τῷ εὐτυχεῖν ἂν μάλιστα καταλύοιντο)· ὃ νῦν
ὑμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καλῶς ἔχει πρὸς ἡμᾶς πρᾶξαι,
καὶ μήποτε ὕστερον, ἢν ἄρα μὴ πειθόμενοι
σφαλῆτε, ἃ πολλὰ ἐνδέχεται, νομισθῆναι τύχῃ
καὶ τὰ νῦν προχωρήσαντα κρατῆσαι, ἐξὸν ἀκίν-
δυνον δόκησιν ἰσχύος καὶ ξυνέσεως ἐς τὸ ἔπειτα
καταλιπεῖν.

1 19. Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς *ἔπειτα ἀποδεικνύασιν ὅτι ἀσφαλέστατόν ἐστι μετρίως ξυναλλαγῆναι.*
σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου, διδόντες μὲν
εἰρήνην καὶ ξυμμαχίαν καὶ ἄλλην φιλίαν πολλὴν
καὶ οἰκειότητα ἐς ἀλλήλους ὑπάρχειν, ἀνταιτοῦν-
τες δὲ τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας, καὶ ἄμει-
νον ἡγούμενοι ἀμφοτέροις μὴ διακινδυνεύεσθαι,
εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν παρατυχούσης τινὸς σωτη-
ρίας εἴτε καὶ ἐκπολιορκηθέντες μᾶλλον ἂν χει-
2 ρωθεῖεν. νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μάλιστ'
ἂν διαλύεσθαι βεβαίως, οὐκ ἢν ἀνταμυνόμενός
τις καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλείω τοῦ πολεμίου κατ'

Cap. 19. § 2. πλέω codd. Cum apud poetas scaenicos praeter πλέον vocalis ε in πλέονος πλέονι tantum formis compareat, reliqua per diphthongum scribenda esse duximus. Cf. Stahl. Quaest. gramm. p. 16 sq.
πολέμου codd. Cf. adn.

VIII 58, 7, de iterato ἄν I 76, 4. 136, 3. Hanc sententiam pariter atque superiorem (καὶ ταῖς . . . προσφέροιντο) interpositam esse volumus. Nam ut illic interponitur, quomodo ex prudenti cautione calamitate affecti viri moderati se gerant, ita hic explicatur, quam agendi rationem ex iudicii sobrietate in rebus secundis illi sequantur. Itaque καί ut supra etiam valet.

§ 5. ὃ ad totum modestae continentiae praeceptum modo expositum spectare putamus. — νομισθῆναι. „Pendet e praecedentibus καλῶς ἔχει, ut haec coniungantur: καλῶς ἔχει ὑμῖν πρᾶξαι καὶ μήποτε νομισθῆναι.“ Duk. — τὰ . . . κρατῆσαι. Cf. adn. 19, 2. — δόκησιν. Cf. adn. II 35, 2.

Cap. 19. § 1. ὑπάρχειν ita ad dandi vel potius (cf. adn. I 85, 2) offerendi verbum additum est ut alibi εἶναι, velut ἐκείνην ἔδωκεν αὐτῷ παίγνιον εἶναι Luci. Dial. de. VII 5. Cf. Blum. ad Lyc. Leocr. p. 125 et Verg. Aen. IX 178. — ἀμφοτέροις, nobis utrisque. — διακινδυνεύεσθαι. Cf. adn. I 78, 2. — εἴτε καὶ . . . χειρωθεῖεν, an expugnati magis in vestram potestatem redigantur (quam iam nunc sunt, cum inclusi a vobis teneantur). Ἄν appositum est, quia ἐκπολιορκηθέντες valet εἰ ἐκπολιορκηθεῖεν.

§ 2. καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλείω. Similiter τὰ πλείω ἐπικρατεῖν VII 63, 2 et supra τὰ νῦν προχωρήσαντα κρατῆσαι. — πολεμίου scribendum est,

ἀνάγκην ὅρκοις ἐγκαταλαμβάνων μὴ ἀπὸ τοῦ
ἴσου ξυμβῇ, ἀλλ' ἤν, παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι
πρὸς τὸ ἐπιεικές, καὶ ἀρετῇ αὐτὸν νικήσας παρὰ
ἃ προσεδέχετο μετρίως ξυναλλαγῇ. ὀφείλων γὰρ 3
ἤδη ὁ ἐναντίος μὴ ἀνταμύνεσθαι ὡς βιασθείς,
ἀλλ' ἀνταποδοῦναι ἀρετήν, ἑτοιμότερός ἐστιν αἰ-
σχύνῃ ἐμμένειν οἷς ξυνέθετο. καὶ μᾶλλον πρὸς 4
τοὺς μειζόνως ἐχθροὺς τοῦτο δρῶσιν οἱ ἄνθρω-
ποι ἢ πρὸς τοὺς τὰ μέτρια διενεχθέντας· πεφύ-
κασί τε τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι

αὐτὸν νικήσας H. Gr. D. J., reliqui αὐτὸ νικήσας. Cf. adn. § 4. ἑκοῦσιν ἐνδοῦσιν Bekk. Anecd. I p. 126. Vide Herbst adv. Cob. p. 22 sqq.

ne desit unde obiectum verbi ἐγκαταλαμβάνων suppleatur et quo αὐτόν referri possit. — ἐγκαταλαμβάνων. Frequentius hac vi καταλαμβάνειν. Cf. I 9, 1. IV 86, 1. VIII 68, 3. — τὸ αὐτό, scil. τὸ ξυμβῆναι. — πρὸς τὸ ἐπιεικές, secundum aequitatem, oppositum est praegresso κατ' ἀνάγκην. — ἀρετῇ αὐτὸν νικήσας. Male αὐτό ita defendunt, ut ad τὸ παρεῖναι τὸ αὐτὸ δρᾶσαι, quod volunt esse τὸ δύνασθαι μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῆναι, id referant. Sed τὸ αὐτὸ ad solum τὸ ξυμβῆναι refertur (aliter enim Th. τοῦτο potius vel αὐτὸ scripsisset) et quomodo quis facultatem iniquae pactionis superare possit, haud facile expedias, nisi forte superare idem esse opineris atque contemnere. Difficultatem superare possumus, facultatem non item. Patet propter erroris facilitatem codicum auctoritatem nullam esse; quid scribendum sit, totum ex sententia pendet. Itaque nunc αὐτόν restituimus. Opponitur generosae virtutis (Edelmuth) victoria ab hoste reportata armorum victoriae. — παρὰ ἃ προσεδέχετο (scil. ὁ πολέμιος) aptissime cum μετρίως iunge: cum maiore temperantia quam exspectabat.

§ 3. ἑτοιμότερος] προσυπακουστέον ... τοῦ ... βιασθέντος σπείσασθαι. Schol. — αἰσχύνῃ. De dativo cf. adn. III 82, 1.

§ 4. καὶ μᾶλλον ...] καὶ μᾶλλον πρὸς τοὺς μειζόνως ἐχθροὺς τοῦτο δρῶσιν, τὸ εὐγνωμονῆσαι ἤτοι προθύμως ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις· ὡς γὰρ ἐκ μεγάλων ἐχθρῶν ἐκφυγόντες καὶ σωθέντες ἀσμένως φέρουσι τὸ ἡσυχάζειν, κέρδος νομίζοντες τὸ μὴ πάλιν κινδυνεύειν πρὸς μείζω μαχόμενοι. Schol. De μειζόνως comparativo cf. adn. I 130. — τὰ μέτρια διενεχθέντας. Similiter VIII 84, 5 δουλεύειν τὰ μέτρια, IV 117, 1 ξυμβῆναι τὰ πλείω. Cf. adn. § 2. — πεφύκασι, eorum naturae insitum est. Cf. II 64, 3. III 45, 3. IV 61, 5. — τοῖς ... ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι. Cum ἀνθησσᾶσθαι verbo coniunctus est is casus, qui ad similia ἐνδιδόναι, εἴκειν, ὑπείκειν, νικᾶσθαι addi solet, sicut vicissim νικᾶσθαι verbo interdum genetivus adiungitur. Similiter iam quodammodo III 38, 7 ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι, unde

μεθ' ἡδονῆς, πρὸς δὲ τὰ ὑπεραυχοῦντα καὶ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν.

1 20. Ἡμῖν δὲ καλῶς, εἴπερ ποτέ, ἔχει ἀμφοτέ-
ροις ἡ ξυναλλαγή, πρίν τι ἀνήκεστον διὰ μέσου
γενόμενον ἡμᾶς καταλαβεῖν, ἐν ᾧ ἀνάγκη ἀίδιον
ὑμῖν ἔχθραν πρὸς τῇ κοινῇ καὶ ἰδίαν ἔχειν, ἡμᾶς
2 δὲ στερηθῆναι ὧν νῦν προκαλούμεθα. ἔτι δ'
ὄντων ἀκρίτων καὶ ὑμῖν μὲν δόξης καὶ ἡμετέρας
φιλίας προσγιγνομένης, ἡμῖν δὲ πρὸ αἰσχροῦ
τινος <τῆς> ξυμφορᾶς μετρίως κατατιθεμένης διαλ-
λαγῶμεν, καὶ αὐτοί τε ἀντὶ πολέμου εἰρήνην
ἑλώμεθα καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀνάπαυσιν
κακῶν ποιήσωμεν· οἳ καὶ ἐν τούτῳ ὑμᾶς αἰτιωτέ-

καὶ τελευτῶντες διεξέρχονται ὅτι νῦν καιρὸς ἄριστός ἐστι τῆς εἰρήνης, ἧς τὴν χάριν οἱ Ἕλληνες τοῖς Ἀθηναίοις προσθήσουσιν.

Cap. 20. § 1. ἡμᾶς vulgo, plerique codd. ὑμᾶς. Cf. adn.

et ex contrario τὰ ὑπεραυχοῦντα neutrius generis esse τοῖς ἐνδοῦσιν apparet. Cf. 61, 5 τοῦ εἴκοντος et adn. II 45, 1. De ἑκουσίως adverbio cf. Lob. ad Phryn. p. 6. — καὶ παρὰ γνώμην, etiam praeter rationem, i. e. etiamsi ratione res suas considerantes spem prosperi eventus non habeant. Cf. adn. I 70, 3.

Cap. 20. § 1. διὰ μέσου γενόμενον, interveniens, intercedens, ut ἐν μέσῳ. Cf. Vig. p. 109. — ἐν ᾧ ... ἔχθραν ... ἔχειν, in quo necesse est vobis sempiternam inimicitiam praeter communem (Lacedaemoniorum civitatis) etiam privatam (eorum, qui cognatos amiserunt) habere. De passivo locutionis ἔχθραν ἔχειν sensu cf. I 2, 3. VIII 86, 3. Particula μέν, quam post ὑμῖν propter oppositum ἡμᾶς δέ exspectaveris, omissa est propter ἀίδιον cum gravitate praepositum. — ἡμᾶς δέ nunc scripsimus duabus de causis, primum quod ὑμᾶς δέ opposito caret, deinde quod rectius et usui Thucydideo convenientius est Lacedaemonios eis privari, quae assequi student (cf. I 70, 7. IV 78, 3), quam Athenienses eis, ad quae Lacedaemonii eos cohortantur. Posterior causa contra Haasium (Lucubr. § 76) et Class. valet, qui servato ὑμᾶς in priore membro ἡμῖν emendarunt ἔχθραν ἔχειν sensu activo accipientes.

§ 2. ἔτι δ' ὄντων ἀκρίτων. Cf. adn. I 7, 1. Schol.: ἔτι δὲ ὄντων ἀδιακρίτων καὶ ἀμφιβόλων τῶν πραγμάτων τῶν κατὰ τὴν Σφακτηρίαν. — ἡμετέρας φιλίας, i. e. παρ' ἡμῶν φιλίας. Cf. Krueg. Gr. § 51, 4 adn. 8. — ἡμῖν δὲ ... κατατιθεμένης, nobis autem cum, antequam dedecus aliquod nobis accidat, calamitas tolerabiliter finiatur, sive res adversae modice componantur. Articulus, quo carere non possumus, quod de nota illa calamitate sermo est, quae causa legationis fuit, accessit ex schol. ἡμῖν δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις πρὶν αἰσχροῦ τινος πειραθῆναι (ἀντὶ τοῦ πρὶν ἁλῶναι τοὺς ἄνδρας) τῆς ξυμφορᾶς μετρίως κατατιθεμένης. — ἐν τούτῳ, i. e. ἐν τῷ διαλλαγῆναι, ἐν τῷ γενέ-

ρους ἡγήσονται. πολεμοῦνται μὲν γὰρ ἀσαφῶς
ὁποτέρων ἀρξάντων· καταλύσεως δὲ γιγνομένης,
ἧς νῦν ὑμεῖς τὸ πλέον κύριοί ἐστε, τὴν χάριν
ὑμῖν προσθήσουσιν. ἥν τε γνῶτε, Λακεδαιμονίοις 3
ἔξεστιν ὑμῖν φίλους γενέσθαι βεβαίως, αὐτῶν τε
προκαλεσαμένων χαρισαμένοις τε μᾶλλον ἢ βια-
σαμένοις. καὶ ἐν τούτῳ τὰ ἐνόντα ἀγαθὰ σκο- 4
πεῖτε ὅσα εἰκὸς εἶναι· ἡμῶν γὰρ καὶ ὑμῶν ταὐτὰ
λεγόντων τό γε ἄλλο Ἑλληνικὸν ἴστε ὅτι ὑπο-
δεέστερον ὂν τὰ μέγιστα τιμήσει".

Ἀθηναῖοι δὲ ἐπιεικῆ εἰρήνην οὐκ ἀγαπῶντες Κλέωνος ἐνάγοντος δεινὰ αἰτοῦσιν.

21. Οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι τοσαῦτα εἶπον, 1
νομίζοντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ
σπονδῶν μὲν ἐπιθυμεῖν, σφῶν δὲ ἐναντιουμένων
κωλύεσθαι, διδομένης δὲ εἰρήνης ἀσμένους δέξε-

Cap. 21. § 1. *ἀσμένους* Aug. Ven. Pal. Vat. M. F. C. G.* (?) Bas. Gr. I. Laur. al. Vulgo et Bekk. *ἀσμένως*, quod defendit Krueg. ad Dion. p. 38. Sed *ἄσμενος*, non *ἀσμένως*, alibi ita usurpat Thucydides. Cf. I 26, 1. III 66, 2. V 29, 1. VI 12, 2. 34, 6. 60, 4. al. sd. VII 84, 4. Herbst. adv. Cob. p. 22.

δέξεσθαι. Cass. Aug. Cl. Ven. T. Pal. Bas. alii nonnulli *δέξασθαι*, It. Vat. H. *δέχεσθαι*. Infinitivo futuri opus est, quoniam *διδομένης εἰρήνης* idem est atque *ἢν εἰρήνη διδῶται*. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 6 sq.

σθαι τὴν εἰρήνην. — *πολεμοῦνται*, bello vexantur. — *ἀσαφῶς*, cum in obscuro sit. Cf. adn. II 64, 2. — *ὁποτέρων ἀρξάντων*. Suppl. *πολεμοῦνται*, et cf. Matth. Gr. § 567 a.

§ 3. *ἥν τε γνῶτε*, si decreveritis (*τὴν κατάλυσιν*). Particula *τε* non, ut Class. vult, summam eorum, quae antea dicta sunt, comprehendit, sed alteram superiori rationem adiungit. Nam Athenienses non solum ceterorum Graecorum gratiam merituri esse dicuntur, sed etiam Lacedaemoniorum gratificando amicitiam sibi confirmaturi. Patet inter se referri *χάριν* et *χαρισαμένοις*. — *φίλους*. De casu cf. adn. I 81, 2. — *αὐτῶν*, scil. *ἡμῶν*. — *χαρισαμένοις* ... *βιασαμένοις*, et cum vos gratia potius quam vi usi fueritis. Aoristi participia vim habent futurorum exactorum.

§ 4. *ἐν τούτῳ τὰ ἐνόντα ἀγαθά*. De collocatione verborum cf. adn. III 82, 4. — *ταὐτὰ λεγόντων*. De consentiendo dicitur, ut apud nos dieselbe Sprache führen. Vid. V 31, 6. — *τὰ μέγιστα τιμήσει*. Cf. I 38, 2. III 40, 3. VI 64, 1. Krueg. Gr. § 46, 11 adn. 2.

Cap. 21. § 1. *τοσαῦτα*, non *τοιαῦτα*, quod respicitur ad 17, 2. — *ἐν τῷ πρὶν* . . . *ἐπιθυμεῖν*. De re cf. II 59, 2, de praesentis infinitivo imperfectum tempus exprimente Krueg. Gr. § 53, 2 adn. 9.

2 σθαί τε καὶ τοὺς ἄνδρας ἀποδώσειν. οἱ δὲ τὰς
μὲν σπονδάς, ἔχοντες τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ νήσῳ,
ἤδη σφίσιν ἐνόμιζον ἑτοίμους εἶναι, ὁπόταν
βούλωνται ποιεῖσθαι πρὸς αὐτούς, τοῦ δὲ πλέο-
3 νος ὠρέγοντο. μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἐνῆγε Κλέων
ὁ Κλεαινέτου, ἀνὴρ δημαγωγὸς κατ' ἐκεῖνον τὸν
χρόνον ὢν καὶ τῷ πλήθει πιθανώτατος· καὶ
ἔπεισεν ἀποκρίνασθαι ὡς χρὴ τὰ μὲν ὅπλα καὶ
σφᾶς αὐτοὺς τοὺς ἐν τῇ νήσῳ παραδόντας πρῶ-
τον κομισθῆναι Ἀθήναζε, ἐλθόντων δὲ ἀποδόντας
Λακεδαιμονίους Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα
καὶ Ἀχαΐαν, ἃ οὐ πολέμῳ ἔλαβον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς

§ 3. **Τροιζῆνα.** Τροίζηνα aliquot libri. Item reliquis locis I 115, 1. IV 45, 2. 118, 4 fluctuatur. Cf. Herodian. II p. 356 sq. ibique Lentzii adn.

§ 2. **οἱ δέ** cet. De eis, quae tunc Athenis acta sunt, cf. Aristoph. Pac. 213. 666. Orationem Atheniensis cuiusdam pacem concedendam censentis finxit Aristides vol. I p. 391 sqq. — **ἑτοίμους.** Ἑτοῖμος hic feminini generis videtur esse, ut Herodot. V 31. Demosth. VIII 15. 46. Appi. Mithr. 38. Apud Thucydidem alibi semper feminina flexio est ἑτοίμη, nisi quod VIII 26, 1 olim ἑτοῖμοι legebatur. Cf. Matth. Gr. § 118 adn. 1.

§ 3. **μάλιστα . . . Κλέων.** Confirmat Aristoph. Equ. 794 sqq. — **ἀνὴρ . . . πιθανώτατος.** Quod similibus verbis eundem virum Th. III 36, 6 descripserit, Groteus (Hist. Gr. VI p. 445, vers. germ. III p. 570) neglegentiam quandam scriptoris, Steupius (Mus. Rhen. XXV p. 291 sq.) interpretamentum hic agnoscit. Sed cum Th. III 36, 3, qualis tunc Cleonis fuerit potentia, declaret, postea eius auctoritas, quae in altero decreto de Mytilenaeis facto non iam valuerit, videtur deminuta esse, deinde rursus crevisse. Cum igitur non eadem continue Cleo auctoritate usus sit, hoc quoque loco eam tum summam fuisse scriptor commemorasse potest. Haud magni momenti est, quod Th. hoc uno loco δημαγωγός vocabulo utitur, cum item semel apud eum δημαγωγία (VIII 65, 2) occurrat. Utut est, verba Thucydidi abiudicare non audemus. — **ἀποδόντας . . . Ἀχαΐαν.** Cf. I 115, 1 et ibi adn. Goeller ad illum locum cum Achaiam provinciam Peloponnesi intellegi non posse dixisset, quia haec terra ita libera et sui arbitrii fuisset, ut sanus Cleo eam a Spartiatis postulare non posset, Arnoldus in ed. 2 eum Achaiam et Troezenem praesidio et tutela Lacedaemoniorum orbari voluisse respondit; id enim si factum esset, Athenienses Achaia facile potituros fuisse. Similiter sub finem secundi belli Samnitici Samnites finibus Lucanis decedere iussos esse. At cum Lucani legatos Romam misissent, qui Samnites infesto exercitu suos fines ingressos questi, ut et se in fidem acciperent et vim illorum arcerent, rogarent (vid. Liv. X 11), foedere icto Romanis profecto nihil aliud postulandum erat, quam ut Samnites agro novorum sociorum suorum decederent (ibid.

προτέρας ξυμβάσεως Ἀθηναίων ξυγχωρησάντων
κατὰ ξυμφορὰς καὶ ἐν τῷ τότε δεομένων τι
μᾶλλον σπονδῶν, κομίσασθαι τοὺς ἄνδρας καὶ
σπονδὰς ποιήσασθαι ὁπόσον ἂν δοκῇ χρόνον
ἀμφοτέροις.

οἱ Λακεδαιμόνιοι οὖν μάτην ξυνέδρους κελεύσαντες ἑλέσθαι ἄπρακτοι ἀναχωροῦσιν.

22. Οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόκρισιν οὐδὲν 1
ἀντεῖπον, ξυνέδρους δὲ σφίσιν ἐκέλευον ἑλέσθαι
οἵτινες λέγοντες καὶ ἀκούοντες περὶ ἑκάστου ξυμβή-
σονται κατὰ ἡσυχίαν ὅ τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους.
Κλέων δὲ ἐνταῦθα δὴ πολὺς ἐνέκειτο, λέγων 2
γιγνώσκειν μὲν καὶ πρότερον οὐδὲν ἐν νῷ ἔχοντας
δίκαιον αὐτούς, σαφὲς δ' εἶναι καὶ νῦν, οἵτινες
τῷ μὲν πλήθει οὐδὲν ἐθέλουσιν εἰπεῖν, ὀλίγοις δὲ
ἀνδράσι ξύνεδροι βούλονται γίγνεσθαι· ἀλλὰ εἴ
τι ὑγιὲς διανοοῦνται, λέγειν ἐκέλευσεν ἅπασιν.
ὁρῶντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι οὔτε σφίσιν οἷόν τε 3
ὂν ἐν πλήθει εἰπεῖν, εἴ τι καὶ ὑπὸ τῆς ξυμφορᾶς

Cap. 22. § 3. εἴ τι. In libris inepte εἴτε, cum οὔτε . . . οὔτε inter se respondeant. Nugatur Hoogev. de Partic. p. 200. Nostram emendationem recepit Bekk.

12). Sed nec similia in Achaia facta erant nec tale postulatum recte verbis ἀποδοῦναι Ἀχαΐαν exprimeretur. Haec terra ineunte bello Pelop. praeter Pellenen ne foederata quidem Lacedaemoniis, sed utrisque amica fuerat (II 9, 2), et tunc quoque idem ibi rerum status videtur fuisse. Quare si Cleo Lacedaemonios Atheniensibus eam ἀποδοῦναι, i. e. reddere, restituere sua opera, postulaverit, non minor eius iniquitas vel dementia ducenda est quam eorum, qui a Ludovico XIV nepotem expelli Hispania voluerunt. — τι μᾶλλον, aliquanto magis. Cf. τι τὸ πλέον IV 27, 4.

Cap. 22. § 1. ξυνέδρους, viros delectos, quibuscum rem disceptarent, Port. Cf. V 85, 1 et interpr. Isocr. VII 58. Simile quiddam V 27, 2 factum legemus. — ξυμβήσονται, scil. αὐτοῖς. De futuro cf. Matth. Gr. § 507 I 1 et VIII 1, 8.

§ 2. πολὺς ἐνέκειτο. Ita latine aliquis dicitur multus instare Sal. Iug. 84, gravis instare Liv. XXVII 4. Cf. interpr. Tac. Agric. c. 20 et de Graecis Wess. ad Diod. XVI 85. Wyttenb. ad Plut. Mor. I p. 267. — καὶ νῦν. Class. Cobetum (ad Hyper. p. 69) secutus καί abesse mavult, quod τὸ σαφὲς εἶναι gravius sit quam τὸ γιγνώσκειν. Nobis καί utrobique adiunctum ostendit parem intellegentiam significari. — ὑγιές. Cf. adn. III 75, 4.

§ 3. ἐν πλήθει plerique ita interpretantur, quasi articulus additus sit; qui cum absit, significari videtur in multorum hominum concilio. — τι . . . ξυγχωρεῖν. In postulatis c. 21.

ἐδόκει αὐτοῖς ξυγχωρεῖν, μὴ ἐς τοὺς ξυμμάχους διαβληθῶσιν εἰπόντες καὶ οὐ τυχόντες, οὔτε τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ μετρίοις ποιήσοντας ἃ προυκαλοῦντο, ἀνεχώρησαν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἄπρακτοι.

1 23. *Ἀφικομένων δὲ αὐτῶν διελέλυντο εὐθὺς αἱ σπονδαὶ αἱ περὶ Πύλον, καὶ τὰς ναῦς οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀπῄτουν, καθάπερ ξυνέκειτο· οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐγκλήματα ἔχοντες ἐπιδρομήν τε τῷ τειχίσματι παράσπονδον καὶ ἄλλα οὐκ ἀξιόλογα δοκοῦντα εἶναι οὐκ ἀπεδίδοσαν, ἰσχυριζόμενοι, ὅτι δὴ εἴρητο, ἐὰν καὶ ὁτιοῦν παραβαθῇ, λελύσθαι τὰς σπονδάς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀντέλεγόν τε καὶ ἀδίκημα ἐπικαλέσαντες τὸ τῶν νεῶν ἀπελθόντες*

2 *ἐς πόλεμον καθίσταντο. καὶ τὰ περὶ Πύλον ὑπ' ἀμφοτέρων κατὰ κράτος ἐπολεμεῖτο, Ἀθηναῖοι μὲν δυοῖν νεοῖν ἐναντίαιν ἀεὶ τὴν νῆσον περιπλέοντες*

ἔπειτα αἱ σπονδαὶ διαλύονται. ἀδικία Ἀθηναίων. περὶ Πύλον κατὰ κράτος πολεμεῖται.

Cap. 23. § 1. *διελύοντο* codd. Cf. adn.
§ 2. *νεοῖν* om. It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. H. Recte Class. monet *ἔλλειψιν* quam statuunt usu non comprobatam esse. Certe *Πάραλος* et *Σαλαμινία* exempla ad eam commendandam non sufficiunt.

Cf. *τι ἐνδοῦναι* II 12, 1 et similia. — *ἐς τοὺς ξυμμάχους διαβληθῶσιν.* Cf. adn. III 109, 2. — *εἰπόντες καὶ οὐ τυχόντες.* Cf. adn. III 82, 5.

Cap. 23. § 1. *ἀφικομένων δὲ αὐτῶν.* De tempore rei cf. 39, 2. — *διελέλυντο* rescribendum est, quod ipso legatorum adventu induciis continuo finis impositus erat. Hoc luce clarius ostendit pacti condicio 16, 2 allata: *ἐλθόντων δὲ (τῶν πρέσβεων) τάς τε σπονδὰς λελύσθαι ταύτας καὶ τὰς ναῦς ἀποδοῦναι Ἀθηναίους*, ex qua quae hic narrantur facta esse *καθάπερ ξυνέκειτο* docet. Itaque legatorum reditum duae res simul secutae sunt, ut et induciae exiissent et naves repeterentur, neque vero, id quod L. Herbst. adv. Cob. p. 41 sqq. et Class. opinantur, repetendis navibus induciae solvi coeptae sunt. Subtiles sunt nugae, quibus Herbst. l. d. evincere studet participium aor. *ἀφικομένων* hic aliam vim habere atque illic *ἐλθόντων*. Eodem modo inter se referuntur *λελύσθαι* 46, 3 et *ἐλέλυντο* 47, 1. — *ἐπιδρομὴν τῷ τειχίσματι.* Ἐπιδρομή est impetus ex improviso factus. Cf. 56, 1. De dativo vid. adn. I 73, 1. — *ἀπεδίδοσαν.* Imperfectum refer ad *ἀπῄτουν*: quotiens Lacedaemonii repetebant, totiens Athenienses negabant. — *εἴρητο.* Vid. 16, 2. — *ἐς πόλεμον καθίσταντο*, bellum obibant. Cf. III 4, 1. 5, 1.

§ 2. *τὰ περὶ Πύλον.* Cf. adn. III 6, 2. — *ἐπολεμεῖτο, Ἀθηναῖοι μὲν . . . περιπλέοντες.* Cf. Krueg. Gr. § 50, 9 adn. 4. Simillime Herodot. VIII 74 *πολλὰ ἐλέγετο περὶ τῶν*

τῆς ἡμέρας (τῆς δὲ νυκτὸς καὶ ἅπασαι περιώρμουν, πλὴν τὰ πρὸς τὸ πέλαγος, ὁπότε ἄνεμος εἴη· καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν αὐτοῖς εἴκοσι νῆες ἀφίκοντο ἐς τὴν φυλακήν, ὥστε αἱ πᾶσαι ἑβδομήκοντα ἐγένοντο), Πελοποννήσιοι δὲ ἐν [τε] τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι καὶ προσβολὰς ποιούμενοι τῷ τείχει, σκοποῦντες καιρὸν εἴ τις παραπέσοι ὥστε τοὺς ἄνδρας σῶσαι.

Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐκ τῆς Μεσσήνης ὁρμώμενοι ἐν τῷ πορθμῷ, ὃς διαγράφεται, ναυμαχίας ἀπόπειραν ποιεῖσθαι διανοοῦνται.

24. *Ἐν τούτῳ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ οἱ Συρα-* 1
κόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι πρὸς ταῖς ἐν Μεσσήνῃ
φρουρούσαις ναυσὶ τὸ ἄλλο ναυτικὸν ὃ παρεσκευά-
ζοντο προσκομίσαντες τὸν πόλεμον ἐποιοῦντο ἐκ
τῆς Μεσσήνης (καὶ μάλιστα ἐνῆγον οἱ Λοκροὶ τῶν 2
Ῥηγίνων κατὰ ἔχθραν, καὶ αὐτοὶ δὲ ἐσεβεβλήκεσαν
πανδημεὶ ἐς τὴν γῆν αὐτῶν), καὶ ναυμαχίας ἀπο- 3

ἔν τε Cass. Aug. Cl. Ven. F. H. C. Reg. Gr. I. E. Laur. m. *α'* reliqui *τε* om. Cf. adn.

Cap. 24. § 1. *οἱ ἐν τῇ Σικ. Συρ.* codd. falsa verborum collocatione, cum extra Siciliam Syracusani non fuerint.

§ 2. *ἐσεβεβλήκεσαν* Cass. Aug. Cl. Ven. T. Vat. H. Gr. al. Vulgo et Bekk. *ἐσβεβλήκεσαν*. Cf. sd. III 23, 1.

αὐτῶν, οἱ μὲν . . . Ἀθηναῖοι δέ, ubi post *αὐτῶν* male plene interpungunt, et Eur. Heracl. 39 *δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή, ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνων τέκνοις, ἡ δ' αὖ* cet. Cf. Eur. Hel. 289 et ad utrumque locum vid. Pflugk. Diversa componit Bernh. Synt. p. 472. De vi vocis *ἐναντίαιν* cf. adn. I 93, 5. — *περιώρμουν*. „Οὐ περιέπλεον, ἀλλὰ σποράδην καὶ ἀπέχοντες ἀπ' ἀλλήλων περὶ τὴν νῆσον ἦσαν ὁρμοῦντες, εἴτουν ἐφησυχάζοντες ἐν τῇ πολιορκίᾳ." *Δούκας*. Sic III 6, 1 *περιορμίζεσθαι*. Cf. etiam adn. 26, 3. — *πλὴν τὰ . . . ἄνεμος εἴη*. Quotiens enim ventus spirabat, non περιώρμουν *τὰ πρὸς τὸ πέλαγος*. Vid. 26, 7 et de accusativo adn. III 6, 1. — *ἀφίκοντο*, (antea) advenerant. — *ἑβδομήκοντα*. Cf. 13, 2 et ibi sd. — *ἐν τῇ . . . ποιούμενοι*, in continenti castra habentes (cf. I 30, 3. 51, 4. 62, 1. VII 47, 2. Krueg. Gr. 53, 2 adn. 9) et impetus (inde) facientes. Non diversa haec sunt, ut *τε — καί* particulis discerni possint, sed coniuncta. — *εἴ τις . . . σῶσαι*. Ὥστε pro *ἵνα* positum putat Hoogev. de Partic. p. 601, sed verba valent *εἴ τις (καιρὸς) περιπέσοι οὕτως* (sive *τοιοῦτος*) *ὥστε*. De *καιρόν* a verbo *σκοποῦντες* attracto cf. adn. II 21, 1.

Cap. 24. § 1. *πρὸς ταῖς . . . φρουρούσαις ναυσί*. Cf. 1, 1. 4. — *ὃ παρεσκευάζοντο*. Cf. III 115, 3. IV 1, 4.

§ 2. *καὶ αὐτοὶ . . . αὐτῶν*. Cf. 1, 3, ubi *πανστρατιᾷ* pro *πανδημεί* et § 2 *κατὰ ἔχθος τὸ Ῥηγ.* De plusquamperf. *ἐσεβεβλήκεσαν* cf. adn.

πειρᾶσθαι ἐβούλοντο, ὁρῶντες τοῖς Ἀθηναίοις τὰς
μὲν παρούσας ὀλίγας ναῦς, ταῖς δὲ πλείοσι καὶ
μελλούσαις ἥξειν πυνθανόμενοι τὴν νῆσον πολιορ-
4 κεῖσθαι. εἰ γὰρ κρατήσειαν τῷ ναυτικῷ, τὸ Ῥήγιον
ἤλπιζον πεζῇ τε καὶ ναυσὶν ἐφορμοῦντες ῥᾳδίως
χειρώσεσθαι, καὶ ἤδη σφῶν ἰσχυρὰ τὰ πράγματα
γίγνεσθαι· ξύνεγγυς γὰρ κειμένου τοῦ τε Ῥηγίου
ἀκρωτηρίου τῆς Ἰταλίας τῆς τε Μεσσήνης τῆς
Σικελίας, τοῖς Ἀθηναίοις [τε] οὐκ ἂν εἶναι ἐφορ-
5 μεῖν καὶ τοῦ πορθμοῦ κρατεῖν. ἔστι δὲ ὁ πορθ-
μὸς ἡ μεταξὺ Ῥηγίου θάλασσα καὶ Μεσσήνης,
ᾗπερ βραχύτατον Σικελία τῆς ἠπείρου ἀπέχει· καὶ

§ 4. χειρώσασθαι It Vat. Aug. M. Viud. Mosqu. D. E. F. H. I. Cf. adn. 13, 1. Stahl. Quaest. gram. p. 6.

τε, quod verborum cohaerentiam turbat, om. Ar. Chr. Dan.

1, 3. Altera haec Locrorum incursio. Cf. 1, 4.

§ 3. *ταῖς δὲ πλείοσι*, *ταῖς μετὰ τοῦ Εὐρυμέδοντος καὶ Σοφοκλέους*. — *τὴν νῆσον*. Sphacteriam. Haec enim aliquotieus eximie in hoc libro et proximo posteriore ἡ νῆσος vocatur. Vid. IV 55, 3. 57, 4. 108, 8. V 15, 1. 24, 2. 34, 2. — *πεζῇ . . . ἐφορμοῦντες* zeugma est. — *καὶ γίγνεσθαι*. Ex *ἤλπιζον* cogita *ἐνόμιζον*. Cf. adn. 13, 1. 52, 3. Verbum *γίγνεσθαι ἂν* particula carere potest ex eis, quae adnotata sunt III 92, 4. Exceptio igitur quaedam eorum hic statuenda est, quae disputavit Stahl. Quaest. gram. p. 6.

§ 4. *ξύνεγγυς γάρ* cet. „Cum enim propinqua inter se sint Rhegium . . . et Messana.“ Huds. — *τοῦ Ῥηγίου ἀκρωτηρίου*. „Quidam intellegunt Leucopetram [quae Thucydidi *Πέτρα* VII 35, 2], Cluverius promontorium medium inter urbem Rheginam, et Leucopetram [circiter V vel VI utrimque milia passuum distans, nunc Capo Pellara], quod etiam *ὁμωνυμία* videtur suadere, quae argumentum est propinquitatis.“ Cellar. „In meridiem versus a portu Rhegii est angulus orae extremae, ubi nunc Torre del Lupo est; Thucydides vocat *Ῥήγιον ἀκρωτήριον*.“ Mannert. Geogr. IX 2 p. 184. Nobis nihil significari videtur nisi utramque urbem in extrema ac prominenti parte alteram Italiae alteram Siciliae sitam fuisse. Nam *ἀκρωτήριον* extremum quidvis ac prominens est. — *εἶναι* = *ἐξεῖναι*. Cf. V 40, 2. VII 11, 3.

§ 5. *βραχύτατον . . . ἀπέχει*. Similiter minimum distare Horatius dicit Ep. II 1, 72, *μήκιστον ἀπελαύνειν* Xen. Cyr. IV 5, 28. Cf. adn. III 36, 2. Ipsum dictum Thucydideum, si subtiliter loquamur, non verum, sed discrimen perexiguum esse adnotat Bloomf. De freti latitudine vid. VI 1, 2, ubi cf. adn.

ἐστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο, ᾗ Ὀδυσσεὺς λέγεται διαπλεῦσαι. διὰ στενότητα δὲ καὶ ἐκ μεγάλων πελαγῶν, τοῦ τε Τυρσηνικοῦ καὶ τοῦ Σικελικοῦ, ἐσπίπτουσα ἡ θάλασσα ἐς αὐτὸ καὶ ῥοώδης οὖσα εἰκότως χαλεπὴ ἐνομίσθη.

τρεῖς ναυμαχίαι, ὧν ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ οὐκ ἔλασσον ἔχουσιν οἱ Συρακόσιοι.

25. *Ἐν τούτῳ οὖν τῷ μεταξὺ οἱ Συρακόσιοι* 1
καὶ οἱ ξύμμαχοι ναυσὶν ὀλίγῳ πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἠναγκάσθησαν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ναυμαχῆσαι περὶ πλοίου διαπλέοντος, ἀντεπαναγόμενοι πρός τε Ἀθηναίων ναῦς ἑκκαίδεκα καὶ Ῥηγίνας ὀκτώ.
καὶ νικηθέντες ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων διὰ τάχους 2
ἀπέπλευσαν ὡς ἕκαστοι ἔτυχον ἐς τὰ οἰκεῖα στρα-

Cap. 25. § 1. *ἀντεπαγόμενοι* Cass. Aug. M. Cl. Ven. H. It. Vat. Ar. Vulgo et Bekk. *ἀντεπαναγόμενοι*, quod verum putamus, cum nusquam Th. sic *ἐπάγεσθαι* de eis dixerit, qui in impetum provehantur, *ἐπανάγεσθαι* autem VIII 42, 2. Cf. *ἐπαναγωγή* VII 4, 4. 84, 6. De compositionis genere cf. *ἀντεπεξῆγον* VIII 104, 4, *ἀντεπεξελάσαντες* IV 72, 3.

— *ἡ Χάρυβδις*. Cf. Cluver. Sic. ant. p. 70 et de statu, qui nunc est, ex eis, qui itinera in Siciliam fecerunt, Brydon. I p. 85 sqq. Muent. p. 492. Hoar. II p. 209 sq. al., etiam Smyth. apud Arn. et Holm. Hist. Sic. p. 8. Is Smythius Thucydidem solum dicit esse scriptorem antiquiorem a se lectum, a quo huius periculi verus locus constitutus et effectus non exaggeratus sit. — *τοῦτο*. Cf. Matth. Gr. § 439 et 440, 7. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 4. — *Ὀδυσσεὺς . . . διαπλεῦσαι*. Hom. Odyss. XII 235 sqq. Cf. ibid. 101 sqq. — *ἐκ μεγάλων πελαγῶν . . . ἐσπίπτουσα ἡ θάλασσα*. Attende distinctionem nominum *πέλαγος* et *θάλασσα*, ex quibus illud de maribus singularibus, hoc de fluctu seu undis dictum est. Cf. Wund. ad Soph. Ant. 951. Wagn. ad Verg. Aen. X 377. De mari Siculo cf. 53, 3. Strab. 128 et Dorvill. Sic. p. 3. — *ἐς αὐτό*. Significatur quidem ὁ πορθμός, sed neutrum respondet superiori *τοῦτο*. — *εἰκότως χαλεπὴ ἐνομίσθη*. „Ex ratione, qua rei mentio fit, scriptoris aetate illud fretum minus periculosum existimatum esse colligere possumus; et nostris temporibus a tempestatibus non violenter agitatur. Ita Dorvill. Sic. p. 9.“ Bloomf., qui duas causas, ex quibus Thucydides originem aestus maris et inde ortae opinionis repetat, ad rem explicandam non sufficere demonstrat.

Cap. 25. § 1. *ἠναγκάσθησαν*. Bloomf. dubitat, utrum valeat coacti sunt, an inducti sunt. Cf. adn. 59, 2. Huic favet quidem 24, 3, sed fortasse prius, quam voluissent, pugnandi necessitatem eis imposuit illud *πλοῖον διαπλέον*. — *ἑκκαίδεκα καὶ . . . ὀκτώ*. Tot igitur in freto affuerunt; nam proprie plures erant in illis regionibus. Cf. III 86, 5. 88, 1.

§ 2. *ἀπέπλευσαν*. Suppl. οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι. — *ἔτυχον* miramur a nullo

τόπεδα [τό τε ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ],
3 *μίαν ναῦν ἀπολέσαντες· καὶ νὺξ ἐπεγένετο τῷ ἔργῳ. μετὰ δὲ τοῦτο οἱ μὲν Λοκροὶ ἀπῆλθον ἐκ τῆς Ῥηγίνων, ἐπὶ δὲ τὴν Πελωρίδα τῆς Μεσσήνης ξυλλεγεῖσαι αἱ τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων*
4 *νῆες ὥρμουν καὶ ὁ πεζὸς αὐτοῖς παρῆν. προσπλεύσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Ῥηγῖνοι ὁρῶντες τὰς ναῦς κενὰς ἐνέβαλον, καὶ χειρὶ σιδηρᾷ ἐπιβληθείσῃ μίαν ναῦν αὐτοὶ ἀπώλεσαν τῶν ἀνδρῶν ἀποκο-*
5 *λυμβησάντων. καὶ μετὰ τοῦτο τῶν Συρακοσίων ἐσβάντων ἐς τὰς ναῦς καὶ παραπλεόντων ἀπὸ κάλω ἐς τὴν Μεσσήνην, αὖθις προσβαλόντες οἱ*

§ 2. *τό τε.* Olim *τότε*, quod primus emendavit Reisk.

§ 3. *ξυλλεγεῖσαι.* In mss. *συλλεγεῖσαι.* Sed *ξυλλέγειν* plus quam triciens apud Thuc. legitur. Suid. et Plut.: *ξὺν Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ σύν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὅμοια.* A quo more in l. I nusquam recedunt libri editi èt plerique mss., l. II bis, 62 et 102, l. III nusquam, l. IV ter, hic et 48 et 86.

§ 4. *αὐτοί* Cl. F. Reg. Bas. Gr. D. E. Laur. *α'*. schol. Vall. Vulgo et Bekk. *αὐτοῖς*. At dativus Athenienses impetu facto unam navem Syracusanis perdidisse significans sententiam depravat. Cf. § 5 *Ἀθηναῖοι ἑτέραν ναῦν ἀπολλύουσι.* Praeterea Syracusanorum naves *κεναί* erant et *ναῦς ἀπολλύναι* apud Th. ubique est naves amittere.

eorum, qui alibi saepe *ὡς ἕκαστοι* sine tali additamento scribere Thucydidem meminissent, impugnatum esse; sed est sane tuendum. Cf. 93, 4. — *τό τε ... ἐν τῷ Ῥηγίῳ.* Haec verba Thucydidis esse non possunt. Nam stationem navalem, unde profecti bellum gererent, Syracusani et socii Messanam habebant (24, 1), Rhegium Athenienses (III 86, 5). Quare fieri non poterat, ut huc illi in castra se reciperent. Interpolator in errorem inductus videtur esse proximis verbis *οἱ μὲν Λοκροὶ ἀπῆλθον ἐκ τῆς Ῥηγίνων*, quibuscum cf. 24, 2. De Classeni interpretatione cf. Annal. phil. 1870 p. 327.

§ 3. *ξυλλεγεῖσαι*, cum antea in sua quaeque castra se recepissent.

§ 4. *χειρὶ σιδηρᾷ.* „Manus ferrea erat, qua . . . navim navi ita alligabant, ut cominus congredi et, si occasio ferret, in alterius navem transmeare possent.“ Huds. Cf. VII 62, 3 et Herz. ad Caes. de Bell. Gall. VII 81. Interpretare autem verba in hanc sententiam: manu ferrea a Syracusanis (ad naves suas tuendas celeriter accurrentibus et ea fere facientibus, quae a Lacedaemoniis ad naves vacuas defendendas 14, 2. 4 facta audivimus) iniecta. — *αὐτοὶ ἀπώλεσαν*, ipsi (Athenienses) amiserunt. Cf. § 5 et sd.

§ 5. *ἀπὸ κάλω.* „Cf. Poll. I 113. Polybius, Strabo et Diodorus Sic. dicunt *ῥυμουλκεῖν* et *ῥυμουλκεῖσθαι*, Latini remulco trahere [naves] et trahi. Vid. Suid. in *ῥυμουλκῶ*, Sigon. ad Liv. XXV 30 et Scheffer de Milit.

Ἀθηναῖοι, ἀποσιμωσάντων ἐκείνων καὶ προεμβα-
λόντων, ἑτέραν ναῦν ἀπολλύουσι. καὶ ἐν τῷ παρά- 6
πλῳ καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τοιουτοτρόπῳ γενομένῃ
οὐκ ἔλασσον ἔχοντες οἱ Συρακόσιοι παρεκομί-
σθησαν ἐς τὸν ἐν τῇ Μεσσήνῃ λιμένα.

ἔπειτα Μεσσήνιοι Νάξῳ μὲν προσβαλόντες τρέπονται, Λεοντίνων δὲ ἐπ' αὐτοὺς στρατευσάντων καλὴν ἐπεκδρομὴν ποιοῦνται, τέλος γε μέντοι ὑπὸ τῶν

Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, Καμαρίνης ἀγγελθείσης 7
προδίδοσθαι Συρακοσίοις ὑπ' Ἀρχίου καὶ τῶν
μετ' αὐτοῦ, ἔπλευσαν ἐκεῖσε· Μεσσήνιοι δ' ἐν
τούτῳ πανδημεὶ κατὰ γῆν καὶ ταῖς ναυσὶν ἅμα
ἐστράτευσαν ἐπὶ Νάξον τὴν Χαλκιδικὴν ὅμορον
οὖσαν. καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τειχήρεις ποιήσαντες 8
τοὺς Ναξίους ἐδῄουν τὴν γῆν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ
ταῖς μὲν ναυσὶ περιπλεύσαντες κατὰ τὸν Ἀκεσίνην

nav. II 5." Duk. — ἀποσιμωσάντων] ὑπαναχωρησάντων καὶ μετεωρισάντων τὰς ναῦς, ἵνα ἐκ πολλοῦ διαστήματος δυνηθῶσι μετὰ μείζονος ὁρμῆς ἐμβάλλειν τοῖς Ἀθηναίοις. Schol. Μετεωρίσαι τὰς ναῦς plerique veterum grammaticorum, velut Suid. Zon. Eustath., explanant. Recentiorum interpretum complures ob notationem vocis malunt esse in obliquum movere, in transversum agere (naves). Cf. Arn. „Utcunque origo [et prima notio verbi] explicatur, vis eius h. l. manifesta est, et haec quidem, Syracusanorum naves, cum Athenienses id agere, ut se, dum remulco prope litus traherentur et se convertendi spatium non haberent, invaderent, animadvertissent, abiectis repente funibus in latus versas . . . et deinde priores aggressas esse." Arn. Ἐπισιμοῦν Xenoph. Hell. V 4, 50 comparat Bloomf. — ἑτέραν ἀπολλύουσι, alteram navem (praeter eam, de qua § 4) amittunt. Ἀπολλύουσι, pro quo Moeris Attice, alii paulo cautius apud antiquiores Atticos ἀπολλύασι dici affirmant, ut hic in omnibus libris mss., ita iterum in omnibus praeterquam in Gr. VII 51, 2 atque in Cl. Ven. et mediocribus aliquotiens, interdum apud Xenophontem, saepe apud Isocratem legitur. Cf. VIII 10, 3. Brem. Exc. II ad Isocr. Matth. Gr. § 207 p. 474. Stahl. Quaest. gram. p. 19.

§ 6. ἔλασσον ἔχοντες. Cf. adn. III 5, 2. — ἐς τὸν ἐν τῇ Μεσσήνῃ λιμένα. Cf. adn. ad § 10 et ad I 52, 1.

§ 7. Νάξον τὴν Χαλκιδικήν. Cf. VI 3, 1.

§ 8. περιπλεύσαντες κατά cet. Exspectaveris πλεύσ., ut III 7 κατὰ τὸν Ἀχελῷον ἔπλευσε. Illud tamen videtur esse circumvecti urbem (Naxiorum) vel cum emphasi circumvecti promontorium (quod hodie Cap Schisò appellatur) et navigantes in cet.; nam iterata τὴν γῆν ἐδῄουν ad agrum ab altera (a Messana remotiore) parte urbis et in altera fluvii ripa situm videntur spectare. „A Naxo meridiem versus lingua est in altum excurrens, quam circumvecti ad Acesinem perveniunt." Herbst. adv. Cob. p. 521. — Ἀκεσίνην. „Acesines [Plinio H. N. III 8 Asines] exiguus fluvius erat, in mare sex fere stadiis infra Onobalam [Appi. Civ. V 109] in-

ποταμὸν τὴν γῆν ἐδῄουν, τῷ δὲ πεζῷ πρὸς τὴν ᾿Αθηναίων ἐς τὴν πόλιν διώκονται.
9 πόλιν προσέβαλλον. ἐν τούτῳ δὲ οἱ Σικελοὶ ὑπὲρ τῶν ἄκρων πολλοὶ κατέβαινον βοηθοῦντες ἐπὶ τοὺς Μεσσηνίους. καὶ οἱ Νάξιοι ὡς εἶδον, θαρσήσαντες καὶ παρακελευόμενοι ἐν ἑαυτοῖς ὡς οἱ

§ 8. ἐσέβαλλον codd. Cf. adn.

fluens, ad cuius ostium Naxus sita erat. Hi duo rivuli nunc Alcantaro et Camarallo vocantur." Bloomf. ad h. l. At idem ad VI 3 Acesinen Alcantaram quidem ab Arrowsmithio appellari, sed rectius Cluverio (Sic. ant. p. 93) Fiume freddo videri esse adnotat. Rursus aliter Mannert. Geogr. IX 2 p. 284. Arrowsmithio adstipulatur Holm. Hist. Sic. p. 26. 339. — πρὸς τὴν πόλιν προσέβαλλον ex Cobeti emendatione (Nov. lect. p. 347) scripsimus. Nam ἐσβάλλειν a Thucydide nusquam alibi dicitur de adoriendo urbem, sed est irruptionem facere in terram, aut certe de equitatu impressionem facere in aciem hostilem II 100, 5, nec umquam cum πρός praepositione iungitur. Vulgatam ad urbem versus irruptionem faciebant interpretatur Krohl. Quaest. Thuc. spec. I p. 8, dicens πρὸς τὴν πόλιν significare regionem, qua Messenii irruptionem in agrum Naxiorum fecerint. Quod exemplis certe ab eo prolatis non confirmari, sed πρὸς τῆς πόλεως verbis exprimendum videri respondimus in Comment. antiqu. stud. 1842 p. 129. Et post ea, quae antea de vastatione agrorum narrata sunt, commemoratio irruptionis in hos agros factae prorsus inutilis esset. Neque minus exemplis destitutus est Haasius, qui densatum genus loquendi esse opinatus ad urbem oppugnandam accesserunt convertit. Class. prope urbem incursiones factas esse vult, oblitus sic πρὸς τῇ πόλει scribendum fuisse. Ac superius τειχήρεις ποιήσαντες in ipsam urbem impetum factum esse satis ostendit. Pari corruptela II 79, 6 in Laur. et m. ἐσέβαλλον, VIII 31, 3 in omnibus ἐσβολήν legitur. Nihil ad hunc locum Taciti verba irrumpunt ad Moesiam Hist. I 79, quae corrupta esse nunc fere consentiunt.

§ 9. Σικελοί. Cf. adn. III 115, 1. — ὑπὲρ τῶν ἄκρων iungenda cum κατέβαινον verbo: super montes descendebant. Cf. Xen. Anab. IV 7, 4 κυλινδοῦσι λίθους ὑπὲρ τῆς πέτρας et similia exempla Xenophontea in Ind. Cyrop. Male alii Siculi ultra montes habitantes interpretantur, cui explicationi articuli omissionem obstare apparet; inutilis vero est coniectura Σικελοὶ οἱ ὑπέρ cet. Hi montes autem cum debeant esse Naxo vicini, sunt Tauri vel Aetnae partes, non Heraei aliique, quos praeter hos nominat Bloomf. — παρακελευόμενοι ἐν ἑαυτοῖς. Simillima dicendi genera sunt παρακελεύσεις et παραινέσεις ποιεῖσθαι ἐν σφίσιν αὐτοῖς V 69, 2 et VIII 76, 3. In quibus ἑαυτοῖς et σφίσιν αὐτοῖς leguntur pro ἀλλήλοις. Cf. II 4, 1. VI 77, 1, ἐν ἡμῖν αὐτοῖς IV 62, 2. Bernh. Synt. p. 273. Arndt. de Pron. reflex. p. 11 sqq. De ἐν praepositione cf. praeterea IV 66, 1 ἐποιοῦντο λόγους ἐν ἀλλήλοις, VI 103, 3. — παρακελευόμενοι . . . ὡς ut παρακελ. ὅτι VI 68, 3.

*Λεοντῖνοι σφίσι καὶ [οἱ] ἄλλοι Ἕλληνες ξύμμαχοι
ἐς τιμωρίαν ἐπέρχονται, ἐκδραμόντες ἄφνω ἐκ
τῆς πόλεως προσπίπτουσι τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ
τρέψαντες ἀπέκτεινάν τε ὑπὲρ χιλίους καὶ οἱ
λοιποὶ χαλεπῶς ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου· καὶ γὰρ
οἱ βάρβαροι ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπιπεσόντες τοὺς
πλείστους διέφθειραν. καὶ αἱ νῆες σχοῦσαι ἐς* 10
*τὴν Μεσσήνην ὕστερον ἐπ' οἴκου ἕκασται διεκρί-
θησαν. Λεοντῖνοι δὲ εὐθὺς καὶ οἱ ξύμμαχοι μετὰ
Ἀθηναίων ἐς τὴν Μεσσήνην ὡς κεκακωμένην ἐστρά-
τευον, καὶ προσβάλλοντες οἱ μὲν Ἀθηναῖοι κατὰ
τὸν λιμένα ταῖς ναυσὶν ἐπείρων, ὁ δὲ πεζὸς πρὸς
τὴν πόλιν. ἐπεκδρομὴν δὲ ποιησάμενοι οἱ Μεσ-* 11
*σήνιοι καὶ Λοκρῶν τινες μετὰ τοῦ Δημοτέλους, οἳ
μετὰ τὸ πάθος ἐγκατελείφθησαν φρουροί, ἐξαπι-
ναίως προσπεσόντες τρέπουσι τοῦ στρατεύματος
τῶν Λεοντίνων τὸ πολὺ καὶ ἀπέκτειναν πολλούς.
ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἀποβάντες ἀπὸ τῶν*

§ 9. [*οἱ*] *ἄλλοι*. *Οἱ* om. It. Vat. M., tacitus Aug., Bekk. in ed. ster., sane probabiliter; nam licet *τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ξυμμάχους* interpreteris, articulum non excusabis, quod qui illi sint antea non significatum est.

§ 10. *ἐπ' οἴκου . . . διεκρίθησαν*] *ἀπέπλευσαν ἐπ' οἴκου διακριθεῖσαι*. Schol. *Διαλυθῆναι ἐπ' οἴκου* dicit Ios. B. I. IV 9, 5. Cf. Latina domum dilabuntur Iust. II 12, 27 et domos dilabi Liv. XLIV 45 et adn. I 18, 2 aliasque emphases in adnot. II 4, 8 et in Ind. gramm. — *μετὰ Ἀθηναίων*, qui servata Camarina (§ 7) videntur rediisse. — *ὡς κεκακωμένην*, quod eam afflictam putarent (cf. adn. 10, 1. 14, 4. 15, 1) ideoque impetum haud facile sustenturam esse. — *ἐστράτευον*. Imperfectum, pro quo in malis nonnullis libris aoristus extat, defenditur imperfecto *ἐστρατεύοντο* I 112, 2. Non simile est exemplum § 12. — *κατὰ τὸν λιμένα . . . πρὸς τὴν πόλιν*. *Πειρᾶν*, ad quod alibi (cf. adn. I 61, 4) genetivus additur, hic absolute est positum. „Cf. 48, 5 *ἐπὶ τὴν Σολύγειαν πειράσειν*. [Ob quae tamen *κατά* et *πρός* praepositiones cum *ἐπείρων* verbo copulari nolumus, sed eas ad *προσβάλλοντες* referimus. Cf. Matth. Gr. § 402 b adn.] Utroque loco *πειρᾶν* paene vim impetum faciendi accipit, in quam facile e notione temptandi transit.“ Arn. „Portus atque urbs Messanae paene duo distincta oppida, quamvis unis moenibus inclusa, sicut Athenae et Piraeus, videntur effecisse.“ Bloomf. Cf. § 6 *τὸν ἐν τῇ Μεσσήνῃ λιμένα*.

§ 11. *τοῦ Δημοτέλους*. Insolentius hic articulus est adiectus nomini proprio obscuro.

νεῶν ἐβοήθουν, καὶ κατεδίωξαν τοὺς Μεσσηνίους πάλιν ἐς τὴν πόλιν τεταραγμένοις ἐπιγενόμενοι· καὶ τροπαῖον στήσαντες ἀνεχώρησαν ἐς τὸ Ῥήγιον.
12 μετὰ δὲ τοῦτο οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἕλληνες ἄνευ τῶν Ἀθηναίων κατὰ γῆν ἐστράτευον ἐπ' ἀλλήλους.

1 26. Ἐν δὲ τῇ Πύλῳ ἔτι ἐπολιόρκουν τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Λακεδαιμονίους οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τὸ ἐν
2 τῇ ἠπείρῳ στρατόπεδον τῶν Πελοποννησίων κατὰ χώραν ἔμενεν. ἐπίπονος δ' ἦν τοῖς Ἀθηναίοις ἡ φυλακὴ σίτου τε ἀπορίᾳ καὶ ὕδατος· οὐ γὰρ ἦν κρήνη ὅτι μὴ μία ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει τῆς Πύλου καὶ αὕτη οὐ μεγάλη, ἀλλὰ διαμώμενοι τὸν κάχληκα οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἔπινον οἷον
3 εἰκὸς ὕδωρ. στενοχωρία τε ἐν ὀλίγῳ στρατοπεδευομένοις ἐγίγνετο, καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν

ἀπορίαι τῶν Ἀθηναίων ἐν τῇ Σφακτηρίας φυλακῇ, ἐς ἣν οἱ Εἵλωτες σῖτον ἐσάγουσι.

— τεταραγμένοις ἐπιγενόμενοι, turbatos adorti. Cf. III 30, 2. 77, 1. 108, 1. IV 93, 2. 120, 2. VII 32, 2.

Cap. 26. § 1. κατὰ χώραν. Cf. adn. I 28, 5.

§ 2. οὐ γὰρ ἦν κρήνη ... οὐ μεγάλη. Puteum aquae dulcis in Vetere Avarino commemorat Abel Blouet in libro, qui inscribitur „Expédition scientifique de Morée“ p. 3. De Novo Avarino inter se discrepantia tradunt St. Vincent. ibid. p. 134 et Castellan. Descript. Pelop. p. 84. Hic simul prope Veterem Avarinum aquam hodie tam largam esse, ut loca humiliora paludosa sint, affirmat, respiciens haud dubie ad lacum Osmyni Agae. At haec loca commutationem subiisse et antiquo tempore arenosa fuisse Curtius (Pelop. II p. 180) probabile iudicat idemque (p. 176) ne nunc quidem ad promontorium (cf. adn. 3, 1) ullum fontem inveniri docet. De particulis ὅτι μή cf. 94, 1. VII 42, 6. Herm. ad Vig. p. 846 et Klotz. ad Devar. p. 693. — διαμώμενοι] διασκάπτοντες. Schol. Non prorsus idem atque διορύσσειν valere, sed simul notiones amoliendi (pala) atque penetrandi continere et, si canem terram scabentem cogitemus, optime illustrari adnotat Arn. Cf. plura in ed. mai., apud Hemsterh. ad Hesych. in h. v. et in Steph. et Pass. lexic. ed. nov. — κάχληκα hic glaream interpretemur. Significat proprie singularis vi collectiva, de qua vid. adn. II 4, 2, lapillos, qui in aquis vel in maris litoribus reperiuntur. Cf. Steph. Thes., ubi quod ab aliis χάλιξ appellari dicitur, id non satis verum esse apparet ex adn. I 93, 5. — οἷον εἰκός, qualem (eos bibisse) consentaneum vel credibile est, i. e. οὐ πάντῃ γλυκύ, quae sunt verba Arriani superiora Thucydidis imitantis Exp. Alex. VI 23.

§ 3. ἐν ὀλίγῳ, in angusto spatio; erant enim Pyli undique inclusi. Ceterum cf. adn. II 84, 1. — τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον. Frustra in his haeret Quinault. de Graec. recent. p. 13. Nam et Athenienses castello suo inclusi, tota autem vicina pars continentis a peditibus Peloponnesiorum occupata erat, et magnus

ὅρμον αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, αἱ δὲ μετέωροι ὥρμουν. ἀθυμίαν τε πλεί- 4
στην ὁ χρόνος παρεῖχε παρὰ λόγον ἐπιγιγνόμενος, οὓς ᾤοντο ἡμερῶν ὀλίγων ἐκπολιορκήσειν, ἐν νήσῳ τε ἐρήμῃ καὶ ὕδατι ἁλμυρῷ χρωμένους.
αἴτιον δὲ ἦν οἱ Λακεδαιμόνιοι προειπόντες ἐς τὴν 5
νῆσον ἐσάγειν σῖτόν τε τὸν βουλόμενον ἀληλεμένον καὶ οἶνον καὶ τυρὸν καὶ εἴ τι ἄλλο βρῶμα, οἷον ἂν ἐς πολιορκίαν ξυμφέρῃ, τάξαντες ἀργυρίου πολλοῦ καὶ τῶν Εἱλώτων τῷ ἐσαγαγόντι ἐλευθερίαν
ὑπισχνούμενοι. καὶ ἐσῆγον ἄλλοι τε παρακινδυ- 6
νεύοντες καὶ μάλιστα οἱ Εἵλωτες, ἀπαίροντες ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν καὶ καταπλέοντες ἔτι νυκτὸς ἐς τὰ πρὸς τὸ πέλαγος τῆς νήσου.

Cap. 26. § 5. ἀληλεμένον Aug. It. Bas. Gr. Laur. α'. Bekk., quam formam alteri ἀληλεσμένον praeferimus. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 20. Ex Amphidis versu ab Athen. 642 a servato nihil videtur concludi posse.

ξυμφέρῃ Cass. Aug. It. H. Bekk. In ceteris libris aut ξυμφέρει aut, ut vulgo, ξυμφέροι. Coniunctivus recte positus est, ut II 74, 1. VIII 56, 1. al.; optativus cum ἂν ab hoc loco alienus est, quod de iudicio aliquo scriptoris cogitari nequit. Cf. Krueg. Gr. 54, 3 adn. 6. 13 adn. 2.

sinus Avarini Graecis non potuit statio navium videri, nec ab alto stationem habebant, quoniam τὰ τῆς Πύλου ἔξω τοῦ ἔσπλου πρὸς τὸ πέλαγος ἀλίμενα esse legimus 8, 8. Ob quae omnia scriptor eos negat ὅρμον habuisse, etsi naves Sphacteriam obsidentes, de quibus hic quoque potissimum agitur, hanc insulam περιορμεῖν ipse scripsit 23, 2; nam, ut hic audimus, μετέωροι ὥρμουν. De omni quaestione cf. etiam Vischer in Mus. Helv. I p. 392. — κατὰ μέρος] κατὰ διαδοχήν. Schol. Cf. adn. 11, 3.

§ 4. παρὰ λόγον] παρὰ προσδοκίαν. Schol. Proprie contra rationem. — ἐπιγιγνόμενος. Cf. adn. I 126, 8. Frustra Cob. ad Hyper. p. 69 ἐπιτεινόμενος. — οὓς, i. e. ὅτι αὐτούς. Cf. Matth. Gr. § 480 c. Thuc. I 140, 5. II 44, 2. VI 68, 1. VII 75, 7. VIII 76, 6. Plat. de Rep. 465 e. — ἐν νήσῳ τε ἐρήμῃ etc. Cf. adn. 27, 1. — ἁλμυρῷ. Non salsum, sed subsalsum intellegendum esse docet Bloomf. Cf. adn. 31, 2.

§ 5. αἴτιον δὲ ἦν οἱ Λακεδ. Cf. Matth. Gr. § 309 b. Krueg. Gr. § 63, 6. adn. III 36, 2. — ἀληλεμένον. Cf. adn. 16, 1. — εἴ τι. Cf. Matth. Gr. § 617, 1 g. — ξυμφέρῃ. Cf. sd. — τάξαντες ἀργυρίου πολλοῦ, hoc ingenti pretio aestimantes, Port. Cf. τετιμ. χρημ. § 7.

§ 6. παρακινδυνεύοντες. Cf. adn. III 36, 2. — ἐς τὰ ... νήσου, i. e. in eam insulae partem, quae altum mare spectabat.

7 *μάλιστα δὲ ἐτήρουν ἀνέμῳ καταφέρεσθαι· ῥᾷον
γὰρ τὴν φυλακὴν τῶν τριήρων ἐλάνθανον, ὁπότε
πνεῦμα ἐκ πόντου εἴη· ἄπορον γὰρ ἐγίγνετο περι-
ορμεῖν, τοῖς δὲ ἀφειδὴς ὁ κατάπλους καθειστήκει·
ἐπώκελλον γὰρ τὰ πλοῖα τετιμημένα χρημάτων, καὶ
οἱ ὁπλῖται περὶ τὰς κατάρσεις τῆς νήσου ἐφύ-
λασσον. ὅσοι δὲ γαλήνῃ κινδυνεύσειαν, ἡλίσκοντο.*
8 *ἐσένεον δὲ καὶ κατὰ τὸν λιμένα κολυμβηταὶ
ὕφυδροι, καλῳδίῳ ἐν ἀσκοῖς ἐφέλκοντες μήκωνα
μεμελιτωμένην καὶ λίνου σπέρμα κεκομμένον·
ὧν τὸ πρῶτον λανθανόντων φυλακαὶ ὕστερον*
9 *ἐγένοντο. παντί τε τρόπῳ ἑκάτεροι ἐτεχνῶντο,
οἱ μὲν ἐσπέμπειν τὰ σιτία, οἱ δὲ μὴ λανθά-
νειν σφᾶς.*

§ 7. *καθειστήκει* Mosqu. m. C. D. F. G. I. corr. Aug., reliqui *καθεστήκει*. Cf. Herodian. II p. 269. Wecklein. Cur. epigr. 35 sq. De formis syncopatis vide Herodian. II p. 186.

§ 7. *τριήρων*. De accentu cf. adn. III 39, 2. — *ἐγίγνετο*. Post hoc *τότε* excidisse conicit Krueg. Quod quamquam non positum in superioribus *ὁπότε...εἴη* latet. — *τοῖς δὲ ἀφειδὴς... καθειστήκει*, illi vero navibus suis in appellendo non parcebant. — *περὶ τὰς κατάρσεις*] *κατάρσεις λέγει τοὺς ἐπιτηδείους εἰς καταγωγὴν τόπους καὶ εἰς τὸ προσορμίζεσθαι. τὸ δὲ ἐφύλασσον ἀντὶ τοῦ φρουροὶ ἦσάν τινες τῶν πολιορκουμένων, ἵνα εὐθὺς ἀπολάβωσι τὰς τροφάς*. Schol. — *δὲ γαλήνῃ*. *Δ' ἐν γαλήνῃ* conicit Krueg. Cf. tamen adn. II 20, 1.

§ 8. *κατὰ τὸν λιμένα*, per sinum inter insulam et continentem situm. Oppositum est *τοῖς πρὸς τὸ πέλαγος* § 6. — *κολυμβηταί*. De his urinatoribus Bloomf. interpr. Curt. IV 3, 10 antestatur. — *καλῳδίῳ*. Singularis distributivus est. Cf. adn. II 70, 3. De ι subscripto syllabae antepaenultimae cf. Herodian. II p. 541. Wecklein. Cur. epigr. p. 47. — *μήκωνα μεμελιτωμένην*. „Est papaveris semen cum melle mixtum. Etenim papaveris sativi tria genera; candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur, [et duo alia]. Plin. Hist. nat. XIX 8 [§ 167]." Arn. De panibus papavere et sesamo conspersis Casaubonum ad Athenaei 110 f et 111 a verba *μακωνίδων δ' ἄρτων μνημονεύει Ἀλκμάν* comparari iubet Bloomf. — *λίνου σπέρμα κεκομμένον*. „Casaubonus Galeni locum profert, ubi, lini semen, inquit, inter illa habet, quae et alimenti et pharmaci usum praestent." Bloomf. Cf. Billerb. Flor. class. p. 86.

τῶν δ' ἐν τῇ πόλει Ἀθηναίων διὰ ταῦτα ὁμοίως ἀπορούντων Κλέων τούς τε ἀγγέλους τῶν πραγμάτων καὶ τοὺς στρατηγοὺς διαβάλλει καὶ παραινεῖ στρατεύειν.

27. Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις πυνθανόμενοι περὶ 1
τῆς στρατιᾶς ὅτι ταλαιπωρεῖται καὶ σῖτος τοῖς
ἐν τῇ νήσῳ ὅτι ἐσπλεῖ, ἠπόρουν καὶ ἐδεδοίκεσαν
μὴ σφῶν χειμὼν τὴν φυλακὴν ἐπιλάβοι, ὁρῶν-
τες τῶν τε ἐπιτηδείων τὴν περὶ τὴν Πελοπόν-
νησον κομιδὴν ἀδύνατον ἐσομένην, ἅμα ἐν χωρίῳ
ἐρήμῳ καὶ οὐδ' ἐν θέρει οἷοί τε ὄντες ἱκανὰ περι-
πέμπειν, τόν τε ἔφορμον χωρίων ἀλιμένων ὄν-
των οὐκ ἐσόμενον, ἀλλ' ἢ σφῶν ἀνέντων τὴν
φυλακὴν περιγενήσεσθαι τοὺς ἄνδρας ἢ τοῖς
πλοίοις ἃ τὸν σῖτον αὐτοῖς ἦγε χειμῶνα τηρή-
σαντας ἐκπλεύσεσθαι. πάντων δὲ ἐφοβοῦντο μά- 2
λιστα τοὺς Λακεδαιμονίους, ὅτι ἔχοντάς τι ἰσχυ-
ρὸν αὐτοὺς ἐνόμιζον οὐκέτι σφίσιν ἐπικηρυκεύε-
σθαι· καὶ μετεμέλοντο τὰς σπονδὰς οὐ δεξάμενοι.
Κλέων δὲ γνοὺς αὐτῶν τὴν ἐς αὑτὸν ὑποψίαν 3

Cap. 27. § 3. *αὑτόν* Bekk., ut videtur, de coniectura. Vulgo *αὐτόν*.

§ 2. *τὸ ξύμπαν* adverbialiter (cf. adn. 145); nam ex *γνῶμεν* verbo participium *ἕξοντες* et postea *ὑπακουσόμενοι* suspensum est. — *ἀρετῇ*, cum honestate, i. e. ut bonos et fortes viros decet. — *ἀμυνούμεθα*. Cf. adn. I 42, 1. — *ἤδη*, ut apud Latinos continuo (cf. Hor. Sat. I 6, 29), saepius celerem ideoque certissimum effectum indicat. Cf. IV 10, 3. 66, 4. VI 90, 3. VII 6, 1. 77, 6. Herod. VII 235. In fine pariter collocatum est III 2, 3. IV 10, 3. VIII 92, 6. Proxime ad *ἤδη* a nobis coniectura nunc illatum accedit cod. Pal. scriptura *ἣν δι*. — *ἀπιστήσαντες*. Suppl. *ἐμοί*. Loquitur autem orator in participiis *πειθόμενοι* et *ἀπιστήσαντες* ad primam personam relatis per *κοίνωσιν*. Quod in codd. scriptum est *ἣν δὲ ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν* multis laborat et quae

ἄλλοις ὑπακουσόμενοι, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλά, καὶ ἄγαν εἰ τύχομεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρὴ κατ' ἀνάγκην γιγνοίμεθα.

1 64. *Καὶ ἐγὼ μέν, ἅπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον, πόλιν τε μεγίστην παρεχόμενος καὶ ἐπιὼν τῷ μᾶλλον ἢ ἀμυνούμενος ἀξιῶ προϊδόμενος αὐτῶν*

τὸ τέλος λέγεται, ὅτι οἱ Συρακόσιοι πρόθυμοί εἰσι ξυμβῆναι,

Cap. 64. § 1. *προειδόμενος . . . αὐτός* de Reiskii coniectura expediri nequeant difficultatibus. Ac primum quidem eorum verborum apodosis desideratur. Supplere quidem eam voluerunt variis modis, Buttm. Gr. § 150, 7 et Bernh. Synt. p. 262 *λόγος ἔσται,* schol. et Arn. *ὁ ἀγὼν ἔσται* post *οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα* cogitari iubentes, Hermann. de Part. *ἄν* p. 42 e proximis *φίλοι ἂν γιγνοίμεθ' ἀλλήλοις* subaudiens. Sed earum rationum nulla est, quae ullius linguae legibus conveniat aut exemplis comprobetur. Male certe cum hoc loco componitur VIII 56, 5, ubi vide adn. et ad. Deinde cum totius sententiae ratio, qualem *μὲν—δέ* particulae ostendunt, postulet, ut contraria contrariis reddantur, membrorum inter se oppositorum aequabilitas ita turbata est, ut superiori *πειθόμενοι* non *ἀπιστήσαντες* respondeat, id quod unum ipsorum verborum notionibus accommodatum est, sed *ἢν ὑπακούσωμεν,* quamquam *ὑπακούειν* contrariam vim habet atque *πόλιν ἐλευθέραν ἔχειν.* Neque magis suo loco *ἀμυνούμεθα* et *οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα* inter se referuntur, quae non minus e contraria posita esse ex ipsorum sententia elucet. Ex ea vero quam fecimus emendatione ab utraque parte terna quae debent membra iusto ordine sibi opponuntur. Similem sententiae conformationem habes III 40, 4. — *οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι,* non ad ulciscendum aliquem i. e. non ita ut de ulciscendo agatur. Cf. adn. III 45, 6. — *ἄγαν εἰ τύχοιμεν,* si valde nobis res successerit, si praeclare nobiscum actum fuerit. „Cf. V 9 *ἢν τὰ ἄριστα πράξητε.*" Dobr. De *εἰ* postposito cf. adn. I 10, 2. 68, 1. adn. IV 4, 1, de *τυχεῖν,* felicem esse, cf. adn. III 82, 5. — *φίλοι μὲν ἄν.* „Thucydides ut *φίλοι* et *διάφοροι, τοῖς ἐχθίστοις* et *οἷς οὐ χρή* invicem opposuit, sic opposuit etiam *γιγνοίμεθα ἄν* et *κατ' ἀνάγκην γιγνόμεθα,* ita quidem, ut optativus ad *ἄν* ex illo indicativo supplendus sit." Herm. l. d. At utrumque pariter certum est neque ulla causa apparet, cur alterum lenius, alterum confidentius enuntietur. Deinde haec ratio ita exemplis destituta est et tam facilis emendatio *γιγνοίμεθα,* ut hanc medicinam loco adhibere nunc non dubitemus.

Cap. 64. § 1. *ἀρχόμενος.* 59, 1. — *πόλιν . . . παρεχόμενος.* Civitatem maximam allegans vel eius auctoritatem proferens et ea nitens parum recte Steph. in Thes., quamquam *παρέχεσθαι* ita dici vidimus ad III 36, 1; est potius maximam civitatem exhibens (nos: eine sehr grosse Stadt darstellend), ita ut ipse pro maxima civitate sit. Cf. 85, 6. Herod. VII 161. — *προϊδόμενος αὐτῶν,* his

τοὺς δὲ ἄλλους τὴν αὐτὴν προθυμίαν ἔχειν καλόν τε εἶναι καὶ ξύμφορον.

ξυγχωρεῖν, καὶ μὴ τοὺς ἐναντίους οὕτω κακῶς
δρᾶν ὥστε αὐτὸς τὰ πλείω βλάπτεσθαι, μηδὲ
μωρίᾳ φιλονικῶν ἡγεῖσθαι τῆς τε οἰκείας γνώμης
ὁμοίως αὐτοκράτωρ εἶναι καὶ ἧς οὐκ ἄρχω τύχης,
ἀλλ' ὅσον εἰκὸς ἡσσᾶσθαι. καὶ τοὺς ἄλλους δι- 2
καιῶ ταὐτό μοι ποιῆσαι, ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν καὶ μὴ
ὑπὸ τῶν πολεμίων τοῦτο παθεῖν. οὐδὲν γὰρ αἰ- 3
σχρὸν ⟨ὂν⟩ οἰκείους οἰκείων ἡσσᾶσθαι, ἢ Δωριέα

Bekker. Vulgatam προειδομένους ... αὐτούς rursus quidem defendit Krohl. Quaest. Thuc. I p. 11, sed ei nos respondimus in Comment. antiqu. stud. 1842 p. 131. Augmentum participii aor. nunc sustulimus, quod vitium vitiis defendere nolebamus. Nam quae eius augmenti exempla afferebantur (Aesch. I 165. Dem. XIX 233. Dionys. Ant. I 65. VII 42. Luci. Tox. 39. Cass. Dion. LII 10, 3. LIX 23, 5), ea correxerunt novissimi editores.

(quae 63, 2 exposita sunt) provisis. De genet. vide Matth. Gr. § 379. Herod. II 121. III 159. V 39. Αὐτά Thucydidi nonnumquam idem est atque ταῦτα. Confer III 66, 4, frequentem formulam δι' αὐτό (I 2. 18. 68. IV 55 al.) et adn. I 144, 4. — ξυγχωρεῖν. Port. compositionem facere interpretatus est, sed videtur valere aliquid concedere, remittere de iure suo, ut τι ξυγχωρεῖν 22, 3; male certe explicat Bernh. Synt. p. 180. — τῆς τε οἰκείας ... τύχης, existimare me summam potestatem [aeque] habere et in meam voluntatem et in fortunam (Port.), i. e. me aeque fortunae atque (non minus fortunae quam) meorum consiliorum arbitrum esse. Cf. membra similiter invertenda I 120, 5. 140, 1. — ἡσσᾶσθαι, de iure meo decedere, aliis cedere. Cf. § 3 et adn. I 77, 1.

§ 2. ταὐτό. Noli ταὐτόν desiderare propter Buttm. Gr. max. II p. 414 (ed. 1). Vid. ad Xen. Anab. VI 4, 9. — τοῦτο παθεῖν, scil. τὸ ἡσσᾶσθαι.

§ 3. οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν ⟨ὂν⟩. Enuntiatum, in cuius initio haec leguntur, ita in codd. scriptum est, ut mira vel potius nulla verborum cohaerentia evadat. Quid enim sibi velit pronomen relativum οἷ, vix ullo modo expedias. Neque enim ex eo, quod in tempore bellum gerent, deinde pacem facient, intellegitur haud turpe esse domesticos domesticis cedere, sed ipsam pacis honestatem potius belli componendi causam esse patet. Neque Hermocrates id, quod Siciliensibus persuasurus est, nulla addita condicione aut causa ita pronuntiare potest, quasi utique eventurum sit. Certe in eis quae secuntur, ubi de alienigenis sermo est, quomodo adversus hos se gesturi sint, adiuncta condicione ἢν σωφρονῶμεν eloquitur. Itaque ὂν post αἰσχρόν excidisse putamus eoque omisso ad supplendam iuncturam οἷ insertum esse, quod idem in aliquot libris factum esse vidimus ad. III 37, 2. Verba οὐδὲν αἰσχρὸν ὂν pariter leguntur apud Plat. de Rep. 606 b. Cf. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 7. — Δωριέα τινὰ Δωριέως. Haec eis, quae de Camarinaeis III 86 narrantur, illustrat Dukas conferens etiam III 90, 1. —

τινὰ Δωριέως ἢ Χαλκιδέα τῶν ξυγγενῶν, τό τε
ξύμπαν γείτονας ὄντας καὶ ξυνοίκους μιᾶς χώρας
καὶ περιρρύτου καὶ ὄνομα ἓν κεκλημένους Σικε-
λιώτας, [οἳ] πολεμήσομέν τε, οἶμαι, ὅταν ξυμβῇ,
καὶ ξυγχωρησόμεθά γε πάλιν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς
4 λόγοις κοινοῖς χρώμενοι· τοὺς δὲ ἀλλοφύλους
ἐπελθόντας ἀθρόοι ἀεί, ἢν σωφρονῶμεν, ἀμυνού-
μεθα, εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμενοι ξύμ-
παντες κινδυνεύομεν, ξυμμάχους δὲ οὐδέποτε
5 τὸ λοιπὸν ἐπαξόμεθα οὐδὲ διαλλακτάς. τάδε
γὰρ ποιοῦντες ἔν τε τῷ παρόντι δυοῖν ἀγαθοῖν
οὐ στερήσομεν τὴν Σικελίαν, Ἀθηναίων τε ἀπαλ-
λαγῆναι καὶ οἰκείου πολέμου, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα
καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐλευθέραν νεμούμεθα καὶ ὑπὸ
ἄλλων ἧσσον ἐπιβουλευομένην."

§ 3. τὸ δὲ ξύμπαν codd. Cf. adn. III 40, 4.

καὶ περιρρύτου. Demetr. περὶ σχημ. § 118 Θουκυδίδης κἂν λάβῃ παρὰ τοῦ ποιητοῦ τι, ἰδίως αὐτῷ χρώμενος ἴδιον τὸ ληφθὲν ποιεῖ. οἷον ὁ μὲν ποιητὴς (Od. τ', 172) ἐπὶ τῆς Κρήτης ἔφη· Κρήτη τις γαῖ' ἔστι ... περίρρυτος ... ὁ δὲ Θουκυδίδης ὁμονοεῖν τοὺς Σικελιώτας καλὸν οἴεται εἶναι γῆς ὄντας μιᾶς καὶ περιρρύτου, καὶ ταὐτὰ πάντα εἰπών, γῆν τε ἀντὶ νήσου καὶ περίρρυτον ὡσαύτως, ὅμως ἕτερον λέγειν δοκεῖ, διότι οὐχ ὡς πρὸς μέγεθος (vel potius ad insulae notionem circuitu quodam verborum exprimendam), ἀλλὰ πρὸς ὁμόνοιαν (i. e. ad demonstrandum consentaneum esse insulanos esse concordes, cum dirempti sint a consortio aliorum) αὐτοῖς ἐχρήσατο. Legi vocabulum etiam apud Diod. et Aristid. docet Bloomf. Add. Xen. de Vect. 1, 7 et de Lat. circumfluus Krebs. — ὄνομα ... κεκλημένους. Cf. adn. II 37, 1. — Σικελιώτας. Respicit enim Hermocrates ad eos solos, quorum legati aderant. Vid. c. 58. — ξυγχωρησόμεθά γε. Particula γε addita est, ut ξυγχωρησόμεθα prae verbo πολεμήσομεν maiore vi efferatur. Nempe superioribus non tam causa continetur, cur gerendum sit bellum quam cur componendum. — λόγοις, colloquiis, consultationibus.

§ 4. ἐπελθόντας, hostiliter contra nos profectos. Oppositum est ξυμμάχους et διαλλακτάς. — ξυμμάχους δὲ οὐδέποτε κ. τ. λ., neque vero etiam eos umquam posthac socios arcessemus aut pacificatores. Proximum igitur verbi ἐπαξόμεθα obiectum est τοὺς ἀλλοφύλους.

§ 5. ἐς τὸ ἔπειτα. Cf. ἐς ἔπειτα I 130, 2 et perpende discrimen.

σπονδαὶ τῶν Σικελιωτῶν, μεθ' ἃς οἱ τῶν Ἀθηναίων ἡγεμόνες ἀποπλέουσιν, ἐφ' ᾧ ὁ δῆμος μάλα ἀγανακτεῖ.

65. Τοιαῦτα τοῦ Ἑρμοκράτους εἰπόντος πει- 1
θόμενοι οἱ Σικελιῶται αὐτοὶ μὲν κατὰ σφᾶς αὐ-
τοὺς ξυνηνέχθησαν γνώμῃ ὥστε ἀπαλλάσσεσθαι
τοῦ πολέμου ἔχοντες ἃ ἕκαστοι ἔχουσι, τοῖς δὲ
Καμαριναίοις Μοργαντίνην εἶναι ἀργύριον τακτὸν
τοῖς Συρακοσίοις ἀποδοῦσιν. οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων 2
ξύμμαχοι παρακαλέσαντες αὐτῶν τοὺς ἐν τέλει
ὄντας εἶπον ὅτι ξυμβήσονται καὶ αἱ σπονδαὶ ἔσον-
ται κἀκείνοις κοιναί. ἐπαινεσάντων δὲ αὐτῶν,
ἐποιοῦντο τὴν ὁμολογίαν, καὶ αἱ νῆες τῶν Ἀθη-
ναίων ἀπέπλευσαν μετὰ ταῦτα ἐκ Σικελίας. ἐλ- 3
θόντας δὲ τοὺς στρατηγοὺς οἱ ἐν τῇ πόλει Ἀθη-
ναῖοι τοὺς μὲν φυγῇ ἐζημίωσαν, Πυθόδωρον καὶ
Σοφοκλέα, τὸν δὲ τρίτον, Εὐρυμέδοντα, χρήματα
ἐπράξαντο, ὡς ἐξὸν αὐτοῖς τὰ ἐν Σικελίᾳ κατα-
στρέψασθαι δώροις πεισθέντες ἀποχωρήσειαν. οὕ- 4
τω τῇ γε παρούσῃ εὐτυχίᾳ χρώμενοι ἠξίουν σφίσι
μηδὲν ἐναντιοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ δυνατὰ ἐν ἴσῳ
καὶ τὰ ἀπορώτερα μεγάλῃ τε ὁμοίως καὶ ἐνδεε-

Cap. 65. § 4. τῇ τε παρούσῃ codd. longe plurimi et optimi; pauci τε om. Emend. Benedictus. Cf. adn.

Cap. 65. § 1. αὐτοὶ ... ξυνηνέχθησαν] ὡμονόησαν ἀλλήλοις καθ' ἑαυτούς, μὴ κοινολογησάμενοι τοὺς λόγους τοῖς Ἀθηναίοις. Schol. — ἔχοντες ... ἔχουσι. Cf. adn. I 140, 2. — Μοργαντίνην. Cum oppidum inter Syracusas et Catanam ad Symaethum situm Camarinaei tenere non potuerint, aut in nomine vel Morgantines, pro qua forsitan de Motucae seu Motychae agro cogites, vel Camarinaeorum, pro quibus Catanaeos exspectaveris, necesse est erratum esse, aut praeter notissimam illam Morgantinen alter eiusdem nominis locus inter Syracusas et Camarinam fuerit oportet. Hoc placet Bloomfieldio. Cf. tamen Holm. Hist. Sic. II p. 403.

§ 2. αὐτῶν ... ὄντας, Atheniensium duces. — κἀκείνοις, Atheniensibus, quibuscum solos Locros tunc compositionem non fecisse V 5 discemus. — ἐποιοῦντο. Cf. adn. 16, 1.

§ 3. τοὺς μὲν ... ἐπράξαντο. De re cf. Aristid. I p. 374 et schol. Aristoph. Vesp. 240, de ἐπράξαντο, (multam) exegerunt, cf. VI 54, 5. VIII 5, 5. 87, 2.

§ 4. τῇ γε παρούσῃ εὐτυχίᾳ χρώμενοι, quippe qui praesenti fortuna uterentur. Similiter εὐτυχίᾳ κεχρῆσθαι Plat. Men. 72 a, τοιαύτῃ τύχῃ χρῆσθαι Lys. X 25, τῇ παρούσῃ καταστάσει χρῆσθαι Cass. Dio XXXVIII 3, 1. De γε particula ad participium

στέρᾳ παρασκευῇ κατεργάζεσθαι. αἰτία δ' ἦν ἡ παρὰ λόγον τῶν πλειόνων εὐπραγία αὐτοῖς ὑποτιθεῖσα ἰσχὺν τῆς ἐλπίδος.

1 66. *Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Μεγαρῆς οἱ ἐν τῇ
πόλει πιεζόμενοι ὑπό τε Ἀθηναίων τῷ πολέμῳ,
ἀεὶ κατὰ ἔτος ἕκαστον δὶς ἐσβαλλόντων πανστρα-
τιᾷ ἐς τὴν χώραν, καὶ ὑπὸ τῶν σφετέρων φυγά-
δων τῶν ἐκ Πηγῶν, οἳ στασιασάντων ἐκπεσόν-
τες ὑπὸ τοῦ πλήθους χαλεποὶ ἦσαν λῃστεύοντες,
ἐποιοῦντο λόγους ἐν ἀλλήλοις ὡς χρὴ δεξαμέ-
νους τοὺς φεύγοντας μὴ ἀμφοτέρωθεν τὴν πόλιν*
2 *φθείρειν. οἱ δὲ φίλοι τῶν ἔξω τὸν θροῦν αἰ-
σθόμενοι φανερῶς μᾶλλον ἢ πρότερον καὶ αὐτοὶ*
3 *ἠξίουν τούτου τοῦ λόγου ἔχεσθαι. γνόντες δὲ
οἱ τοῦ δήμου προστάται οὐ δυνατὸν τὸν δῆμον
ἐσόμενον ὑπὸ τῶν κακῶν μετὰ σφῶν καρτερεῖν,
ποιοῦνται λόγους δείσαντες πρὸς τοὺς τῶν Ἀθη-
ναίων στρατηγούς, Ἱπποκράτη τε τὸν Ἀρίφρονος*

Μεγαρέων κακὰ πασχόντων τινὲς κρύφα λόγους ποιοῦνται πρὸς Ἱπποκράτη καὶ Δημοσθένη.

pertinenti cf. 86, 2. III 68, 2. — *κατεργάζεσθαι*] *νικᾶν.* Schol. Cf. adn. 85, 2. — *αἰτία ... εὐπραγία.* Cf. IV 17, 4. *Τῶν πλειόνων* = *ἐν τοῖς πλείστοις πράγμασιν.* — *ὑποτιθεῖσα.* Cf. adn. I 138, 2. — *ἰσχὺν τῆς ἐλπίδος*, i. e. *ἰσχυρὰν ἐλπίδα*, propr. spei vigorem.

Cap. 66 sqq. Cf. Diod. XII 66 et de vicinis Megarae locis Spratt. apud Arn. ed. 2 vol. I p. 540 sqq. Bursian. Geogr. I p. 378 sqq.

§ 1. *πιεζόμενοι τῷ πολέμῳ.* Cf. Aristoph. Acharn. 761. — *ἀεὶ κατὰ ἔτος ἕκαστον.* Cf. adn. II 85, 4. — *δὶς ἐσβαλλόντων.* Ex decreto publico. Cf. Plut. Pericl. c. 30 et Ullrich. de psephism. Megar p. 36, qui hoc distinguendum docet a decreto I 139 commemorato. Ceterum add. Paus. I 40, 3 et supra II 31. — *τῶν ἐκ Πηγῶν.* Pegis igitur, de quibus cf. adn. I 103, 4, hi potiti erant. — *στασιασάντων.* Cf. adn. 36, 3. — *τοῦ πλήθους.* Populare igitur imperium aut iam ante hanc seditionem fuit aut ea constitutum est Megaris et servatum usque ad ea, quae c. 74 narrata sunt. Cf. Schoem. Antiqu. iur. publ. Gr. p. 94.

§ 2. *ἠξίουν ... ἔχεσθαι.* „Consentaneum putabant, ut rem urgerent. *Ἠξίουν* liberius reddi potest audebant [cf. VII 63, 1]; *ἔχεσθαι* proprie adhaerere, acriter persequi, ut [V 49, 5. I 140, 1]. Postremo *λόγον* valet rem, de qua agebatur.“ Bloomf.

§ 3. *οἱ ... προστάται.* Cf. adn. III 70, 3. — *μετὰ ... καρτερεῖν*, secum tolerare, durare. — *Ἀρίφρονος.* Hunc esse Periclis fratrem suspicatur Vischer in Mus. Helv. I p. 376.

*καὶ Δημοσθένη τὸν Ἀλκισθένους, βουλόμενοι ἐν-
δοῦναι τὴν πόλιν καὶ νομίζοντες ἐλάσσω σφίσι
τὸν κίνδυνον ἢ τοὺς ἐκπεσόντας ὑπὸ σφῶν κατ-
ελθεῖν. ξυνέβησάν τε πρῶτα μὲν τὰ μακρὰ τείχη* 4
*ἑλεῖν Ἀθηναίους (ἦν δὲ σταδίων μάλιστα ὀκτὼ
ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν Νίσαιαν τὸν λιμένα
αὐτῶν), ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσιν ἐκ τῆς Νισαίας
οἱ Πελοποννήσιοι, ἐν ᾗ αὐτοὶ μόνοι ἐφρούρουν
βεβαιότητος ἕνεκα τῶν Μεγάρων, ἔπειτα δὲ καὶ
τὴν ἄνω πόλιν πειρᾶσθαι ἐνδοῦναι· ῥᾷον δ' ἤδη
ἔμελλον προσχωρήσειν τούτου γεγενημένου.*

οἱ δὲ ἐς τὴν Μεγαρίδα πλεύσαντες, καὶ ἐνέδραν ποιησάμενοι, δόλῳ τῶν προδοτῶν τὰ μακρὰ τείχη ἐσελθόντες αἱροῦσιν.

67. *Οἱ οὖν Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ ἀπό τε τῶν ἔρ-* 1
*γων καὶ τῶν λόγων παρεσκεύαστο ἀμφοτέροις, ὑπὸ
νύκτα πλεύσαντες ἐς Μινῴαν τὴν Μεγαρέων νῆσον
ὁπλίταις ἑξακοσίοις, ὧν Ἱπποκράτης ἦρχεν, ἐν ὀρύγ-
ματι ἐκαθέζοντο, ὅθεν ἐπλίνθευον [τὰ τείχη] καὶ
ἀπεῖχεν οὐ πολύ. οἱ δὲ μετὰ τοῦ Δημοσθένους* 2

Cap. 67. § 1. *ἐπλίνθευον*. Cass. Cl. (hic a pr. man.) M. T. F. Lugd. Vind. Mosqu. Parm. Ar. Chr. Dan. et e corr. Aug. *ἐπλινθεύοντο*, quod paulo alia vi legitur II 78.

— *ἐνδοῦναι*, tradere, dedere. De hoc huius verbi usu cf. interpr. ad. V 62.

§ 4. *τὰ μακρὰ τείχη*. Cf. I 108. — *ἦν δέ* Suppl. *τὰ τείχη*. — *ὀκτώ*. Apud Strab. 391 Nisaea a Megaris remota dicitur *δέκα καὶ ὀκτὼ σταδίους*, et apud Thucydidem aut a Thucydide potius quam apud Strabonem erratum esse censent Mannert. Graec. p. 344 et Arn. Falli hos et qui eis assentiantur probare studet Krus. Hell. II 1 p. 366. Sed Straboni assentiendum esse docet etiam Leak. Graec. sept. II p. 402. Tacet de hoc dissensu Spratt. l. d. Thucydidem tamen auctorem sequitur Bursian. Geogr. I p. 378. — *τὴν Νίσαιαν τὸν λιμένα*. Cf. adn. II 67, 2. — *βεβαιότητος ... Μεγάρων*, ut Megara firmius tenerent, Port. — *τὴν ἄνω πόλιν*. Cf. adn. I 93, 7. — *ἔμελλον*. Suppl. *οἱ Μεγαρῆς*. — *τούτου γεγενημένου*, i. e. „captis ab Atheniensibus muris longis". Haack.

Cap. 67. § 1. *ἀπό*. Cf. adn. II 77, 1. — *παρεσκεύαστο*. Cf. adn. I 46, 1. — *τὴν ... νῆσον*. Cf. adn. III 51, 1. — *ἐν ὀρύγματι*. Haec fossa in continente haud procul a longis moenibus videtur quaerenda. — *ἐπλίνθευον τὰ τείχη*, lateres ad muros exstruendos sumebant, Port. Sed mirum est *τείχη πλινθεύειν*, quod dici posset, si ducendis lateribus muri fierent. Quare nunc nobis *τὰ τείχη* ad *ἀπεῖχεν* videtur adscriptum esse, cuius subiectum desiderabant, deinde alieno loco insertum. — *καὶ ἀπεῖχεν*, i. e. *καὶ ὃ ἀπεῖχεν*. Cf. adn. II 4, 5.

τοῦ ἑτέρου στρατηγοῦ Πλαταιῆς τε ψιλοὶ καὶ ἕτεροι περίπολοι ἐνήδρευσαν ἐς τὸ Ἐνυάλιον, ὅ ἐστιν ἔλασσον ἄπωθεν. καὶ ᾔσθετο οὐδεὶς εἰ μὴ οἱ ἄνδρες οἷς ἐπιμελὲς ἦν εἰδέναι τὴν νύκτα ταύτην.
3 *καὶ ἐπειδὴ ἕως ἔμελλε γίγνεσθαι, οἱ προδιδόντες τῶν Μεγαρέων οὗτοι τοιόνδε ἐποίησαν. ἀκάτιον ἀμφηρικὸν ὡς λῃσταί, ἐκ πολλοῦ τεθεραπευκότες*

§ 2. **τὸν Ἐνυάλιον** codd. Immo τὸ Ἐν. Cf. adn.
ἄπωθεν. It. Vat. T. Vind. Mosqu. Bekk. **ἄποθεν**. Cf. ad. III 111, 1.
εἰδέναι om. M. T. F. Lugd. et expungi vult Krueg. Cf. tamen I 5, 2.

§ 2. *Πλαταιῆς.* Ex eis, qui Athenas perfugerant. — **ἕτεροι περίπολοι.** Quaeritur, hi circitores fuerintne adolescentes (**ἔφηβοι**) illi Atheniensium, de quibus vid. Herm. Antiqu. Gr. I § 123 et Schoem. Antiqu. Gr. I p. 361. 425, an ab his diversi milites excurrentes (Streiftruppen), quales vult esse Wachsmuth. Antiqu. Gr. II p. 316. Et illos quidem intellegens Duker, quamquam hi **περίπολοι** plerumque non educti essent ad bella externa, quia Minoa iam ante ab Atheniensibus occupata in eaque praesidium positum esset III 51, ibi fuisse coniicit. At Boeckh. Inscr. I p. 305 negat hos **περιπόλους** esse ephebos; nam cum Thuc. eos cum **ψιλοῖς** *Πλαταιεῦσι* componat et hoplitis opponat, patere eos fuisse leviter armatos, cum tamen ephebi **πανοπλίᾳ** usi sint. Cf. Harpocr. et Xen. Mem. III 5, 27. Et Haackius quidem ad haec inter se concilianda verba **ἕτεροι περίπολοι** non arcte ita iungenda, quasi **περίπολοι** item fuerint **ψιλοί**, sed accipienda pro his: **ἕτεροι, περίπολοι ὄντες**, existimat. At tirones, quales sint ephebi, hic non apte videntur commemorari Vischero in Mus. Helv. I p. 397, et homines leviter armati haud dubie magis idonei sunt ad **τὸ ἐσδραμεῖν** § 5, ubi de **ὁπλίταις** cf. adn. Altera tamen ex parte non neglegendum est **ψιλοὺς ἐκ παρασκευῆς ὡπλισμένους**, quales hic videntur requiri, Atheniensibus secundum c. 94 non fuisse, ubi cf. adn. — **ἐς τὸν Ἐνυάλιον.** Nisi ὅ sequeretur, deus pro dei templo nominatus videri posset. Nam quamquam, cum hoc fit, plerumque **παρά**, non **ἐς** ponitur (cf. Arn. ad h. l.), similiter **ἐς τὸν Μαλόεντα** III 3 legi docet Goell., ubi cf. adn. § 6. Quoniam autem ὅ sequitur, cum Reisk. legendum videtur **τὸ Ἐνυάλιον** sive (cl. Lob. ad Phryn. p. 370) **Ἐνυαλιεῖον**. Illud etiam in Steph. Thes. nov. hinc excitatum commendatur similibus *Πύθιον*, **Δήλιον, Ἐλευσίνιον.** Hoc autem templum (**ἱερόν, τέμενος**) in continente collocandum esse ex § 5 ineunt. recte colligit Haack. — **ἔστιν . . . ἄπωθεν.** Cf. Krueg. Gr. § 62, 2 adn. 4. Ἔλασσον est **ἔλασσον ἢ τὸ ὄρυγμα** § 1. — **τὴν νύκτα ταύτην** iunge cum verbis **ᾔσθετο οὐδείς.**

§ 3. **ἀκάτιον ἀμφηρικόν]** **πλοιάριον ἑκατέρωθεν ἐρεσσόμενον, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικωπίᾳ ἐρέττει.** Schol. — **τεθεραπευκότες τὴν ἄνοιξιν.** Hoc insolentius dictum est, cum **θεραπεύειν**

*τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν, εἰώθεσαν ἐπὶ ἁμάξῃ,
πείθοντες τὸν ἄρχοντα, διὰ τῆς τάφρου κατα-
κομίζειν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ἐκπλεῖν·
καὶ πρὶν ἡμέραν εἶναι πάλιν αὐτὸ τῇ ἁμάξῃ κο-
μίσαντες ἐς τὸ τεῖχος κατὰ τὰς πύλας ἐσῆγον,
ὅπως τοῖς ἐκ τῆς Μινῴας Ἀθηναίοις ἀφανὴς δὴ
εἴη ἡ φυλακή, μὴ ὄντος ἐν τῷ λιμένι πλοίου
φανεροῦ μηδενός. καὶ τότε πρὸς ταῖς πύλαις ἤδη* 4
*ἦν ἡ ἅμαξα, καὶ ἀνοιχθεισῶν κατὰ τὸ εἰωθὸς ὡς
τῷ ἀκατίῳ οἱ Ἀθηναῖοι (ἐγίγνετο γὰρ ἀπὸ ξυν-
θήματος τὸ τοιοῦτον) ἰδόντες ἔθεον δρόμῳ ἐκ
τῆς ἐνέδρας, βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ξυγκλῃ-*

§ 4. *ξυγκλῃσθῆναι* Pal. Vulgo *ξυγκλεισθῆναι*. Cass. *ξυγκληθῆναι*, M. *ξυγκλειθῆναι*, Aug. a man. rec. *ξυγκλῃθῆναι*, quod recepit Bekk. Sed quamquam *κέκλῃμαι* et *κέκλειμαι* praeter *κέκλεισμαι*, non *ἐκλῄθην* iuxta atque *ἐκλῄσθην* seu *ἐκλείσθην* dicitur. Et V 72 Bekk. ipse *ξυγκλῃσθέν* exhibuit atque I 117 *κατεκλῄσθησαν*. Congruunt etiam *κλῃστός* II 17. VII 38 et *ἄκλῃστος* II 93. Cf. ad. III 54, 1.

ανδρα τινά, colere aliquem, officiis aliquem demereri, ut I 9, 2, usitatissimum sit. Sed *θεραπεύειν τι* quoniam omnino servire alicui rei sonat, non solum curare aliquid, ut *τὸ ναυτικόν* II 65, 7, sed etiam cura et studio efficere aliquid valet. Infinitivus sequitur VI 61, 5. VII 70, 3, alibi *ὅπως*, ut I 19, 1. — *τῶν πυλῶν*. Portarum longorum moenium. — *ἐπὶ ἁμάξῃ*. Navigiolorum plaustris vectorum exempla adscripsit Bloomf. fraudem bellicam huic simillimam narrari a Liv. XXV 9 praeterea adnotans. — *τὸν ἄρχοντα*. Praefectum Peloponnesiorum Nisaeae et in longis moenibus praesidia agentium. Cf. 66, 4. 67, 5. 68, 2. 69, 3. — *διὰ τῆς τάφρου*. Eam esse fossam, quae iuxta alterum muri brachium, in quo porta fuerit, ad mare vel Nisaeam fuerit perducta, recte docet Haack. — *ἐς τὸ τεῖχος* iunge cum *ἐσῆγον* verbo. *Τεῖχος* autem singularis longosne muros continuam munitionem efficientes hic et 68, 1 et 69, 2 designet, an unum eorum brachium ei regioni, in quam Athenienses egressi erant, obiacens, quaeritur. Cf. adn. 69, 2. — *ὅπως ... φυλακή*] ὅπως ἀφανὲς δῆθεν ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις τί χρὴ φυλάττεσθαι. οὐ γὰρ ὄντος οὐδενὸς ἐν τῷ Μεγαρικῷ λιμένι πλοίου φανεροῦ διὰ τὸ ἐντὸς τειχῶν μεθ' ἡμέραν κρύπτεσθαι τὸ ἀκάτιον, ἄπορον ἦν γνῶναι τοῖς Ἀθηναίοις ὑφ' ὧν τινων λῃστεύονται. Schol. De *δή* cf. adn. III 10, 6. Pro adiect. *ἀφανής* (incerta) facile *ἀσαφής* conicias. Cf. III 22, 8. — *τῷ λιμένι*. De hoc cf. adn. III 51, 3.

§ 4. *ὡς τῷ ἀκατίῳ*] ὡς τοῦ ἀκατίου μέλλοντος εἰσκομίζεσθαι. Schol. — *ἀπὸ ξυνθήματος*. Sic iterum VI 61, 2. VII 22, 1. Cf. adn. I 133. II 90, 4. IV 130, 5. — *ἔθεον δρόμῳ*. Cf. adn. III 111, 2. —

σθῆναι πάλιν τὰς πύλας καὶ ἕως ἔτι ἡ ἅμαξα ἐν αὐταῖς ἦν, κώλυμα οὖσα προσθεῖναι· καὶ αὐτοῖς ἅμα καὶ οἱ ξυμπράσσοντες Μεγαρῆς τοὺς κατὰ τὰς πύλας φύλακας κτείνουσι. καὶ πρῶτον μὲν οἱ περὶ τὸν Δημοσθένη Πλαταιῆς τε καὶ περίπολοι ἐσέδραμον οὗ νῦν τὸ τροπαῖόν ἐστι, καὶ εὐθὺς ἐντὸς τῶν πυλῶν (ᾔσθοντο γὰρ οἱ ἐγγύτατα Πελοποννήσιοι) μαχόμενοι τοὺς προσβοηθοῦντας οἱ Πλαταιῆς ἐκράτησαν καὶ τοῖς τῶν Ἀθηναίων ὁπλίταις ἐπιφερομένοις βεβαίους τὰς πύλας παρέσχον.

1 68. Ἔπειτα δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἤδη ὁ ἀεὶ
2 ἐντὸς γιγνόμενος χωρεῖ ἐπὶ τὸ τεῖχος. καὶ οἱ Πελοποννήσιοι φρουροὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀντισχόντες ἠμύνοντο ὀλίγοι, καὶ ἀπέθανόν τινες αὐτῶν, οἱ δὲ πλείους ἐς φυγὴν κατέστησαν, φοβηθέντες ἐν νυκτί τε πολεμίων προσπεπτωκότων καὶ τῶν

κατὰ τὰς πύλας Cass. Aug. (hic tamen a man. rec.) M. Cl. Ven. T. F. Lugd. Mosqu. Parm. al. Vulgo et Bekk. κατὰ πύλας. Sed articulus est necessarius, quia eadem porta iam bis addito articulo commemorata est. Redit etiam § 5.

Cap. 68. § 1. χωρεῖ. Cf. Ven. M. T. F. It. Lugd. Mosqu. Parm. aliique nonnulli ἐχώρει, quo non opus.

§ 2. ἠμύνοντο. Aug. Pal. T. F. It. Vat. M. H. Mosqu. ἠμύναντο, quod minus placet.

προσθεῖναι. Suppl. αὐτὰς (τὰς θύρας). De verbo cf. interpr. Herod. III 78.

§ 5. ᾔσθοντο ... Πελοποννήσιοι. His explicatur, qui sint οἱ προσβοηθοῦντες. Cf. I 81, 2. — τοῖς ... ὁπλίταις. Cum non Plataeenses et περίπολοι, sed soli Plataeenses vicisse dicantur, ὁπλιτῶν vocabulo ipsi περίπολοι significari alicui forsitan videantur. Cf. adn. § 2. Sed quoniam pro horum nomine obscurum anfractum verborum positum esse non verisimile est et circitores una cum Plataeensibus in urbem iam irrupisse legimus, gravis armaturae milites esse Hippocratis § 1 probabile est, praesertim cum de his quoque aliquid hic legi consentaneum sit.

Cap. 68. § 1. ἀεί. Cf. adn. III 77, 1.

§ 2. οἱ δὲ πλείους ... προδεδωκέναι, plerique autem perterriti, quod et noctu hostes aggressi erant et proditores ex Megarensibus contra pugnabant (ipsos oppugnabant), in fugam se verterunt arbitrati ab universis Megarensibus se esse proditos. Verba ἐν νυκτί τε ... καὶ ... ἀντιμαχομένων ita διὰ μέσου collocata sunt, ut non solum ad φοβηθέντες, sed etiam ad νομίσαντες pertineant. Cf. adn. III 60. De part. praes. προδιδόντων cf. adn. III 81, 4.

*προδιδόντων Μεγαρέων ἀντιμαχομένων νομίσαντες
τοὺς ἅπαντας σφᾶς Μεγαρέας προδεδωκέναι. ξυν-* 3
*έπεσε γὰρ καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ'
ἑαυτοῦ γνώμης κηρῦξαι τὸν βουλόμενον ἰέναι
Μεγαρέων μετὰ Ἀθηναίων θησόμενον τὰ ὅπλα. οἱ
δ' ὡς ἤκουσαν, οὐκέτι ἀνέμενον, ἀλλὰ τῷ ὄντι
νομίσαντες κοινῇ πολεμεῖσθαι κατέφυγον ἐς τὴν
Νίσαιαν. ἅμα δὲ ἕῳ ἑαλωκότων ἤδη τῶν τειχῶν* 4
*καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει Μεγαρέων θορυβουμένων οἱ
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πράξαντες καὶ ἄλλο μετ'
αὐτῶν πλῆθος, ὃ ξυνῄδει, ἔφασαν χρῆναι ἀνοίγειν
τὰς πύλας καὶ ἐπεξιέναι ἐς μάχην. ξυνέκειτο δὲ* 5
*αὐτοῖς τῶν πυλῶν ἀνοιχθεισῶν ἐσπίπτειν τοὺς
Ἀθηναίους, αὐτοὶ δὲ διάδηλοι ἔμελλον ἔσεσθαι
(λίπα γὰρ ἀλείψεσθαι), ὅπως μὴ ἀδικῶνται. ἀσφά-
λεια δὲ αὐτοῖς μᾶλλον ἐγίγνετο τῆς ἀνοίξεως· καὶ
γὰρ [οἱ] ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος κατὰ τὸ ξυγκείμενον
τετρακισχίλιοι ὁπλῖται τῶν Ἀθηναίων καὶ ἱππῆς
ἑξακόσιοι [οἱ] τὴν νύκτα πορευόμενοι παρῆσαν.*

ἔπειτα δὲ οἱ προδόται καὶ τὴν πόλιν τῶν Μεγαρέων ἐπιχειροῦσιν ἐνδοῦναι, ὅπερ οὐ προχωρεῖ.

§ 4. *ἄλλοι* codd. Cf. adn.
§ 5. *οἱ τήν. Οἱ* om. Cl. Ven. D. I. Ar. Chr. Dan. Nec aptus videtur articulus, quo addito verba significant ei equites, qui nocte iter faciebant, advenerant, cum exspectemus equites no-

§ 3. *ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης*, sua sponte. Sola *ἀφ' ἑαυτοῦ* pro his posuit Diod. XII 66, et ita sane saepius scribitur. Vid. Duk. ad VI 40. Sed *γνώμης* addit Dio Cass. XLII 58. XLVI 52. al., unde hanc vocem frustra a Krueg. deleri apparet. — *τὸν βουλόμενον ἰέναι*, ut, qui vellet, iret. Cf. Schoem. Observ. p. 13 sq. — *μετὰ . . . θησόμενον τὰ ὅπλα*, cum Atheniensibus arma iuncturus. Cf. adn. II 2, 4. — *κοινῇ*, i. e. „*κοινῶς ὑπὸ πάντων Μεγαρέων, καὶ οὐχὶ ὑπὸ μόνων τῶν πραξάντων πρὸς Ἀθηναίους.*“ *Δούκας*. — *πολεμεῖσθαι*. Cf. adn. I 37, 1.
§ 4. *πράξαντες*. Cf. adn. I 131, 1. — *ἄλλο μετ' αὐτῶν πλῆθος*. Ita nunc ex Abreschii coniectura scripsimus, ne seiungantur quae suapte natura aptissime cohaereant. Eadem enim multitudo (maxima pars factionis popularis), quae rei conscia erat, cum illis faciebat.
§ 5. *λίπα ἀλείψεσθαι*. Cf. adn. I 6, 5. — *ἀσφάλεια . . . ἀνοίξεως*, tutius autem aperire portas poterant. — *[οἱ] ἀπὸ . . . ὁπλῖται*. Hi cum antea non commemorati sint, articulus aut delendus est aut in *ἄλλοι* mutandus. — *κατὰ τὸ ξυγκείμενον*, secundum pactum, cuius reliquae condiciones modo indicatae sunt. Contra Class. vide Annal. phil. 1870 p. 323 sq.

6 ἀληλιμμένων δὲ αὐτῶν καὶ ὄντων ἤδη περὶ τὰς πύλας καταγορεύει τις ξυνειδὼς τοῖς ἑτέροις τὸ ἐπιβούλευμα. καὶ οἳ ξυστραφέντες ἀθρόοι ἦλθον καὶ οὐκ ἔφασαν χρῆναι οὔτε ἐπεξιέναι (οὐδὲ γὰρ πρότερόν πω τοῦτο ἰσχύοντες μᾶλλον τολμῆσαι) οὔτε ἐς κίνδυνον φανερὸν τὴν πόλιν καταγαγεῖν· εἴ τε μὴ πείσεταί τις, αὐτοῦ τὴν μάχην ἔσεσθαι. ἐδήλουν δὲ οὐδὲν ὅτι ἴσασι τὰ πρασσόμενα, ἀλλ' ὡς τὰ βέλτιστα βουλεύοντες ἰσχυρίζοντο, καὶ ἅμα περὶ τὰς πύλας παρέμενον φυλάσσοντες, ὥστε οὐκ ἐγένετο τοῖς ἐπιβουλεύουσι πρᾶξαι ὃ ἔμελλον.

1 69. Γνόντες δὲ οἱ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ὅτι ἐναντίωμά τι ἐγένετο καὶ τὴν πόλιν βίᾳ οὐχ οἷοί τε ἔσονται λαβεῖν, τὴν Νίσαιαν εὐθὺς περιετείχιζον, νομίζοντες, εἰ πρὶν ἐπιβοηθῆσαί τινας ἐξέλοιεν, θᾶσσον ἂν καὶ τὰ Μέγαρα προσχωρῆσαι
2 (παρεγένετο δὲ σίδηρός τε ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ταχὺ καὶ λιθουργοὶ καὶ τἆλλα ἐπιτήδεια)· ἀρξάμενοι δ'

ἡ Νίσαιά γε μέντοι περιτειχισθεῖσα ὁμολογίᾳ παραδίδοται, καὶ τὰ μακρὰ τείχη ἀπορρήγνυται ἀπὸ τῶν Μεγάρων.

cturno itinere advenerant. Hofmanus tamen, ut illa sententia idonea fiat et ne praesentis participium male positum sit, huc quoque refert verba κατὰ τὸ ξυγκείμενον, quod per horum collocationem fieri posse vix videtur.

§ 6. καὶ οἳ Cl. T. (hic ex coll. Bloomf.) Mosqu. Cf. ad. 82, 2. Vulgo et Bekk. καὶ οἱ.

§ 6. ξυστραφέντες ἀθρόοι ἦλθον, agmine denso facto frequentes venerunt. — οὔτε ἐς κίνδυνον . . . καταγαγεῖν. Dicebant neque omnino eruptionem faciendam esse (inf. praes. ἐπεξιέναι) neque eo temporis momento privatis consiliis urbi periculum afferendum (inf. aor. καταγαγεῖν). — τις. Cf. adn. 13, 4. — αὐτοῦ, illic, in ipsa urbe, non foris cum Atheniensibus. — οὐδέν adverbialiter dictum, ut I 26, 4. IV 12, 2. — ὡς βουλεύοντες . . . ἰσχυρίζοντο. Conf. Matth. Gr. § 569, 7 b.

Cap. 69. § 1. εὐθὺς περιετείχιζον. Diodorus primum eos περιταφρεῦσαι urbem, deinde περιτειχίσαι narrat XII 66.

§ 2. παρεγένετο . . . ἐπιτήδεια. Hanc totam enuntiationem ideo in parenthesim redegimus, quod explicationem verborum εὐθὺς περιετείχιζον ita adiungit, ut quid antea factum sit, quo opus accelerari potuerit, significetur. Ita interrumpitur quodammodo narratio de murorum aedificatione instituta. — σίδηρος. Suntne instrumenta ferrea (σιδήρια c. 4)? Cf. adn. VII 18. Ipso tamen ferro ad retinacula facienda opus fuisse putat Bloomf. Cf. I 93, 5. III 78, 3. — λιθουργοί. Cf. V 82 et Moer. Att. — ἀρξάμενοι cet. Hoc participium neque ad περιετείχιζον

ἀπὸ τοῦ τείχους ὃ εἶχον καὶ διοικοδομήσαντες τὸ πρὸς Μεγαρέας, ἀπ' ἐκείνου ἑκατέρωθεν ἐς θάλασσαν [τῆς Νισαίας] τάφρον τε καὶ τείχη ⟨ἦγον⟩ διελομένη ἡ στρατιά, ἔκ τε τοῦ προαστείου λίθοις

neque ad *ἀπεσταύρουν* referre licet. Illud fieri posset, si *ἀρξάμενοι* exadversum participio *νομίζοντες* responderet. At hoc sententiarum ordo vetat. Patet enim scriptorem illud *περιετείχιζον*, postquam quo consilio Athenienses id fecerint exposuit, ita explicare, ut qua ratione in exstruendo munimento singillatim usi sint fusius describat. Ad explicatam hanc descriptionem *ἀρξάμενοι* pertinet, non ad summam rei verbo *περιετείχιζον* comprehensam. Non magis *ἀρξάμενοι* cum verbo *ἀπεσταύρουν* iungendum est. Describitur enim totum opus quomodo inchoatum et perfectum sit, non quomodo circumvallatae sint aliquot eius partes. Neque *λίθοις καὶ πλίνθοις χρώμενοι* verbo *ἀπεσταύρουν* accommodatur. Denique dici vix potest, quam dura et artificiose excogitata utraque sit interpretandi ratio. Itaque cum nobis verbum, ad quod *ἀρξάμενοι* referendum sit, deesse videatur, *ἦγον* excidisse censemus. Similiter Madvig. Adv. crit. I p. 320. — *ἀπὸ τοῦ τείχους ὃ εἶχον*. Cum Athenienses ab hoc *τείχει* incipientes Nisaeam a mari ad mare circummuniverint, non unum brachium longorum murorum, sed toti longi muri, quod unum opus essent, singulari significati intellegendi sunt. Pari enim modo uterque murus urbem cum portu coniungebat, neque alterum Nisaeam attigisse alterum ultra Nisaeam ad mare pertinuisse recte cogitaveris. Quod verbis, quibus Thucydides 66, 4 et I 108, 4 de longis muris usus est, et Atticorum moenium natura satis apparet. De singulari cf. etiam adn. II 13, 7 et supra 67, 3. — *διοικοδομήσαντες ... Μεγαρέας*, cum partem adversus Megarenses sitam transverso muro intersaepsissent. Cf. adn. III 21, 2. Factum est hoc in spatio duobus muri brachiis interiecto. Verbum recurrit VIII 90, 5 de transverso porticu usurpatum. Unde incisum *ἀπ' ἐκείνου . . . Νισαίας* a Bekk. male cum his verbis coniunctum esse cognoscitur. — *ἐκείνου*, i. e. *τοῦ τείχους ὃ εἶχον*. — *τῆς Νισαίας* quominus cum *ἑκατέρωθεν* iungamus et verborum collocatio obstat et quod *ἑκατέρωθεν τῆς Νισαίας*, quoniam Nisaea ad mare sita est, quodammodo repugnat alteri eiusdem regionis significationi *ἐς θάλασσαν*, cui conveniens potius esset *ἑκατέρωσε*. Neque aptius *ἐς θάλασσαν τῆς Νισαίας* iungas, qua ratione mare ab urbe denominari haud meminimus et hoc loco articulus ante *θάλασσαν* omissus vetat. Relinquitur, ut verba, quorum nulla sit iunctura; pro interpretamento habeamus ex superiore *τὴν Νίσαιαν εὐθὺς περιετείχιζον* adscripto. Quo deleto a longis muris ex utraque parte, qua transversum murum hi contingebant, moenia ad mare ducta esse dicuntur. Simile additamentum nobis occurrit III 6, 1. — *διελομένη ἡ στρατιά*. De re cf. adn. II 78, 1. Ceterum Thuc. proprie aut *διελομένης τῆς στρατιᾶς* scribere aut *ἡ στρατιά* statim ad primum participium addere debebat; sed *ἀρξάμενοι* et *διοικοδομήσαντες* ad duces referens, tamen nominativos *ἡ στρατιὰ διελομένη* ex dicendi genere adn. I 49, 4. II 54, 2 illustrato retinuit. — *ἔκ τε . . . χρώμενοι καὶ . . .*

καὶ πλίνθοις χρώμενοι, καὶ κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην ἀπεσταύρουν εἴ πῃ δέοιτό τι· καὶ αἱ οἰκίαι τοῦ προαστείου ἐπάλξεις λαμβάνουσαι αὐταὶ
3 *ὑπῆρχον ἔρυμα. καὶ ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν ὅλην εἰργάζοντο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ περὶ δείλην τὸ τεῖχος ὅσον οὐκ ἀπετετέλεστο, καὶ οἱ ἐν τῇ Νισαίᾳ δείσαντες, σίτου τε ἀπορίᾳ (ἐφ' ἡμέραν γὰρ ἐκ τῆς ἄνω πόλεως ἐχρῶντο) καὶ τοὺς Πελοποννησίους οὐ νομίζοντες ταχὺ ἐπιβοηθήσειν τοῖς τε Μεγαρέας πολεμίους ἡγούμενοι, ξυνέβησαν τοῖς Ἀθηναίοις ῥητοῦ μὲν ἕκαστον ἀργυρίου ἀπολυθῆναι ὅπλα παραδόντας, τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις, τῷ τε ἄρχοντι καὶ εἴ τις ἄλλος ἐνῆν, χρῆσθαι Ἀθηναίους ὅ τι ἂν βούλωνται. ἐπὶ τούτοις ὁμολογήσαντες*

Cap. 69. § 3. *ἀπετετέλεστο.* Aug. Mosqu. Ar. Chr. Suid. Phot. Bekk. *ἀποτετέλεστο.* Cf. ad. III 23, 1.

τοῖς δέ taciti Aug. It. Vat. Bekk. in ed. ster., etsi It. et Vat. testimonium propter ed. mai. Bekkeri silentium suspectum est. Vulgo *τοῖς τε.* Et *μὲν* ... *τε* sane nonnumquam inter se respondent (cf. ad. I 144, 2); id vero hic, cum huic membro statim alterum particulis *τε* ... *καί* subiciatur, displicet. Vulgatam tamen excusat Arn.

ἀπεσταύρουν pro *ἔκ τε* ... *χρώμενοι καὶ* ... *ἀποσταυροῦντες.* Altero loco verbum finitum intulit, quod participio *ἀποσταυροῦντες* moleste subiceretur *κόπτοντες.* Eadem de causa I 132, 5 *δείσας* ... *καὶ λύει* (pro *λύσας*) et VIII 45, 4 *πλουσιώτατοι ὄντες* ... *ἐπικουρίᾳ δὲ* ... *ἀξιοῦσι* (pro *ἀξιοῦντες*). Cf. adn. III 36, 2. — *τὰ δένδρα καὶ ὕλην.* „Schol. statuit ellipsin adiectivi *ἄλλην*, quem sequitur Steph. Append. ad Script. de Dial. p. 120." Duk. Item Schoem. ad Plut. Ag. I 1 p. 75. Cf. adn. I 116, 3 et, ubi eadem vocabula discernuntur, II 75, 1. — *εἴ πῃ δέοιτό τι*, si qua pars alicubi munitione (proprie *τοῦ ἀποσταυροῦσθαι*) egeret. Nisi *δέοιτο* impersonale esse mavis, ut Dind. in Steph. Thes. Cf. adn. 130, 4. — *αὐταί*, ipsae. Vulgatam *αὗται* membranis melioribus adversantem frustra tuentur Matth. Gr. § 472, 1 b. Kuehn. Gr. in us. schol. § 304 adn. 3.

§ 3. *ὅσον οὐκ.* Cf. adn. I 36, 1. — *σίτου ἀπορίᾳ* iuxta positum est participiis *οὐ νομίζοντες* et *ἡγούμενοι.* Tres igitur erant causae timoris. — *τῆς ἄνω πόλεως.* Cf. 66, 4. — *ῥητοῦ* ... *ἀπολυθῆναι.* De redemptionis pretiis cf. adn. III 70. „*Ἕκαστον* de Peloponnesiis accipiendum exceptis Lacedaemoniis; nam hi Atheniensibus permittebantur; supra autem c. 66 dixerat Peloponnesios solos Nisaeae custodiam habuisse." Haack.

ἐξῆλθον. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μακρὰ τείχη ἀπορρήξαντες ἀπὸ τῆς τῶν Μεγαρέων πόλεως καὶ τὴν Νίσαιαν παραλαβόντες τἆλλα παρεσκευάζοντο. 4

Βρασίδας μὲν τότε ἐπὶ Θρᾴκης στρατείαν παρασκευαζόμενος βοηθεῖ.

70. Βρασίδας δὲ ὁ Τέλλιδος Λακεδαιμόνιος κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανε περὶ Σικυῶνα καὶ Κόρινθον ὤν, ἐπὶ Θρᾴκης στρατείαν παρασκευαζόμενος, καὶ ὡς ᾔσθετο τῶν τειχῶν τὴν ἅλωσιν, δείσας περί τε τοῖς ἐν τῇ Νισαίᾳ Πελοποννησίοις καὶ μὴ τὰ Μέγαρα ληφθῇ, πέμπει ἔς τε τοὺς Βοιωτοὺς κελεύων κατὰ τάχος στρατιᾷ ἀπαντῆσαι ἐπὶ Τριποδίσκον (ἔστι δὲ κώμη τῆς Μεγαρίδος ὄνομα τοῦτο ἔχουσα ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Γερανείᾳ), καὶ αὐτὸς ἔχων ἦλθεν ἑπτακοσίους μὲν καὶ δισχιλίους Κορινθίων ὁπλίτας, Φλειασίων δὲ τετρακοσίους, Σικυωνίων δὲ ἑξακοσίους καὶ τοὺς 1

Cap. 70. § 1. στρατείαν. Vulgo et Bekk. στρατιάν. Cum autem ἐπὶ Θρᾴκης, in Thraciam versus, cum στρατιᾶς nomine non bene congruant et c. 74 Thucydides aperte huc respiciens dicat τὴν ἐπὶ Θρᾴκης στρατείαν παρεσκευάζεν, ἵναπερ καὶ τὸ πρῶτον ὥρμητο, στρατείαν recepit Haack., quem secuti sumus. Ceterum cf. ad. I 9.

Γερανία Pal. Aug. Cass. Mosqu. F. b. Cf. Herodian. I p. 275.

Φλιασίων codd. Non dubitavimus antiquiorem nominis formam Thucydidi reddere, quam vetustiores tituli (Φλειάσιοι in monumento celeberrimo Constantinopolitano, de quo cf. adn. I 132, 2, et in Rossii It. in Pelop. p. 42, Φλειάσιον in Inscr. Att. I n. 45) praebent, praesertim cum ne in libris quidem manu scriptis omnia eius vestigia evanuerint (V 115, 1 Φλειασίαν Pal. idemque V. 57, 2 Φιλειοῦντα, V 58, 2 Φλειοῦντα H., V 57, 2. 58, 2 Φλοιοῦντα I. et V 58, 1 Φλοιοῦντα C. I.). Cf. Bursian. Geogr. II p. 33, 5. Si fides habenda est Herodiano urbem a verbo φλεῖν nomen duxisse docenti (I p. 243), quomodo orta sit ει vocalis, quam reliquis locis tacite restituimus, optime eis explicatur, quae Usener in Annal. phil. 1872 p. 742 sq. disputavit.

§ 4. ἀπορρήξαντες, cum (parte rescissa) abrupissent, ut, etiamsi Megara ipsa in deditionem non venisset, firmiter longa moenia tenerent, quae nihilominus c. 109 recuperata a Megarensibus legemus.

Cap. 70. § 1. ἐπὶ Θρᾴκης ... παρασκευαζόμενος. De causis huius expeditionis vid. 79, 2. — πέμπει ἐς τοὺς Β. Cf. adn. I 107, 2. De τε particulae collocatione cf. adn. I 16. — Τριποδίσκος. Apud Strab. 394 Τριποδίσκιον, qui addit καθ' ὃ ἡ νῦν ἀγορὰ Μεγαρέων κεῖται, apud Steph. Τριποδίσκος, Τριποδίσκοι, Τριποδίσκη, Paus. I 43, 7 Τριποδίσκοι. De situ cf. Leak. Graec. sept. II p. 410 sq. et Krus. Hell. II 1 p. 396. Bursian. Geogr. I p. 380. —

μεθ' ἑαυτοῦ ὅσοι ἤδη ξυνειλεγμένοι ἦσαν, οἰόμε-
2 *νος τὴν Νίσαιαν ἔτι καταλήψεσθαι ἀνάλωτον. ὡς*
δὲ ἐπύθετο (ἔτυχε γὰρ νυκτὸς ἐπὶ τὸν Τριπο-
δίσκον ἐξελθών), ἀπολέξας τριακοσίους τοῦ στρα-
τοῦ, πρὶν ἔκπυστος γενέσθαι, προσῆλθε τῇ τῶν
Μεγαρέων πόλει λαθὼν τοὺς Ἀθηναίους ὄντας
περὶ τὴν θάλασσαν, βουλόμενος μὲν τῷ λόγῳ
καὶ ἅμα εἰ δύναιτο ἔργῳ τῆς Νισαίας πειρᾶσαι,
τὸ δὲ μέγιστον, τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν ἐσελθὼν
βεβαιώσασθαι. καὶ ἠξίου δέξασθαι σφᾶς λέγων
ἐν ἐλπίδι εἶναι ἀναλαβεῖν Νίσαιαν.

1 71. *Αἱ δὲ τῶν Μεγαρέων στάσεις φοβούμεναι,* *οἱ δὲ Μεγαρῆς οὐ δέχονται αὐτὸν ἐς τὴν πόλιν.*
οἱ μὲν μὴ τοὺς φεύγοντας σφίσιν ἐσαγαγὼν αὐτοὺς
ἐκβάλῃ, οἱ δὲ μὴ αὐτὸ τοῦτο ὁ δῆμος δείσας
ἐπιθῆται σφίσι καὶ ἡ πόλις ἐν μάχῃ καθ' αὑτὴν
οὖσα ἐγγὺς ἐφεδρευόντων Ἀθηναίων ἀπόληται,

ἑαυτοῦ Cass. Cl. Ven. M. T. F. C. Reg. al. Vulgo et Bekk. *αὐτοῦ*.

Cap. 71. § 1. *ἀπόληται*. Cass. Aug. Cl. (hic a pr. man.) T. Pal. It. Vat. M. H. Mosqu. *ἀπολεῖται*. Cf. ad. I 36, 1.

ὅσοι . . . ἦσαν. Hos non amplius centum fuisse oportet, si 72, 2 adiunctis Boeotorum duobus milibus et ducentis totus exercitus sex milia gravis armaturae militum continuisse recte traditur.

§ 2. *ὡς δὲ ἐπύθετο*, cum rem comperisset. Cf. adn. 44, 4 et 48, 1. 123, 3. VIII 62, 2. — *ἔτυχε . . . ἐξελθών*. Hoc enuntiatum apodosi iungendum. — *ἀπολέξας*. Medium legitur IV 9, 2. V 8, 4. Cf. adn. I 16. — *ἔκπυστος γενέσθαι*. Cf. adn. III 30, 1. — *τῆς Νισαίας πειρᾶσαι*. Cf. adn. I 64, 4. — *σφᾶς*. Ipsum et milites. Cf. adn. III 113, 2. — *ἐν ἐλπίδι εἶναι*. Cf. adn. II 51, 6. Post hoc nudus infinitivus aoristi positus est ad similitudinem *εἰκός ἐστι* locutionis. Cf. adn. III 10, 6. IV 60, 2. Stahl. Quaest. gram. p. 5. Idem factum est III 3, 3. VI 87, 4.

Cap. 71. § 1. *αἱ . . . στάσεις . . . οἱ μὲν . . . οἱ δέ*. „Non novum est, ut nominibus collectivis adiectiva vel participia diversi generis et numeri apponantur. [Cf. Matth. Gr. § 434, 2 a. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 1.] Hic . . . etiam alia figura est, quod nominativus *αἱ στάσεις* pro genetivo partitivo, quem vocant, ponitur. . . . Sic rursus III 105, 2 *οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες, οἱ μὲν . . . οἱ δέ*." Duk. Cf. Matth. Gr. § 289 adn. 8 et § 319. Krueg. Gr. § 57, 8. „*Οἱ μέν* intellegendi principes popularis factionis, *οἱ τοῦ δήμου προστάται* (vid. c. 66); *οἱ δέ* sunt exulum amici ex optimatium factione." Haack. — *ἐκβάλῃ*. Intell. *ὁ Βρασίδας*. — *αὐτούς* ad eosdem, qui antea *σφίσι* prono-

οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ἀμφοτέροις ἐδόκει ἡσυχάσασι
τὸ μέλλον περιιδεῖν· ἤλπιζον γὰρ καὶ μάχην ἑκά- 2
τεροι ἔσεσθαι τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν προσβοη-
θησάντων, καὶ οὕτω σφίσιν ἀσφαλεστέρως ἔχειν,
οἷς τις εἴη εὔνους, κρατήσασι προσχωρῆσαι· ὁ δὲ 3
Βρασίδας ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἀνεχώρησε πάλιν ἐς τὸ
ἄλλο στράτευμα.

ἔπειτα τὴν Βρασίδου δύναμιν οἱ Βοιωτοὶ αὐξάνουσι, καὶ γίγνεται ἱππομαχία.

72. Ἅμα δὲ τῇ ἕῳ οἱ Βοιωτοὶ παρῆσαν δια- 1
νενοημένοι μὲν καὶ πρὶν Βρασίδαν πέμψαι βοηθεῖν
ἐπὶ τὰ Μέγαρα, ὡς οὐκ ἀλλοτρίου ὄντος τοῦ
κινδύνου, καὶ ἤδη ὄντες πανστρατιᾷ Πλαταιᾶσιν·
ἐπειδὴ δὲ καὶ ἦλθεν ὁ ἄγγελος, πολλῷ μᾶλλον
ἐρρώσθησαν, καὶ ἀποστείλαντες διακοσίους καὶ
δισχιλίους ὁπλίτας καὶ ἱππέας ἑξακοσίους τοῖς
πλείοσιν ἀπῆλθον πάλιν. παρόντος δὲ ἤδη ξύμ- 2
παντος τοῦ στρατεύματος, ὁπλιτῶν οὐκ ἔλασσον
ἑξακισχιλίων, καὶ τῶν Ἀθηναίων τῶν μὲν ὁπλιτῶν
περὶ τὴν Νίσαιαν ὄντων καὶ τὴν θάλασσαν ἐν
τάξει, τῶν δὲ ψιλῶν ἀνὰ τὸ πεδίον ἐσκεδασμένων,
οἱ ἱππῆς οἱ τῶν Βοιωτῶν ἀπροσδοκήτοις ἐπι-

§ 2. οἷς τις Cl. ex emend. eiusd. man. et Bekk., eodemque ducunt vestigia librorum D. I. E. Laur. Vulgo ὅστις, quod frustra probat Bernh. Synt. p. 296. Cf. ed. mai. et de recepta scriptura adn.
Cap. 72. § 2. περί τε τὴν N. aliquot codd., inter quos Pal. M. m. Nulla est locorum diversitas, quae τε — καί particulis distinguatur.

mine significati sunt, refertur valens ipsos. — περιιδεῖν, circumspicere. Medium legitur 73, 1. VI 93, 1. 103, 2.

§ 2. καὶ οὕτω ... προσχωρῆσαι, atque ita sibi tutius esse in eorum, quibus aliquis benevolus esset, deditionem, ubi vicissent, concedere, sive liberius partes sequi victorum, quibus quisque benevolus esset.

§ 3. ἐς τὸ ... στράτευμα. Cf. adn. I 137, 3.

Cap. 72. § 1. πέμψαι. Cf. 70, 1. — ὡς ... ὄντος. Cf. adn. 14, 5. — καὶ ... ὄντες iunge cum superiore διανενοημένοι. — ἐρρώσθησαν. Oratio a participio transiit in tempus finitum. Cf. adnot. I 57, 4 et de ipso verbo II 8, 1. — ἀποστείλαντες cet. Paulo ante scripta ita corrigi videntur, ut, cum antea Boeoti advenisse dicti sint, hic non cum universis copiis advenisse, sed harum, quas Plataeas usque adduxissent, partem misisse tradantur. Minus placet Dukae explanatio in ed. mai.

§ 2. ἔλασσον. Cf. Matth. Gr..

πεσόντες τοῖς ψιλοῖς ἔτρεψαν ἐπὶ τὴν θάλασσαν (ἐν
γὰρ τῷ πρὸ τοῦ οὐδεμία βοήθειά πω τοῖς Μεγα-
3 ρεῦσιν οὐδαμόθεν ἐπῆλθεν)· ἀντεπεξελάσαντες δὲ
καὶ οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐς χεῖρας ᾖσαν, καὶ ἐγένετο
ἱππομαχία ἐπὶ πολύ, ἐν ᾗ ἀξιοῦσιν ἑκάτεροι οὐχ
4 ἥσσους γενέσθαι. τὸν μὲν γὰρ ἵππαρχον τῶν
Βοιωτῶν καὶ ἄλλους τινὰς οὐ πολλοὺς πρὸς
αὐτὴν τὴν Νίσαιαν προσελάσαντας οἱ Ἀθηναῖοι
[καὶ] ἀποκτείναντες ἐσκύλευσαν, καὶ τῶν τε νεκρῶν
τούτων κρατήσαντες ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν καὶ
τροπαῖον ἔστησαν· οὐ μέντοι ἔν γε τῷ παντὶ
ἔργῳ βεβαίως ⟨οὐδὲν⟩ οὐδέτεροι τελευτήσαντες

§ 4. προσελάσαντα Aug., reliqui προσελάσαντες. Cf. adn.

§ 437 adn. 2. — ἔτρεψαν ... θάλασσαν. Emphasis quaedam. — ἐν γάρ cet. „Rationem reddit eius, quod dixerat, ἀπροσδοκήτοις.“ Steph. De verbis ἐν τῷ πρὸ τοῦ cf. adn. I 32, 4.

§ 3. οἱ τῶν Ἀθηναίων. Cum ἱππῆς ex superioribus facillime repeti possit idque faciendum esse natura verbi ἀντεξελαύνειν satis doceat, mirum est Kruegerum ἱππῆς οἱ excidisse conicere.

§ 4. τινὰς οὐ πολλούς. Ita iam II 79, 4. Similiter VIII 70, 2. Cf. adn. 46, 5 et VI 1. — πρὸς ... ἐσκύλευσαν. Quae codd. praebent male sic defenduntur, ut Athenienses prope Nisaeam, quam tenebant, consulto se recepisse dicantur, ut hostes eodem pellicerent. Nam quae in hac sententia maximi est momenti notio se recipiendi prorsus desideratur; deinde illos, cum ad Nisaeam accederent, magnum aliquid ausos esse, id quod in Athenienses nullo modo cadit, additum αὐτήν satis ostendit. Optime autem Boeotorum equites ad ipsam Nisaeam adequitasse dicuntur. Cf. Ullrich. Symb. crit. I p. 14 sq. Itaque Porti coniecturam προσελάσαντας nunc recepimus simulque καί delevimus, quod προσελάσαντες vitiose scripto coniungendi causa additum est. Quominus enim proximo καί respondeat, diversitas sententiarum obstat, quae inter se aequari nequeant. Cf. Schuetz. in Diurn. scholast. Berolin. XXIV p. 765. — βεβαίως ... τελευτήσαντες. Participium aoristi τελευτήσαντες perinde atque partic. praesentis τελευτῶντες (II 47, 4. 51, 5. VI 53, 3. VIII 81, 3) pro adverbio positum postremo valere et ratio et usus eius locutionis vetat. Neque magis τελευτήσαντες eventum adepti sonare potest. Cum obiectum verbi deesse satis cognoscatur, οὐδέν addidimus, quod litterarum similitudine facile excidit. Verte: in toto quidem certamine (parte proelii aliquid effectum esse haud negatur) cum certo eventu neutri quidquam exsecuti. Cf. VII 59, 1.

ἀπεκρίθησαν, ἀλλ' οἱ μὲν Βοιωτοὶ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν Νίσαιαν.

ἀλλ' οὔτε Βρασίδας οὔτε οἱ Ἀθηναῖοι τολμῶσι πρότεροι μάχης ἄρξαι. τῶν δὲ ἀπελθόντων ὁ Βρασίδας ἐς τὰ Μέγαρα ἐσάγεται.

73. *Μετὰ δὲ τοῦτο Βρασίδας καὶ τὸ στρά-* 1
τευμα ἐχώρουν ἐγγυτέρω τῆς θαλάσσης καὶ τῆς
τῶν Μεγαρέων πόλεως, καὶ καταλαβόντες χωρίον
ἐπιτήδειον παραταξάμενοι ἡσύχαζον, οἰόμενοι σφί-
σιν ἐπιέναι τοὺς Ἀθηναίους καὶ τοὺς Μεγαρέας
ἐπιστάμενοι περιορωμένους ὁποτέρων ἡ νίκη ἔσται.
καλῶς δὲ ἐνόμιζον σφίσιν ἀμφότερα ἔχειν, ἅμα 2
μὲν τὸ μὴ ἐπιχειρεῖν προτέρους μηδὲ μάχης καὶ
κινδύνου ἑκόντας ἄρξαι, ἐπειδή γε ἐν φανερῷ
ἔδειξαν ἑτοῖμοι ὄντες ἀμύνεσθαι καὶ αὐτοῖς ὥσπερ

— *ἀπεκρίθησαν* (discesserunt) . . . *πρὸς* . . . *ἐπί.* Cf. de *διακριθῆναι* adn. I 18, 2. IV 25, 10. Quod utrique e proelio in eum locum discesserunt, unde profecti erant, eo patebat cum dubio eventu esse pugnatum.

Cap. 73. § 1. *παραταξάμενοι . . . ἐπιέναι.* Sententia est Lacedaemonios aciem quidem instruxisse, sed de colle non descendisse existimantes fore, ut Athenienses vel illuc propter insitum animi impetum contra se venirent. — *περιορωμένους.* Cf. adn. II 43, 4. Similiter legitur VI 93, 1. 103, 2. VII 33, 2.

§ 2. *ἀμφότερα.* Hoc verbis *ἅμα μὲν . . . ἄρξαι* et *ἐν τῷ αὐτῷ δὲ . . . ξυμβαίνειν* explicatur; nam *ἅμα μὲν . . . ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καί* inter se respondent. Cf. adn. III 11, 3. Atque illa ad *οἰόμενοι . . . Ἀθηναίους*, haec ad *καὶ τοὺς Μεγαρέας . . . ἔσται* respiciunt. — *καὶ αὐτοῖς . . . ἀνατίθεσθαι.* Vulgatam codicum scripturam sic interpretatus est Portus: sibique quodammodo sine pulvere et labore victoriam merito tributum iri. Sed a verbo simplici *τιθέναι* aliena est notio tribuendi, qua *ἀνατιθέναι* praeditum est. Cf. II 64, 1. VIII 51, 3. Deinde prorsus in obscuro est, quis illis, quamquam laborem non sustinuerint, victoriam tributurus sit. An Athenienses, quorum etiam impetum exspectabant? Non magis Megarenses, de quibus hic cogitare alienum est, quoniam, quid adversus hos commodi Lacedaemonii ex quiescendo se percepturos esse putent, proximis verbis separatim explicatur. Neque perspici potest, qua de causa quisquam illis nullo labore perfunctis victoriam tribuat aut cur iuste id fiat. Cum autem inter se opponantur *ἐπιχειρεῖν* et *ἀμύνεσθαι*, deinde *μάχης καὶ κινδύνου* et *ἀκονιτί*, bina hic membra sibi respondere perspicuum est. Atque hoc ipsum, ut paria paribus apte referantur, ea quam instituimus emendatione satis levi effecimus. Verte: quandoquidem in aperto ostenderant se paratos esse ad defendendum et ipsis (cf. V 23, 5. 40, 2) ut tamquam sine pulvere victoria tribueretur postulaverant. Ea enim quam inierant ratione, ut promptos se ostenderent ad pugnandum neque tamen ipsi pugnam committerent, id assequi volebant, ut Athenienses pugnam detrectantes illos bello superiores esse ipsi tamquam confiterentur. De vocabulo translato *ἀκονιτί*

ἀκονιτὶ τὴν νίκην ἐδικαίωσαν ἀνατίθεσθαι, ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ πρὸς τοὺς Μεγαρέας ὀρθῶς ξυμβαί-
3 νειν· εἰ μὲν γὰρ μὴ ὤφθησαν ἐλθόντες, οὐκ ἂν ἐν τύχῃ γίγνεσθαι σφίσιν, ἀλλὰ σαφῶς ἂν ὥσπερ ἡσσηθέντων στερηθῆναι εὐθὺς τῆς πόλεως· νῦν δὲ κἂν τυχεῖν αὐτοὺς Ἀθηναίους μὴ βουληθέντας ἀγωνίζεσθαι, ὥστε ἀμαχεὶ ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς
4 ὧν ἕνεκα ἦλθον. ὅπερ καὶ ἐγένετο. οἱ γὰρ Μεγαρῆς, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐτάξαντο μὲν παρὰ τὰ μακρὰ τείχη ἐξελθόντες, ἡσύχαζον δὲ καὶ αὐτοὶ μὴ ἐπιόντων, λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγοὶ μὴ ἀντίπαλον εἶναι σφίσι τὸν κίνδυνον, ἐπειδὴ καὶ

Cap. 73. § 2. *δικαίως ἂν τίθεσθαι* codd., nisi quod pro *ἂν τίθεσθαι* Laur. *ἀντίθεσθαι*, Vat. Pal. Aug. *ἀντιθέσθαι*, *ἀντιτίθεσθαι* Mosqu. Cf. adn.
§ 3. *ἡσσηθέντων*. Cf. adn.

cf. Hor. Ep. I 1, 51 et de *ὥσπερ* translationem indicante Soph. El. 277. — *ἐν τῷ αὐτῷ* . . . *ξυμβαίνειν*. Pro his proprie *ἐν τῷ αὐτῷ δὲ τὸ πρὸς τοὺς Μεγαρέας* seu *ἅμα δὲ ἃ περὶ τοὺς Μεγαρέας ἔμελλε γίγνεσθαι* dicendum erat. Sed cum propter interpositum enuntiatum *καὶ αὐτοῖς* . . . *ἀνατίθεσθαι* verborum *καλῶς ἔχειν ἀμφότερα ἅμα μὲν τὸ*...minus recordemur, Thuc. incisum ab *ἐν τῷ* incipiens cum solo *ἐνόμιζον*, ad superius enuntiatum iam supplendo, voluit cohaerere. Verba igitur *ὀρθῶς ξυμβαίνειν* nihil esse nisi repetitionem superiorum *καλῶς ἔχειν* perspicuitatis causa factam recte affirmat Arn.

§ 3. *οὐκ ἂν* . . . *σφίσι*, non esse futurum, ut (res) in aleam daretur sive in fortunae arbitrio poneretur i. e. non spem futuram esse impetrandi quod sibi proposuerant, ut Megarenses in urbem se reciperent. De impersonali usu huius dicendi generis cf. adn. I 137, 4. — *ἡσσηθέντων*. Suppl. *σφῶν* et cf. adn. III 13, 7. Frustra igitur Ven. *ἡσσηθέντες*. — *ἂν περιγενέσθαι αὐτοῖς*, sibi obventura. Cf. adn. I 144, 3.

§ 4. *οἱ γὰρ Μεγαρῆς*. Haec post longam interpositionem verbis *οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς* cum correctione quadam vel potius accuratius definita repetuntur et cohaerent cum verbo *ἀνοίγουσι*. Similes locus est VIII 99. — *καὶ αὐτοί*, ut Lacedaemonii; vid. § 1. — *μὴ ἐπιόντων*] *λείπει τῶν Λακεδαιμονίων*. Schol. — *λογιζόμενοι* . . . *οἱ* . . . *στρατηγοί*. De nominativis vid. Matth. Gr. § 562, 1 adn. 2. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 1. — *μὴ ἀντίπαλον* . . . *σφίσι*] . . . *μὴ ἴσον* . . . *αὐτοῖς τε καὶ τοῖς Πελοποννησίοις*. Schol. — *ἐπειδὴ* . . . *προεκεχωρήκει*, cum ipsis (Atheniensibus. Cf. adn. § 2) pleraque successissent. Ad Peloponnesios certe pronomen *αὐτοῖς* per rerum statum, qui tunc fuerit, referri non posse recte docet Krohl. Quaest. Thuc. I p. 11

τὰ πλείω αὐτοῖς προεκεχωρήκει, ἄρξασι μάχης πρὸς πλείονας αὐτῶν ἢ λαβεῖν νικήσαντας Μέγαρα ἢ σφαλέντας τῷ βελτίστῳ τοῦ ὁπλιτικοῦ βλαφθῆναι, τοὺς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως μέρος ἕκαστον

§ 4. τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύειν εἰκότως ἐθέλειν τολμᾶν codd., nisi quod τῆς δέ D. I., ἑκατόν Laur.

1 129. Βρασίδας δὲ ἀναχωρήσας ἐκ Μακεδονίας ἐς Τορώνην καταλαμβάνει Ἀθηναίους Μένδην ἤδη ἔχοντας, καὶ αὐτοῦ ἡσυχάζων ἐς μὲν τὴν Παλλήνην ἀδύνατος ἤδη ἐνόμιζεν εἶναι διαβὰς τιμωρεῖν,
2 τὴν δὲ Τορώνην ἐν φυλακῇ εἶχεν. ὑπὸ γὰρ τὸν

Ἀθηναῖοι δὲ στόλον ἔπεμψαν ἐπὶ Μένδην καὶ Σκιώνην. οἷς ἀφικομένοις Μενδαῖοι καὶ οἱ ἐπί-

§ 5. τῶν δὲ ἀναγκαίων ξυμφόρων διαναστάς codd. Cf. adn.

§ 5. Πελοποννησίων τῇ μὲν γνώμῃ ... εἶχε. Portus sic interpretatus est: animo concepit [rectius alebat] odium in Peloponnesios, non consuetum illud quidem propter Athenienses (quos gravissime oderat). Sed cum haec sententia ei, quae sequitur, parum recte opponatur, eis interpretibus recentioribus, qui τῇ γνώμῃ cum οὐ ξύνηθες verbis iungunt, adstipulandum videtur. Idem fecit quidem iam Steph. in Thes. v. μῖσος, sed δι' Ἀθηναίους verba minus apte cum ceteris coniunxit. — τῷ δὲ ... διαστάς. Librorum memoriam, quam interpretantur: necessariis suis commodis (quibus ad Peloponnesiorum partes trahebatur) derelictis, non genuinam esse tribus potissimum causis nobis persuasimus. Primum enim deest quod ex adverso τῇ μὲν γνώμῃ verbis apte respondeat, deinde διαναστῆναι hoc uno loco a Th. adhibitum apud alios scriptores (sunt autem posterioris aetatis) ubique exsurgendi vim habet neque usquam cum genetivo coniungitur, tum sibi ipsi illa interpretatio pugnat, quoniam commoda aut non derelinquuntur aut nulla eorum est necessitas. Ut autem Madvigii (Adv. crit. I p. 323) emendationem probaremus, imprimis scholiastae interpretatione ἕνεκεν τοῦ ἀναγκαίου συμφέροντος commoti sumus, quem τῷ ἀναγκαίῳ ξυμφόρῳ legisse perspicuum est. Neque abstinendum esse duximus, quin etiam διαστάς, de quo ille dubitavit, reciperemus (ΔΙΑ bis posito factum est ΔΙΑΝΑ), cum ea qua hic indigemus notione διαναστῆναι praeditum esse nullis exemplis confirmare possemus. Atque cum sententiae conformatione sic orta satis congruit altera scholiorum explicatio priori illi adiuncta: διὰ τὴν ἀνάγκην συμφέρειν νομίσας μισεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἀποστὰς διεπράττετο πῶς Ἀθηναίοις μὲν φίλος ἔσται, Λακεδαιμονίων δὲ ἀπαλλάξεται. Abalienatus igitur est Perdiccas a Peloponnesiis necessaria commodi sui ratione a Brasida eiusque exercitu contempti (cf. 124, 4. 128, 4).

Cap. 129. Cf. Diod. XII 72. — § 2. ὑπὸ τὸν ... Λύγκῳ.

κουροι ἀντιτάσσονται, καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καλῶς ἀγωνίζονται.

αὐτὸν χρόνον τοῖς ἐν τῇ Λύγκῳ ἐξέπλευσαν ἐπί τε τὴν Μένδην καὶ τὴν Σκιώνην οἱ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ παρεσκευάζοντο, ναυσὶ μὲν πεντήκοντα, ὧν ἦσαν δέκα Χῖαι, ὁπλίταις δὲ χιλίοις ἑαυτῶν καὶ τοξόταις ἑξακοσίοις καὶ Θρᾳξὶ μισθωτοῖς χιλίοις καὶ ἄλλοις τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων πελτασταῖς· ἐστρατήγει δὲ Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ Νικόστρατος ὁ Διειτρέφους. ἄραντες δὲ ἐκ Ποτειδαίας 3
ταῖς ναυσὶ καὶ σχόντες κατὰ τὸ Ποσειδώνιον ἐχώρουν ἐς τοὺς Μενδαίους. οἱ δ' αὐτοί τε καὶ Σκιωναίων τριακόσιοι βεβοηθηκότες Πελοποννησίων τε οἱ ἐπίκουροι, ξύμπαντες δὲ ἑπτακόσιοι ὁπλῖται, καὶ Πολυδαμίδας ὁ ἄρχων αὐτῶν, ἔτυχον ἐξεστρατοπεδευμένοι ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ λό-

Cap. 129. § 2. *Διιτρέφους* libri. Cf. ad. III 75, 1.
§ 3. *οἱ δ' αὐτοί.* *Δ'* Bekker ex optimis libris mss. Elisio quidem ideo displiceat, quod post *δέ* paulisper subsistendum et virgula ponenda est; sed etiam alia exempla apostrophi ante comma apud Thuc. reperiuntur. Cf. I 124, 2. III 22, 1. VII 84, 1.
ἐστρατοπεδευμένοι Vat. Pal. H. Cf. adn.

Eodem modo dictum, quo supra 101, 3. De Lynco cf. adn. 83, c2. — *παρεσκευάζοντο.* Vid. . 122 extr. — *τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων.* „I. e. *τῶν ἐπὶ Θρᾴκης. Αὐτόθεν*, ex regione, ubi res gerebantur. Cf. III 7.“ Arn. Ex his Methonaei nominantur § 4.

§ 3. *σχόντες κατὰ.* Cf. adn. I 110, 4. — *Ποσειδώνιον.* „Non puto significare promontorium Posideum [quod vulgo in extrema Pallene collocant], sed Neptuni templum prope Mendam et Potidaeam versus situm. Re ibi male gesta pars exercitus Nicia duce circumvecta est ad alteram partem Mendes, quae Scionen spectat (c. 130), reliqui cum Nicostrato apud portas septentrionales remanserunt.“ Dobr. Qui de situ quidem recte explicat, sed potest vel sic promontorium locus existimari. Nam promontorium quoddam inter Mendam et Cassandream (veterem Potidaeam) memorat Liv. XXXI 45, quod videtur esse Posideum XLIV 11, adhuc Posidi apud Leak. Graec. sept. III p. 156. Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. II p. 758. — *ἐς τοὺς Μενδαίους.* Cf. adn. III 24, 1. — *ξύμπαντες.* Sine articulo sic rursus V 3, 4 et iam I 107, 5. — *ἑπτακόσιοι.* Supra c. 123 Brasidas quingentos Peloponnesiorum hoplitas transmisisse dicitur, qui trecentis Scionaeis et insuper Mendaeis, quorum utrorumque plurimos graviter armatos fuisse verisimile est, iuncti maiorem numerum efficerent, nisi partem Peloponnesiorum Scionae in praesidio relictam esse ex c. 131 constaret. — *ἐξεστρατοπεδευμένοι ἔξω.* De his inter se iunctis cf. adn. I 133.

4 φου καρτεροῦ. καὶ αὐτοῖς Νικίας μέν, Μεθωναίους τε ἔχων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ψιλοὺς καὶ λογάδας τῶν Ἀθηναίων ὁπλιτῶν ἑξήκοντα καὶ τοὺς τοξότας ἅπαντας, κατὰ ἀτραπόν τινα τοῦ λόφου πειρώμενος προσβῆναι καὶ τραυματιζόμενος ὑπ' αὐτῶν οὐκ ἐδυνήθη βιάσασθαι· Νικόστρατος δὲ ἄλλῃ ἐφόδῳ ἐκ πλείονος παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ ἐπιὼν τῷ λόφῳ ὄντι δυσπροσβάτῳ καὶ πάνυ ἐθορυβήθη, καὶ ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι. καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ, ὡς οὐκ ἐνέδοσαν οἱ Μενδαῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, οἱ Ἀθηναῖοι ἀναχωρήσαντες ἐστρατοπεδεύσαντο, καὶ οἱ Μενδαῖοι νυκτὸς ἐπελθούσης ἐς τὴν πόλιν ἀπῆλθον.

1 130. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι περιπλεύσαντες ἐς τὸ πρὸς Σκιώνης τό τε προάστειον εἷλον καὶ τὴν ἡμέραν ἅπασαν ἐδῄουν τὴν γῆν οὐδενὸς ἐπεξιόντος (ἦν γάρ τι καὶ στασιασμοῦ ἐν τῇ πόλει), οἱ δὲ τριακόσιοι τῶν Σκιωναίων

τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἡ γῆ τῶν Μενδαίων δῃοῦται, καὶ τῇ τρίτῃ στάσεως γενομένης ἡ πόλις αὐτὴ

§ 4. ἐδυνήθη Ven., reliqui ἠδυνήθη. Cf. ad. 33, 2.
Cap. 130. § 1. πρός. In bonis libris mss. male πρό. Cf. adn.

§ 4. Μεθωναίους. Eius Methonae incolas, quae a Thucyd. ὅμορος Μακεδονίᾳ appellatur VI 7, ubi cf. adn. — βιάσασθαι. Suppl. αὐτούς. Cf. adn. I 1, 2. — ἐκ πλείονος, a longiore intervallo. Saepius de tempore dicitur. Cf. adn. 42, 3. — καὶ πάνυ ἐθορυβήθη, vehementissime (vel plane) turbatus est. Cf. adn. III 22, 6 et adn. III 30, 2. 98, 1. — ἐς ὀλίγον ἀφίκετο, i. e. ὀλίγου ἐδέησεν. Quod uno hoc loco haec locutio invenitur non satis est causae, cur Herwerdeni (Stud. Thuc. p. 66) coniecturam παρ' ὀλίγον (cf. VII 71, 3) probemus. Nam non minus singulare est I 14, 2 τριήρεις . . . ἐς πλῆθος ἐγένοντο. Nos: bis auf ein Kleines. Infinitivus pariter sequitur atque similes locutiones adn. III 49, 4 commemoratas.

Cap. 130. § 1. περιπλεύσαντες. Ipsum, ut videtur, Posidonium promontorium (129, 2) aut, si hoc templum Neptuni esse vis, oram inter hoc et Mendae suburbium Scionen spectans prominentem. — ἐς τὸ πρὸς Σκιώνης, ad eam (Mendes) partem, quae Scionen spectabat. Cf. adn. I 62, 1. IV 31, 1. — τι στασιασμοῦ. Cf. Matth. Gr. § 442, 3. Rarius nomen στασιασμός bis sine reprehensione commemorat Pollux et habet etiam Aristoteles.

αἱρεῖται πλὴν τῆς ἀκροπόλεως, ἐν ᾗ οἱ Πελοποννήσιοι φρουροὶ ἀποτειχίζονται.

τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀπεχώρησαν ἐπ᾽ οἶκον. καὶ 2
τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ Νικίας μὲν τῷ ἡμίσει τοῦ στρατοῦ προϊὼν ἅμα ἐς τὰ μεθόρια τῶν Σκιωναίων τὴν γῆν ἐδῄου, Νικόστρατος δὲ τοῖς λοιποῖς κατὰ τὰς ἄνω πύλας, ᾗ ἐπὶ Ποτειδαίας
ἔρχονται, προσεκάθητο τῇ πόλει. ὁ δὲ Πολυ- 3
δαμίδας (ἔτυχε γὰρ ταύτῃ τοῖς Μενδαίοις καὶ ἐπικούροις ἐντὸς τοῦ τείχους τὰ ὅπλα κείμενα) διατάσσει τε ὡς ἐς μάχην καὶ παρῄνει τοῖς Μεν-
δαίοις ἐπεξιέναι. καί τινος αὐτῷ τῶν ἀπὸ τοῦ 4
δήμου ἀντειπόντος κατὰ τὸ στασιωτικὸν ὅτι οὐκ ἐπέξεισιν οὐδὲ δέοιτο πολεμεῖν, καὶ ὡς ἀντεῖπεν ἐπισπασθέντος τῇ χειρὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ θορυβη-

§ 2. ἅμα. „Ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ὁ μὲν ἑτέρωθεν τὴν γῆν ἐδῄου, ὁ δὲ ἑτέρωθεν τῇ πόλει προσεκάθητο." Ae. Port. Cui explicationi quamquam parum favet collocatio verborum, melior tamen non videtur proponi posse, et tales particulae interdum traiciuntur. Cf. adn. II 94, 4. — τὰς ἄνω πύλας. Mendae. Non propter oram igitur per Posidonium, sed per interiora paeninsulae iter terrestre Menda Potidaeam ferebat.

§ 3. ἔτυχε γὰρ . . . τὰ ὅπλα κείμενα. Memores simus dicendi generis τίθεσθαι τὰ ὅπλα ad II 2, 4 illustrati, cum κεῖσθαι idem valeat atque τεθεῖσθαι. Cf. adn. III 45, 3 et V 61, 4. „Inter obsidionem arma civium constanter in uno aut pluribus locis apertis intra muros composita erant, ut in quovis subito tumultu illuc congregarentur et simul armarentur atque suis quisque ordinibus instruerentur. Revera urbs ad tempus castris similis facta est et sicut castra locum, ubi arma ordine componerentur et milites lustrarentur, continebat. Vid. VIII 69 et Xen. Anab. II 2, 20. III 1, 3." Arn. Add. VII 28.

§ 4. κατὰ τὸ στασιωτικόν] κατὰ τὸ ἔθος τῶν στασιαζόντων. Schol. Cf. § 1. — δέοιτο. Malis δέοι, ut in simili re 68, 6 χρῆναι legitur. Non desunt tamen exempla verborum δεῖσθαι et δεῖ commutatorum et illius impersonaliter positi. Vid. Buttm. ad Plat. Men. c. 12. Doederl. ad. Soph. OC. 570. Steph. Thes. nov. II p. 1037. Sed Thucydidem aliis locis ita locutum esse demonstrari non potest; nam verba IV 69, 2 et VIII 43, 3 scripta aliter explanari possunt. Cf. ibi adn. Quare δέοιντο coniecit Krueg. conferens Xen. Hist. Gr. II 4, 35. Lys. XII 42. Aeschin. III 139. Sed etiam contumacius eadem verbi sententia ille homo dicit sibi ipsi bellando non opus esse, ut suo arbitrio permissum esse velit rei communiter suscipiendae deesse, si eam sibi non conducere putet. De diversis modis cum ὅτι particula coniunctis cf. adn. II 80, 1. — ἐπισπασθέντος. „Ἐπισπάσασθαι hic est apprehendere eo consilio, ut abstrahamus, abripiamus." Bloomf., apud quem vide plura. — θορυβηθέντος. Id hic de aspera et violenta loquentis

θέντος, ὁ δῆμος εὐθὺς ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα περι-
οργὴς ἐχώρει ἐπί τε Πελοποννησίους καὶ τοὺς
5 τὰ ἐναντία σφίσι μετ' αὐτῶν πράξαντας. καὶ
προσπεσόντες τρέπουσιν ἅμα μὲν μάχῃ αἰφνι-
δίῳ, ἅμα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τῶν πυλῶν ἀνοιγο-
μένων φοβηθέντων· ᾠήθησαν γὰρ ἀπὸ προειρη-
μένου τινὸς αὐτοῖς τὴν ἐπιχείρησιν γενέσθαι.
6 καὶ οἱ μὲν ἐς τὴν ἀκρόπολιν, ὅσοι μὴ αὐτίκα
διεφθάρησαν, κατέφυγον, ἥνπερ καὶ τὸ πρότε-
ρον αὐτοὶ εἶχον· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (ἤδη γὰρ καὶ
ὁ Νικίας ἐπαναστρέψας πρὸς τῇ πόλει ἦν) ἐσ-
πεσόντες [ἐς] τὴν [Μένδην] πόλιν, ἅτε οὐκ ἀπὸ
ξυμβάσεως ἀνοιχθεῖσαν, ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ ὡς
κατὰ κράτος ἑλόντες διήρπασαν, καὶ μόλις οἱ
στρατηγοὶ κατέσχον ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώ-
7 πους διαφθείρεσθαι. καὶ τοὺς μὲν Μενδαίους
μετὰ ταῦτα πολιτεύειν ἐκέλευον ὥσπερ εἰώθεσαν,

§ 4. περιοργής. Olim et in plerisque libris male περὶ ὀργῆς.

interpellatione non solo strepitu et tumultu, sed adeo plagis aut abripiendo effecta accipiendum esse docet Arnoldus. Haackius quidem tumultu exorto interpretatur; sed hanc sententiam θορυβηθέν flexione exprimi et perspicuitatis ratio postulabat et quod hic non legitur verbum dicendi vel nuntiandi. Cf. Buttm. Gr. § 145 adn. 10. Herwerdeni (Stud. Thuc. p. 67) coniectura θορυβήσαντος facilior est quam probabilior.

§ 5. φοβηθέντων. Suppl. αὐτῶν, et cf. adn. III 13, 7. IV 108, 1. — ἀπὸ προειρημένου τινός, ex aliquo compacto. Cf. Hoog. ad. Vig. p. 581 et ἀπὸ ξυνθήματος 67, 4, ἀπὸ παραγγέλματος VIII 99, similia. Cf. adn. I 133.

§ 6. αὐτοί. Cf. adn. 113, 2. — ἐπαναστρέψας. Cf. § 2. — πρὸς τῇ πόλει ἦν, ad urbem erat, apud urbem illam aderat. — [ἐς] τὴν ... πόλιν. Praepositio ἐς delenda est, ne enuntiatum participiale ἅτε ... ἀνοιχθεῖσαν, quod cum verbis ἐσπεσόντες ἐς τὴν Μ. πόλιν coniungi sententia vetat, a substantivo suo disiungatur. Cf. Ullrich. Symb. crit. IV p. 50. Ineptius etiam, cum praecesserit πρὸς τῇ πόλει, Μένδην additur, quasi haec alia urbs sit ab illa addito nomine distinguenda. — ἅτε. Cf. Krueg. Gr. § 56, 12 adn. 2. — οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως = ἄνευ ξυμβάσεως. Praepositionis notio addita negatione in contrarium vertitur. Cf. III 40, 6 μὴ ξὺν προφάσει, V 8, 3 μὴ ἀπὸ καταφρονήσεως, VI 86, 3 μὴ μεθ' ὑμῶν, VII 70, 8 μὴ κατ' ἀνάγκην. Soph. OC. 1636 οὐκ οἶκτου μέτα. — ὡς ... ἑλόντες, quod eam vi cepissent. Cf. adn. 14, 5. — ὥστε. Cf. adn. I 49, 7.

αὐτοὺς κρίναντας ἐν σφίσιν αὐτοῖς εἴ τινας ἡγοῦνται αἰτίους εἶναι τῆς ἀποστάσεως· τοὺς δ' ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀπετείχισαν ἑκατέρωθεν τείχει ἐς θάλασσαν καὶ φυλακὴν ἐπικαθίσταντο. ἐπειδὴ δὲ τὰ περὶ τὴν Μένδην κατέσχον, ἐπὶ τὴν Σκιώνην ἐχώρουν.

λόφου δέ τινος ἁλόντος καὶ Σκιώνη πολιορκεῖται, ὅποι οἱ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῆς Μένδης διαφεύγουσι.

131. Οἱ δὲ ἀντεπεξελθόντες αὐτοὶ καὶ Πελοποννήσιοι ἱδρύθησαν ἐπὶ λόφου καρτεροῦ πρὸ τῆς πόλεως, ὃν εἰ μὴ ἕλοιεν οἱ ἐναντίοι, οὐκ ἐγίγνετο σφῶν περιτείχισις. 1 προσβαλόντες δ' αὐτῷ κατὰ κράτος οἱ Ἀθηναῖοι καὶ μάχῃ ἐκκρούσαντες τοὺς ἐπόντας ἐστρατοπεδεύσαντό τε καὶ ἐς τὸν 2

§ 7. ἐπεκαθίσαντο libri longe plurimi. Hoc certe ἐπικαθίσαντο scribendum videtur; nam Thucydides etsi ἐκαθεζόμην, tamen non ἐκάθισα, verum καθῖσα dixit. Cf. VI 66, 1. VII 82, 3. Contra ἐκάθητο V 6, 5, ἐκάθηντο III 97, 2. IV 44, 4 idemque procul dubio restituendum V 58, 4, ubi optimorum librorum plerique κάθηντο habent. Cf. προσεκάθητο IV 130, 2, ἀντεκάθητο V 6, 3. Sed hic Ar. Chr. et corr. Pal. ἐπεκαθίσταντο, in quo germanum ἐπικαθίσταντο latere verisimile est. Nam vi transitiva quidem non solum ἐκάθισα, sed, de quo in Buttm. Gr. max. Ind. verb. v. ἕζομαι tacetur, etiam ἐκαθισάμην (ut ἐστησάμην) dici ostendunt Lycurg. 141. Demosth. contra Aph. II 15 et contra Apatur. 14. Dio Cass. XLIX 41. Luci. Pisc. 12. Sed nusquam legimus καθίζω φυλακήν, saepissime καθίστημι et καθίσταμαι apud Thuc. Xen. al. Cf. I 113, 1. II 24, 1. 94, 2. IV 41, 2, al. et Sturz. Lex. Xen. Ἐπεκαθίσταντο autem propter augmentum syllabicum barbarum ex iusto ἐπικαθίσταντο ita depravari potuit, ut in multis membranis ἀντεπαρεσκευάζοντο et ἀντεπαρατάσσοντο reperiuntur VII 3, 2. 5, 1, al. Imperfectum tamen Hofmano hic minus aptum videtur. At cf. II 94, 2, IV 90, 4. Ceterum Dindorfium in Steph. Thes., ἐπικαθίσαντο an ἐπικαθείσαντο scribatur, nihil fere interesse dicere miramur. Nam hoc, cuius nullum in membranis vestigium est, nemo reponi volet, cum aoristus εἰσάμην de longe alia re III 58, 5 in oratione Plataeensium legatur.

Cap. 131. § 2. ἐπόντας Bekker ex nostra coniectura postea a cod. Cl. confirmata. Vulgatam ἐπιόντας defendit quidem Krueger in Comment. antiqu. stud. 1842 p. 104 occurrentes, impetum cursu excipientes interpretans et, ne Scionaei et Peloponnesii nimis stolide egisse videantur, si collem, in quo consedissent, reli-

§ 7. ἐν σφίσιν αὐτοῖς. Cf. adn. 25, 9. — ἐπικαθίσταντο. Cf. ad. Cap. 131. § 1. Πελοποννήσιοι. Cf. adn. 129, 3. — ὃν εἰ μὴ ἕλοιεν ... οὐκ ἐγίγνετο σφῶν περιτείχισις, quem nisi caperent, non fiebat eorum circummunitio. Similis hic exceptio statuitur atque ea, de qua dictum est adn. III 9, 2. 10, 1. De genetivo obiecti σφῶν cf. 35, 4, de pronomine adn. I 20, 1.

περιτειχισμὸν τροπαῖον στήσαντες παρεσκευάζοντο.
3 καὶ αὐτῶν οὐ πολὺ ὕστερον ἤδη ἐν ἔργῳ ὄντων
οἱ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐν τῇ Μένδῃ πολιορκού-
μενοι ἐπίκουροι βιασάμενοι παρὰ θάλασσαν τὴν
φυλακὴν νυκτὸς ἀφικνοῦνται, καὶ διαφυγόντες
οἱ πλεῖστοι τὸ ἐπὶ τῇ Σκιώνῃ στρατόπεδον ἐσ-
ῆλθον ἐς αὐτήν.
1 132. Περιτειχιζομένης δὲ τῆς Σκιώνης Περ-
δίκκας τοῖς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῖς ἐπικηρυ-
κευσάμενος ὁμολογίαν ποιεῖται πρὸς τοὺς Ἀθη-
ναίους διὰ τὴν τοῦ Βρασίδου ἔχθραν περὶ τῆς
ἐκ τῆς Λύγκου ἀναχωρήσεως, εὐθὺς τότε ἀρξά-
2 μενος πράσσειν. καὶ ἐτύγχανε γὰρ τότε Ἰσχαγό-
ρας ὁ Λακεδαιμόνιος στρατιὰν μέλλων πεζῇ πο-
ρεύσειν ὡς Βρασίδαν, ὁ δὲ Περδίκκας, ἅμα μὲν

Περδίκκου ξύμβασις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. Ἰσχαγόρας οὐ δύναται ἐπικουρίαν προσάγειν Βρασίδᾳ, αὐτός γε μέντοι ὡς αὐτὸν ἀφικνεῖται.

querint, eos in hoc ipso colle paululum hostibus obviam procedere potuisse dicens. Sed id τοὺς ἀντιθέοντας, τοὺς ἐπιφερομένους similive verbo potius exprimendum quam hoc.

§ 3. διαφυγόντες. Cass. Aug. Ven. Pal. Vat. H. Lugd. Mosqu. διαφεύγοντες, quod non defenditur eodem librorum vitio 124, 3, ubi vide Bd.

§ 3. οἱ ἐκ cet. De praepos. vid. adn. I 8, 2. — παρὰ θάλασσαν cum ἀφικνοῦνται iungi vix verborum collocatio patitur. Vertas igitur: perrupta praeter mare custodia (nos: da sie sich am Meere vorbei . . . durchgeschlagen). Cf. 130, 7. — διαφυγόντες . . . στρατόπεδον, per (Atheniensium) castra ad Scionen posita elapsi.

Cap. 132. § 1. ὁμολογίαν. Non solum pacem, sed etiam societatem. Vid. V 5, 2. — περὶ τῆς . . . ἀναχωρήσεως. Ad c. 83 respici existimat Dukas. Sed de re 124, 4 narrata et eis, quae ex altero receptu orta sint, agi propter verba proxima εὐθὺς . . . πράσσειν alii malunt; nam haec 128, 5 dictis respondere; atque hoc ut statuamus eo cogimur, quod Brasidas illo tempore irruptionem in Lyncum non fecit (cf. 83, 2. 6) itaque ex ea redire non poterat. — πράσσειν. Repetas quidem ex superioribus πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, sed eo non est opus. Cf. adn. II 79, 2. Foederis a Perdicca cum Atheniensibus facti lacera fragmenta adhuc servata sunt, quae exscripta habentur in Inscr. Att. I n. 42. 43.

§ 2. καὶ ἐτύγχανε γάρ. Cf. adn. III 70, 3. — ὁ δὲ Περδίκκας. Δέ deleri vult Dobr., nec legitur in similibus locis III 70, 3. 107, 3; ferri tamen potest, quod et alibi, ubi enuntiationes interpositae sunt, per anacoluthon additur (cf. VIII 29, 2) et, si hic pro γάρ simile

κελεύοντος τοῦ Νικίου, ἐπειδὴ ξυνεβεβήκει, ἔν-
δηλόν τι ποιεῖν τοῖς Ἀθηναίοις βεβαιότητος πέρι,
ἅμα δ' αὐτὸς οὐκέτι βουλόμενος Πελοποννησίους
ἐς τὴν αὐτοῦ ἀφικνεῖσθαι, παρασκευάσας τοὺς ἐν
Θεσσαλίᾳ ξένους, χρώμενος ἀεὶ τοῖς πρώτοις, δι-
εκώλυσε τὸ στράτευμα καὶ τὴν παρασκευὴν ὥστε
μηδὲ πειρᾶσθαι Θεσσαλῶν. Ἰσχαγόρας μέντοι καὶ 3
Ἀμεινίας καὶ Ἀριστεὺς αὐτοί τε ὡς Βρασίδαν
ἀφίκοντο, ἐπιδεῖν πεμψάντων Λακεδαιμονίων τὰ
πράγματα, καὶ τῶν ἡβώντων αὐτῷ παρανόμως
ἄνδρας ἐξῆγον ἐκ Σπάρτης ὥστε τῶν πόλεων ἄρ-

Cap. 132. § 2. *αὐτοῦ* Cass. Aug. Ven. Pal. Gr. al.
§ 3. *ἡβώντων αὐτῶν* codd. Cf. adn.

ἐπεί cogitatur, recte scriptum est. Cf. adn. I 11, 1. — *ἐπειδὴ ξυνεβεβήκει*, quoniam pactionem fecisset. Cf. 78, 4 *ἐπειδὴ προεκεχωρήκει* et adn. 117, 2. — *ἔνδηλον ... πέρι*, manifestam aliquam constantiae suae significationem Atheniensibus dare, Port. — *παρασκευάσας*. Cf. adn. III 36, 5. — *χρώμενος ... τοῖς πρώτοις*] *δηλονότι ξένοις καὶ φίλοις*. Schol. Exemplum 78, 2 reperitur. — *τὴν παρασκευήν*. Conatum vertit Class., quam vim vocabulum non habet. Neque interpretari licet impedivit apparatum i. e. quominus exercitus pararetur; nam paratum hunc fuisse *τὸ στράτευμα* ostendit. Quare substantivo *παρασκευή* eandem sententiam tribuentes, quam paulo ante verbum *παρασκευάζειν* habet, Perdiccam eo, quod Thessalorum principes ad suum consilium adiuvandum adduxerat, impedivisse volumus, quominus Ischagoras, ut Brasidas fecerat (cf. 78, 3. 4), Thessalos suis consiliis conciliaret. Atque hoc ita impedivisse dicitur, ut ne temptaretur quidem. Genetivum *Θεσσαλῶν* igitur ad *τὴν παρασκευήν* applicamus.

§ 3. *ἐπιδεῖν*. Cf. adn. ad *προσβάλλειν* 127, 2. — *καὶ τῶν ἡβώντων ...*] *ὡς ... οὐκ ὄντος νομίμου ἄρχοντας καθιστάνειν ταῖς πόλεσι τοὺς ἡβῶντας, ἀλλὰ τοὺς προβεβηκότας καθ' ἡλικίαν*. Schol. *Παρανόμως* hic non esse contra leges, sed praeter consuetudinem (*παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἔθος* schol.), contra instituta (Spartiatarum), demonstrant Mans. Sart. II p. 140. Lex. Arn. Hoc autem primum est harmostarum vestigium. Cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 39 adn. 8. Nomen *ἁρμοστής* VIII 5, 2 legitur. *Ἄνδρας*, quod insolentius de *τοῖς ἡβῶσιν* dictum videatur, valet *τινάς*. Cf. Bergmann. ad Isocr. Aerop. p. 150 ed. Bensel. et adn. VII 43, 4. Neque enim audiendus est Haasius sic interpretatus: adolescentium ... quosdam tamquam viros. Quod in codicibus scriptum est *τῶν ἡβώντων αὐτῶν* neque ita explicare licet, ut ipsorum puberum vertamus, quoniam oppositum deest, neque *αὐτῶν* pro genetivo partitivo acceptum

χοντας καθιστάναι καὶ μὴ τοῖς ἐντυχοῦσιν ἐπιτρέπειν. καὶ Κλεαρίδαν μὲν τὸν Κλεωνύμου καθίστησιν ἐν Ἀμφιπόλει, Πασιτελίδαν δὲ τὸν Ἡγησάνδρου ἐν Τορώνῃ.

1 133. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει Θηβαῖοι Θεσπιέων
τεῖχος περιεῖλον ἐπικαλέσαντες ἀττικισμόν, βουλόμενοι
μὲν καὶ ἀεί, παρεστηκὸς δὲ ῥᾷον ἐπειδὴ
καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους μάχῃ ὅ τι ἦν αὐτῶν
2 ἄνθος ἀπωλώλει. καὶ ὁ νεὼς τῆς Ἥρας τοῦ αὐτοῦ
θέρους ἐν Ἄργει κατεκαύθη, Χρυσίδος τῆς
ἱερείας λύχνον τινὰ θείσης ἡμμένον πρὸς τὰ
στέμματα καὶ ἐπικαταδαρθούσης, ὥστε ἔλαθεν

Θηβαῖοι Θεσπιέων τεῖχος περιαιροῦσι, καὶ ὁ νεὼς τῆς Ἥρας ἐν Ἄργει κατακαίεται.

Ἐπιτελίδαν codd. Emend. Dobr. Cf. V 3, 1. 2.

Cap. 188. § 1. ἀπωλώλει It. Vat. Aug. M., reliqui ἀπολώλει. Verbi ἔρχεσθαι plusquamperf. constanter in libris augmento caret; idem in eodem tempore verbi ὀλλύναι hic et VII 27, 5 boni libri servant. Cf. Herodian. II p. 268. Krueg. Gr. § 28, 6 adn. 2.

ad Λακεδαιμονίων referre, quia idem atque proximum ἐκ Σπάρτης valeret. Deinde urbium praefectos a triumviris institutos esse non est probabile; sed hoc penes Brasidam fuisse cum inde apparere videatur, quod idem postea Agis (VIII 5, 2) et Lysander (cf. Xen. Hist. Gr. II 2, 2) fecerunt, tum ex singulari καθίστησιν, qui ad unum aliquem triumvirorum non significatum referri nequeat (ad parum similia spectat adn. I 91, 5), colligi potest, maxime vero apparet restituta vera scriptura αὐτῷ. Cf. V 13, 1 ᾧπερ ἦγον τὴν στρατιάν, et de coniunctione ὥστε adn. II 40, 4. — τοῖς ἐντυχοῦσιν. „Quos hic τοὺς ἐντυχόντας vocat Thuc., hos alii τοὺς τυχόντας magis dicunt.“ Duk. Cf. Vig. p. 364. Thucydides ipse alibi (ut I 22, 2) τοὺς παρατυχόντας vocare consuevit. Sed ὁ ἐντυχὼν et ὁ ἐντυγχάνων similiter apud Plat. Isae. alios legi discas ex Steph. Thes. — ἐπιτρέπειν. Suppl. αὐτάς.

Cap. 188. § 1. περιεῖλον. Cf. adn. I 108, 3 et de articulo ante τεῖχος omisso adn. I 101, 3. — ἀττικισμόν. Cf. Krus. Hell. II 1 p. 602. — παρεστηκός. Cf. adn. 125, 1. De verbo vid. adn. 61, 2. Sed sententiae causa forsitan aliquis malit legi παρεσχηκός. Cf. adn. I 120, 3. IV 85, 2. — ἐν τῇ ... μάχῃ. Apud Delium. Cf. c. 96. — ὅ τι ... ἄνθος. De v. ἄνθος cf. Hemsterh. ad Luci. Tim. I p. 474 ed. Lehm. et Plugk. ad Eur. Hel. 1593, de usu relativi generis neutrius Matth. Gr. § 442 adn. et supra IV 33, 1 adn. Sic fere quod roboris in Samnio erat Liv. X 38, omne quod roboris, quod floris fuerit XXVII 4, 4. Cf. Herz. ad Caes. B. c. III 87.

§ 2. ὁ νεὼς τῆς Ἥρας. De hoc templo inter Mycenas et Argos sito vid. Paus. II 17 et Leak. Pelop. II p. 389 sqq. Curt. Pelop. II p. 396 sqq. Bursian. Geogr. II p. 47 sq. — ἐν Ἄργει. Cf. adn. II 2, 1 et V 18, 10. — κατεκαύθη. Cf. Paus. II 17, 7. — ἔλαθεν. Cf.

ἀφθέντα πάντα καὶ καταφλεχθέντα. καὶ ἡ Χρυσὶς μὲν εὐθὺς τῆς νυκτὸς δείσασα τοὺς Ἀργείους ἐς Φλειοῦντα φεύγει· οἱ δὲ ἄλλην ἱέρειαν ἐκ τοῦ νόμου τοῦ προκειμένου κατεστήσαντο, Φαεινίδα ὄνομα. ἔτη δὲ ἡ Χρυσὶς τοῦ πολέμου 3
τοῦδε ἐπέλαβεν ὀκτὼ καὶ ἔνατον ἐκ μέσου, ὅτε ἐπεφεύγει. καὶ ἡ Σκιώνη τοῦ θέρους ἤδη τελευτῶντος περιετετείχιστό τε παντελῶς, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπ' αὐτῇ φυλακὴν καταλιπόντες ἀνεχώρησαν τῷ ἄλλῳ στρατῷ.

Μαντινέων καὶ Τεγεατῶν ξυμβολὴ ἐν Λαοδοκείῳ.

134. Ἐν δὲ τῷ ἐπιόντι χειμῶνι τὰ μὲν Ἀθη- 1
ναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἡσύχαζε διὰ τὴν ἐκεχειρίαν, Μαντινῆς δὲ καὶ Τεγεᾶται καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέρων ξυνέβαλον ἐν Λαοδοκείῳ τῆς

§ 4. ἡ Χρυσίς Vat. et Bekk. Vulgo articulus deest, quem, cum hoc nomen iam bis paulo ante affuerit, utique desideramus.

Cap. 134. § 1. Λαοδοκείῳ pro Λαοδικίῳ nunc auctore Bursian. Geogr. II p. 227, 4 rescripsimus, cum item apud Polyb. II 51. 55 Λαδοκείοις, Λαδόκεια nunc restitutum sit. Cf. Paus. VIII 44, 1.

adn. 80, 2. — καταφλεχθέντα. Hinc verbi φλέγειν non recte solum aoristum secundum passivi in Buttm. Gr. max. Ind. verb. agnosci intellegitur. Καταφλεχθῆναι etiam apud complures recentiores legitur (cf. Steph. Thes.), ἀναφλεχθῆναι in Plat. Epist. (vid. Ast. Lex. Plat.).

§ 3. ἐς Φλειοῦντα. „Tegeam Paus. l. d Clementis Alexandr. in Protrept. p. 35 [sacerdotem una cum templo combustam tradentis] et, qui eum sequitur, Arnobii VI p. 207 nullam rationem habet Scaliger ad Euseb. Chron. p. 204." Duk. — τοῦ προκειμένου deleri vult Krueg. Et alibi sane νόμος dicitur κεῖσθαι (III 82, 6. V 105. VI 54), sed si est lex, non institutum, ut hic, ubi προκείμενος non morem definire videtur, qui omnino in sufficiendis sacerdotibus valuerit, sed eum, qui ad peculiarem hanc rerum condicionem accommodatus eis in promptu fuerit. Deleto τοῦ νόμου, quod proposuit Madv. Adv. crit. I p. 323, ἐκ τοῦ προκειμένου nimis obscurum est. — ἐπέλαβεν] κατέσχε. Schol. Attigerat, Steph. in Thes.

Cap. 134. § 1. οἱ ξύμμαχοι ἑκατέρων. Velut Heraeenses et Maenalii, qui V 67 una cum Tegeatis Lacedaemonios adiuvant, et Parrhasii, de quibus V 33. Add. V 47, 1. — Λαοδοκείῳ. Polybius II 51 et 55 τὰ Λαδόκεια τῆς Μεγαλοπολίτιδος vocat. Fallitur ibi Schweigh. in adn. vol. V p. 459. Cf. ad. —

Ὀρεσθίδος, καὶ ⟨ἡ⟩ νίκη ἀμφιδήριτος ἐγένετο·
κέρας γὰρ ἑκάτεροι τρέψαντες τὸ καθ' αὑτοὺς
τροπαῖά τε ἀμφότεροι ἔστησαν καὶ σκῦλα ἐς Δελ-
2 φοὺς ἀπέπεμψαν. διαφθαρέντων μέντοι πολλῶν
ἑκατέροις καὶ ἀγχωμάλου τῆς μάχης γενομένης
καὶ ἀφελομένης νυκτὸς τὸ ἔργον οἱ Τεγεᾶται μὲν
ἐπηυλίσαντό τε καὶ εὐθὺς ἔστησαν τροπαῖον, Μαν-
τινῆς δὲ ἀπεχώρησάν τε ἐς Βουκολιῶνα καὶ ὕστε-
ρον ἀντέστησαν.

1 135. Ἀπεπείρασε δὲ τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ Βρασίδας
ὁ Βρασίδας τελευτῶντος καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη Ποτει- Ποτειδαίας
δαίας. προσελθὼν γὰρ νυκτὸς καὶ κλίμακα προσ- ἀποπειρᾷ.
θεὶς μέχρι μὲν τούτου ἔλαθε (τοῦ γὰρ κώδωνος

αὑτούς. Cass. Aug. Gr. αὐτούς, sed ad καθ' nihil diversitatis adnotatum est. Ceterum cf. adn. I 17.

§ 2. Βουκολιῶνα Cass. et Aug., reliqui Βουκολίωνα. Cf. Herodian. I p. 20 sq. Goettl. Doctr. accent. p. 266 g.

Ὀρεσθίδος. Haec Ὀρεστία vel Ὀρέστεια nominatur a Steph. Byz. in v. Ὀρέσται. Ager videtur Ὀρεσθεῖον urbis V 64, cuius conditor a Paus. VIII 3, 1 Ὀρεσθεύς, filius Lycaonis, dicitur, a quo Ὀρεσθάσιον [? Ὀρέσθειον?], postea autem ab Oreste, Agamemnonis filio, mutato nomine Ὀρέστειον, ut apud Eur. et alibi nomen pingitur, appellata esse perhibetur. Sitam eam fuisse in Maenalia discimus ex Thuc. V 64, in via Megalopoli Pallantium et Tegeam ferenti ex Paus. VIII 44, 1. 2. Cf. Muell. Dor. II p. 442. In culmine montis Tzimbarú collocatur a Leak. Pelop. II p. 318 sq. Sub hoc monte situm fuisse mavult Bursian. Geogr. II p. 227, 3. — ⟨ἡ⟩ νίκη. Cf. VII 55, 1. VIII 27, 6. — κέρας ... αὑτούς. Et a Mantinensibus et a Tegeatis socii adversariorum videntur fugati esse. De κατά cf. ad. I 33, 3.

§ 2. ἀγχωμάλου. Cf. adn. III 49, 1. — Βουκολιῶνα. Hunc locum alibi quam apud Plin. IV 6 frustra quaesivimus, sed inter Laodoceum et Mantineam fuisse liquet ex Thucydidis narratione. De accentu cf. ad. — ἀντέστησαν scil. τροπαῖον.

Cap. 135. § 1. τοῦ αὐτοῦ ... Βρασίδας τελευτῶντος. De collocatione verborum insolentiore vid. adn. III 90, 4 et Dorv. ad Char. p. 320, de ceteris cf. V 39, 3. — μέχρι μὲν τούτου] τοῦ προσθεῖναι τὴν κλίμακα. Schol. Ergo hactenus. Cf. V 32, 4. — κώδωνος. „Excubiarum praefecti [immo circitores vigiliarum] tintinnabula secum ferebant ad explorandos vigiles, ut eis auditis responderent. Vid. Suid. in v. κωδωνοφορῶν." Huds. „Schol. Aristoph. Av. 1160 et ex eo Suid. in κωδωνοφορεῖται. [Conf. id. schol. ad v. 843.] Memorat etiam ... Harpocrat. [et Etym. M.] in διεκωδώνισε." Duk. Male nonnulli de tuba cogitaverunt propter Soph. Ai.

*παρενεχθέντος οὕτως ἐς τὸ διάκενον, πρὶν ἐπαν-
ελθεῖν τὸν παραδιδόντα αὐτόν, ἡ πρόσθεσις ἐγέ-
νετο), ἔπειτα μέντοι εὐθὺς αἰσθομένων πρὶν
προσβῆναι, ἀπήγαγε πάλιν κατὰ τάχος τὴν στρα-
τιάν, καὶ οὐκ ἀνέμεινεν ἡμέραν γενέσθαι. καὶ ὁ* 2
*χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ ἔνατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτε-
λεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν.*

17. „Esse tintinnabulum ... apparet ex Hesych.: *κωδωνοφορῶν·* — *οἱ περιπολάρχαι ἐπὶ τοὺς φύλακας ἐρχόμενοι κώδωνα διέσειον, καὶ οὕτως ἐξεπείραζον τὸν καθεύδοντα.* Photius in eadem voce habet *καὶ ἐψόφουν πειράζοντες* [ut schol. Aristoph.]" Goell. — *οὕτως*, ita ut hac opportunitate uterentur. Respicit ad praegressum participium, ut III 96, 2, ubi vide adn. Inutilis est Cobeti (Nov. lect. p. 231) coniectura *ἐν τοσούτῳ*. — *ἐς τὸ διάκενον ... ἐγένετο. Αὐτόν* spectat ad *τὸν κώδωνα*, et *τὸ διάκενον* est vacuum murorum spatium interiectum. Cf. V 71. Id autem inter custodes et circitores interiectum esse male nonnulli censent. Hoc enim intervallum minus esset, quam id, quod inter binas excubias interesset, quas ita dispositas esse consentaneum est, ut ipsis insciis nemo murum temptare posset. Itaque totam stationem excubitorum aliquo in loco collocatorum signum deferre debuisse statuentes locum illius custodibus interea paulisper vacuum significari putamus, sive *ὁ παραδιδούς* est *ὁ περιπολάρχης*, sive in singulis stationibus singuli vigiles fuisse existimandi sunt. Ita „Lips. Poliorcet. p. 279: dum is, qui circuit, tintinnabulum porrigit atque ita locum paulisper deserit. Nam *κώδων* videtur a statione excubiarum in moenibus positarum ad stationem traditus esse. Hoc ipsum tempus Aratus insidiis legit, cum Sicyonem caperet. Plut. Vit. Arat. 7." Goell. Cf. Kor. ad Plut. ed. Schaef. vol. V p. 471. Alias in circumeundis vigiliis (*τῇ περιοδείᾳ, τῷ περιοδεύειν, ἐφοδεύειν*, cf. Kor. et Ast. ad Theophr. Charact. c. 6) Graeci *τῇ τῆς σκυταλίδος περιφορᾷ καὶ παραδόσει* utebantur. Vid., ad quem Arn. delegat, Casaub. ad Aen. Tact. c. 22. — *αἰσθομένων.* Cf. Matth. Gr. § 563. — *προσβῆναι.* Cum vere accessisse Brasidam paulo ante legerimus, fere idem esse debet atque *ἀναβῆναι*, ut III 22, 3. — *ἀνέμεινεν* cum infin. ut 120, 3, ubi vide adn.

Corrigendis libri tertii (p. IV) haec addenda sunt:
adn. III 12, 8 vers. finem legendum est: ita ut hinc *ἐπ' ἐκείνους ἰέναι* penderet
adn. III 25, 1 partem euripi eius, quo insula Mytilenen antiquiorem continens a reliqua Lesbo separabatur (cf. Diod. XIII 79), exsiccatam etc.

THUCYDIDIS

DE

BELLO PELOPONNESIACO

LIBRI OCTO.

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDITOS

EXPLANAVIT

ERNESTUS FRIDERICUS POPPO.

EDITIO ALTERA, QUAM AUXIT ET EMENDAVIT

IOANNES MATTHIAS STAHL.

VOL. III. SECT. I.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXIX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO

IOANNIS MATTHIAE STAHLII.

Serius quam volebam mihi contigit, ut quod susceperam retractandae huius editionis munus persequerer. Post quadriennium igitur ad id reversus consilio non mutato institutam rationem tenui scriptoris interpretandi et ubi opus esset pro virili parte emendandi. Quanquam enim nuper fuit qui praematuram hanc omnem emendandi Thucydidis operam iudicaret, quod accurata demum quae nondum parata esset eius recensione emendatio niti posset, non ab omni quidem parte infructuosum fore puto, si quis potiores Thucydidis libros manu scriptos denuo perscrutatus sit, sed hac opera futurum esse ut aliud emendationi fundamentum constituatur confidenter nego. Nam Bekker minutias quidem orthographicas vel manifesta calami vitia ad unum omnia non ea cura enotavit, quae hodie plerisque necessaria videtur; sed, si orthographica praetermittis, eas scripturas, quarum ad cognoscenda et eruenda ipsius scriptoris verba ratio aliqua habenda esset, tam accurate enotavit, ut in paucissimis et levissimis tantum aliquid ab illo praetermissum aut erratum sit. Quae talia invenientur, eorum ad emendandum Thucydidem aut nullus usus erit aut valde exiguus. Rectam autem scribendi rationem codicum memoria plerumque non tam demonstrat quam aliunde cognitam confirmat. Maxime adhuc desideratur plena atque exacta libri Laurentiani collatio, sed cum ei similis sit et satis notus Monacensis 228, ne ex hac quidem quicquam proditurum esse credo quo aliam atque nunc emendandi viam sequi cogamur.

Cum interpretis vero munere emendandi studium necessitate quadam coniunctum est, si quidem ratione ac via usus interpretationem ad sententiarum cohaerentiam, sermonis leges rerumque veritatem componere debet. Cui necessitati cum mihi quoque parendum esset, imprimis haud neglectis aliorum iudiciis ea diligenter examinavi,

quae in editione Tauchnitziana statueram, et ubi priorem sententiam causis, non opinionibus improbatam vidi, libenter mutavi. Sedulo enim cavere volui, ne mihi mea magis placerent, quod mea quam quod vera essent.

Quod ad libros attinet, ad quos in rebus explicandis eos qui plura cuperent et Poppo et ego delegavimus, nunc tertia usus sum Schoemanni Antiquitatum Graecarum editione, quarum antea prima adhibita est, itemque quartae Historiae Graecae ab Ernesto Curtio conscriptae; Hermanni Antiquitatum antea usus eram quam ipse paravit editione eaque primi voluminis postrema, nunc novissimam a Baehrio et Starkio curatam consului.

Postremo hic liceat aliquot errores in l. IV eiusque commentariis a typothetis commissos, quae me, cum plagulas corrigerem, aliis negotiis occupatum et amicorum officio atque auxilio destitutum effugerunt, breviter notare. In Thucydidis verbis lege:

12, 3	*ἀμύνεσθαι*	pro	*ἀνύνεσθαι*
29, 2	*Δημοσθένη*	,,	*Δημοσθένη*
29, 3	*ἀπροσδοκήτως*	,,	*ἀπροδοκήτως*
32, 3	*διακοσίους*	,,	*διακασίους*
32, 3	*ἀπορία*	,,	*ἀπορίᾳ*
33, 1	*Ἐπιτάδαν*	,,	*Ἐλπιτάδαν*
63, 2	*τύχοιμεν*	,,	*τύχομεν*
102, 4	*τοῦ*	,,	*τοὐ*,

in adnotationibus

p. 34 col. dextr. v. 23 prout pro ut

p. 204 ,, sinistr. v. 17 quin ,, quia;

praeterea p. 169 col. sinistr. v. 11 uno praeter hunc loco (V 69, 1) pro hoc uno loco et p. 187 col. sinistr. v. 26. 27 esse pro fore scribere debebam.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Ε.

X. *Δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. α'—κδ'.*

A. *Θέρος. Κεφ. α'—ιβ'.*

1) *Ἐκεχειρία γίγνεται, ἐν ᾗ Ἀθηναῖοι Δηλίους ἀνέστησαν. α'.*

2) *Κλέωνος στρατεία ἐς Τορώνην. β'. γ'.*

3) *Φαίακος πλοῦς ἐς τὴν Σικελίαν. δ'. ε'.*

4) *Κλέωνος στρατεία ἐς Ἀμφίπολιν. μάχη ἐπ' Ἀμφιπόλει, θάνατος Κλέωνος καὶ Βρασίδου. ς'—ια'.*

Παρακέλευσις Βρασίδου. θ'.

5) *Οἱ ἀμφὶ Ῥαμφίαν ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης βοήθειαν ἄγοντες ἐς Ἡράκλειαν ἀφικνοῦνται. ιβ'.*

B. *Χειμών. Κεφ. ιγ'—κδ'.*

1) *Οἱ ἀμφὶ Ῥαμφίαν ἀναχωροῦσιν ἐπ' οἴκου. ιγ'.*

2) *Αἰτίαι δι' ἃς οἵ τε Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὴν εἰρήνην τὴν γνώμην εἶχον. ιδ'—ιζ'.*

3) *Γίγνονται σπονδαὶ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων. ιζ'—κ'.*

Αἱ σπονδαὶ αὐταί. ιη'. ιθ'.

4) *Λακεδαιμονίων λαχόντων προτέρων τὰ τῆς ὁμολογίας ἀποτελεῖν ἀπορίαι γίγνονται περὶ Ἀμφιπόλεως, οὐδὲ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι πάντες δέχονται τὰς σπονδάς. κα'.*

5) *Γίγνεται οὖν ξυμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων πεντηκοντούτης. κβ'—κδ'.*

Ἡ ξυμμαχία αὐτή. κγ'.

XI. *Ἑνδέκατον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. κε'—λθ'.*

A. *Θέρος. Κεφ. κε'—λε'.*

1) *Ὅτι αὐτίκα πάλιν ταραχαὶ καὶ ὑποψίαι ἦσαν, ὕστερον δὲ αὖθις ἐς πόλεμον φανερὸν κατέστησαν. κε'.*

2) *Ὅτι τῆς ξυμβάσεως οὐκ ἀληθοῦς εἰρήνης οὔσης ὁ πόλεμος ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἔτη ἐγένετο καὶ Θουκυδίδης διὰ παντὸς αὐτοῦ ἐπεβίω. κς'.*

3) *Οἱ Κορίνθιοι τοὺς Ἀργείους πείθουσι τοὺς βουλομένους τῶν Ἑλλήνων προκαλεῖσθαι ἐς ξυμμαχίαν. κζ'. κη'.*

4) *Μαντινῆς πρῶτοι τοῖς Ἀργείοις προσχωροῦσι. τότε δὲ καὶ ἡ ἄλλη Πελοπόννησος διαθορυβεῖται καὶ πρὸς τούτους ῥέπει. κθ'.*

5) *Λακεδαιμόνιοι Κορινθίοις ἄλλως παρακελεύονται ἐσιέναι ἐς τὰς τῶν Ἀθηναίων σπονδάς. λ'.*

6) *Καὶ μὴν Ἠλεῖοι Λακεδαιμονίοις περὶ Λεπρέου διαφερόμενοι Ἀργείων γίγνονται ξύμμαχοι. τούτοις δὲ ἕπονται Κορίνθιοι καὶ Χαλκιδῆς. λα'.*

7) *Ἀθηναῖοι Σκιώνην μὲν αἱροῦσι, Δηλίους δὲ κατάγουσι. πόλεμος Λοκρῶν καὶ Φωκέων. λβ'. § α'. β'.*

8) *Κορίνθιοι οὔτε Τεγεάτας οὔτε Βοιωτοὺς οἷοί τέ εἰσιν ἐς τὴν Ἀργείων ξυμμαχίαν ἐσάγειν. λβ'. § γ'—θ'.*

9) *Λακεδαιμονίων στρατεία ἐς Παρρασίους, οὓς ἐλευθεροῦσι. λγ'.*

10) *Τρόπος ὃν οἱ Λακεδαιμόνιοι τούς τε μετὰ Βρασίδου Εἵλωτας μαχεσαμένους καὶ τοὺς ἐκ Σφακτηρίας αἰχμαλώτους διατιθέασι. λδ'.*

11) *Θυσσὸς αἱρεῖται. λε'. § α'.*

12) *Ὑποψίαι καὶ διαφοραὶ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων. διαμένει γε μέντοι ἡ ἡσυχία, καὶ οἱ ἐκ Πύλου Εἵλωτες ἐξάγονται. λε'. § β'—η'.*

B. *Χειμών. Κεφ. λϛ'—λθ'.*

1) *Κλεόβουλος καὶ Ξενάρης πειρῶνται τὰς σπονδὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων διαλῦσαι. λϛ'—λη'.*

2) *Μηκύβερνα αἱρεῖται. λθ'. § α'.*

3) *Λακεδαιμόνιοι Βοιωτοῖς ξυμμαχίαν ἰδίαν ποιοῦνται, καὶ Πάνακτον καθαιρεῖται. λθ'. § β'. γ'.*

XII. *Δωδέκατον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. μ'—να'.*

A. *Θέρος. Κεφ. μ'—ν'.*

1) *Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐς λόγους ξυνέρχονται. μ'. μα'.*

2) *Ἀθηναῖοι τῇ Πανάκτου καθαιρέσει καὶ τῇ ἰδίᾳ Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν ξυμμαχίᾳ ἀγανακτοῦσιν. μβ'.*

3) *Ὑπὸ Ἀλκιβιάδου πεισθέντες Ἀθηναῖοι Ἀργείοις καὶ τοῖς τούτων ξυμμάχοις Μαντινεῦσι καὶ Ἠλείοις ξυμμαχίαν ποιοῦνται. μγ'—μζ'.*

Ἡ ξυμμαχία αὐτή. μζ'.

4) *Αἱ τῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων σπονδαὶ ἔτι διαμένουσιν. οἱ Κορίνθιοι πρὸς ἐκείνους πάλιν τὴν γνώμην ἔχουσι. μη'.*

5) *Λακεδαιμονίους Ἠλεῖοι τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἱεροῦ εἴργουσιν. ἀμφιλογίαι αὐτῶν περὶ καταδίκης. Λίχας. μθ'. ν'. § α'—δ'.*

6) *Κορινθίοις λόγοι προσφέρονται. ν'. § ε'.*

B. *Χειμών. Κεφ. να'.*

Ἡρακλεῶται οἱ ἐν Τραχῖνι ἡσσῶνται Αἰνιάνων καὶ ἄλλων προσχώρων. να'.

XIII. *Τρίτον καὶ δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. νβ'—νϛ'.*

A. *Θέρος. Κεφ. νβ'—νε'.*

1) *Ἡράκλειαν Βοιωτοὶ παραλαμβάνουσιν. νβ'. § α'.*

2) *Ἀλκιβιάδης ἐς Πελοπόννησον στρατεύσας τείχη οἰκοδομεῖ. νβ'. § β'.*

3) *Πόλεμος Ἐπιδαυρίων καὶ Ἀργείων. νγ'—νε'.*

B. *Χειμών. Κεφ. νϛ'.*

Λακεδαιμονίων φρουροὺς ἐς Ἐπίδαυρον ἐσπεμψάντων Ἀθηναῖοι τοὺς Εἵλωτας ἐς Πύλον ἀνακομίζουσιν. Ἐπιδαύρου Ἀργεῖοι ἀποπειρῶσι.

XIV. *Τέταρτον καὶ δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. νζ'—πα'.*

A. *Θέρος. Κεφ. νζ'—οε'. Πόλεμος Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων.*

1) *Πρώτη στρατεία Λακεδαιμονίων Ἄγιδος ἡγουμένου ἐπὶ Ἄργος. τετράμηνοι σπονδαί. νζ'—ξ'.*

2) *Αἱ σπονδαὶ λύονται. Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι Ὀρχομενὸν μὲν αἱροῦσι, παρασκευάζονται δὲ καὶ ὡς ἐπὶ Τεγέαν. ξα'. ξβ'.*

3) *Δευτέρα στρατεία Ἄγιδος ἐπὶ Ἄργος. ξγ'—οε'.*

α) *Πορεῖαι καὶ ἀντιστρατοπεδεύσεις ἑκατέρων. ξγ'—ξε'.*

β) *Μάχη μεγίστη μεταξὺ Μαντινείας καὶ Τεγέας, ἐν ᾗ ἡσσῶνται Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι. ξϛ'—οδ'.*

γ) *Λακεδαιμόνιοι οὐ χρῶνται τῇ νίκῃ. Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἄρχονται Ἐπίδαυρον τειχίζειν. οε'.*

B. *Χειμών. Κεφ. οϛ'—πα'.*

1) *Σπονδαὶ καὶ ξυμμαχία γίγνονται Λακεδαιμονίων καὶ Ἀργείων. οϛ'—οθ'.*

Αἱ σπονδαὶ αὗται. οζ'.

Ἡ ξυμμαχία αὐτή. οθ'.

2) *Ἀθηναῖοι κελεύονται τῆς Πελοποννήσου ἐξελθεῖν. Περδίκκας καὶ οἱ Χαλκιδῆς ξυνομνύασι Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀργείοις. Δημοσθένους δόλος. Ἐπιδαυρίοις τὸ τείχισμα ἀποδίδοται. π'.*

3) *Μαντινῆς ξυμβαίνουσι Λακεδαιμονίοις. ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Ἄργει ὀλιγαρχία καθίσταται. πα'.*

XV. *Πέμπτον καὶ δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. πβ'. πγ'.*

A. *Θέρος. πβ'.*

1) *Περὶ Διέων καὶ Ἀχαΐας. § α'.*

2) *Ἀργείων ὁ δῆμος τῶν ὀλίγων, οἷς οἱ Λακεδαιμόνιοι μέλλουσι βοηθεῖν, ἐπικρατεῖ καὶ Ἀθηναίοις πάλιν σπεισάμενος μακρὰ τείχη τειχίζει. § β'—ϛ'.*

Β. *Χειμών.* *πγ'.*

1) *Λακεδαιμονίων στρατεία, ἐν ᾗ τὰ Ἀργείων τείχη καὶ Ὑσιὰς λαμβάνουσιν.* § α'. β'.

2) *Ἀργείων στρατεία ἐς τὴν Φλειασίαν.* § γ'.

3) *Περδίκκας κατακλῄεται.* § δ'.

XVI. *Ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος τοῦ πολέμου. Κεφ. πδ'—Βιβλ.* Ζ. *κεφ. ζ'.*

Α. *Θέρος. Κεφ. πδ'—ριε'.*

1) *Μηλίων πολιορκία. πδ'—ριδ'.*

Διάλογος Μηλίων καὶ Ἀθηναίων. πε'—ριγ'.

2) *Ἀργείων δευτέρα ἐσβολὴ ἐς τὴν Φλειασίαν. Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων λῃστεῖαι. πόλεμος Κορινθίων καὶ Ἀθηναίων. ριε'.* § α'—γ'.

3) *Μηλίων ἐπέξοδος.* § δ'.

Β. *Χειμών. Κεφ. ρις'—Βιβλ.* Ζ. *κεφ. ζ'.*

1) *Λακεδαιμόνιοι μέλλουσιν ἐς τὴν Ἀργείαν στρατεύειν. ρις'.* § α'.

2) *Μηλίων μετὰ δευτέραν ἐπέξοδον ἅλωσις καὶ ὠμοτάτη τιμωρία.* § β'—δ'.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ Ε.

---

1. *Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων. καὶ ἐν*

Ἐκεχειρία γίγνεται, ἐν ῇ Ἀθηναῖοι Δηλίους ἀνέστησαν.

Cap. 1. *αἱ μὲν . . . Πυθίων* antehac sic explicaverunt: indutiae annuae solutae erant (et bellum renovatum est) usque ad Pythia, i. e. usquedum Pythia novas indutias novamque belli cessationem effecerunt. Sed hanc interpretationem, quam primus improbavit Mueller-Struebing. Aristoph. p. 387 sqq., reiciendam esse apparet. Nam temere addita sunt verba et bellum renovatum est, quoniam, cum non semper et ubique indutiarum exitum continuo bellum sequatur (nempe possunt etiam finitis indutiis aliquantum temporis arma quiescere), nulla eius supplementi est necessitas. Neque haec erat feriarum Pythicarum vis, ut earum tempore omne bellum prorsus intermitteretur, sed propter eas pacabatur Delphica tantum terra et tutus commeatus ludos adeuntibus dabatur. Cf. quae de Olympiis exponit Schoemann. Antiqu. Gr. II p. 46 sq. Potest autem ipsum *διελέλυντο* ita cum verbis *μέχρι Πυθίων* iungi, ut sana sententia evadat. Cum enim plusquamperfectum rei statum significet, *αἱ ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων* idem valet quod *τῶν ἐνιαυσίων σπονδῶν διάλυσις ἦν μέχρι Πυθίων* pariter atque IV 16, 2 *ἐσπεῖσθαι αὐτὰς μέχρι οὗ ἐπανέλθωσιν* nihil aliud est quam *εἶναι δὲ τὰς σπονδὰς μέχρι οὗ ἐπανέλθωσιν*. Est autem *διάλυσις τῶν σπονδῶν* is rerum status, quo foedus exiit necdum bellum renovatum est, qui medius inter bellum et pacem status deinde *ἐκεχειρία* dicitur. Huic autem tempori, per quod post indutias armorum quies erat, 2, 1 belli initium ita opponitur, ut liberius post interpositam narrationem *καὶ ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ . . . ὥρμητο* verborum collocatio instituatur. Accuratius enim ad *αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων* referretur *μετὰ δὲ τὴν ἐκεχειρίαν Κλέων . . . ἐξέπλευσε*. „Pythia tertio cuiusque Olympiadis anno facta esse non solum perspicuo Pausaniae (X 7, 3) testimonio demonstratur, sed quaecunque Pythiorum ludicra peracta in historia commemorantur, in tertium cuiusque Olympiadis annum . . . incidisse inveniuntur." Arn. Cuius rei locupletissimus testis praeter Clintonem (Fast.

τῇ ἐκεχειρίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι Δηλίους ἀνέστησαν ἐκ Δήλου, ἡγησάμενοι κατὰ παλαιάν τινα αἰτίαν οὐ καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι, καὶ ἅμα ἐλλιπὲς σφίσιν εἶναι τοῦτο τῆς καθάρσεως, ᾗ πρότερόν μοι δεδήλωται ὡς ἀνελόντες τὰς θήκας τῶν τεθνεώτων ὀρθῶς ἐνόμισαν ποιῆσαι. καὶ οἱ μὲν Δήλιοι Ἀτραμύττειον Φαρνάκου δόντος αὐτοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ ᾤκησαν οὕτως ὡς ἕκαστος ὥρμητο.

Κλέων στρατεύει ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης

1 2. *Κλέων δὲ Ἀθηναίους πείσας ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης χωρία ἐξέπλευσε μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν, Ἀθηναίων*

Cap. 1. *οἱ* ante *Ἀθηναῖοι* habet Vat.
Ἀτραμύττιον It. E. Vind. K. m. Ar. Chr. Dan. Bekk. In C. D. I. *Ἀτραμύτιον*. Vulgo *Ἀτραμύττειον*. Bas. *Ἀτραμύτειον*. Pal. *Ἀδραμύντειον* vel *Ἀδραμύττειον*. *Ἀτραμύττειον*] *Ὥρου· Ἀδραμύττειον Εὔπολις, Ἀτραμύττειον Θουκυδίδης*. Schol. Cf. etiam Suid. Phav. Adramytteum Liv. XXXVII 19, Adramytteos Plin. V 32, 122. In nummis *Ἀδραμύτιον* (Eckhel. Doctr. num. II p. 448). Cf. praeterea de variis nominis formis Steph. Byz. s. v.

Hell. I p. 209 ed. Krueg.) est Boeckhius ad Pind. II 2 p. 206 sqq. et Inscr. I p. 814. Quo autem anni tempore commissa essent postquam diu inter viros doctos dissensio fuit, Delphorum mensem Bucatium, quo ea celebrata esse ex Corp. inscr. n. 1688 discimus, cum Atheniensium mense Metagitnione convenire Kirchhoffius in Relat. menstr. acad. Berol. 1864 p. 129 sqq. demonstravit. Itaque cum annuae indutiae Elaphebolionis die XIV finitae essent (cf. IV 118, 12), quinque fere mensium spatio illa *διάλυσις τῶν σπονδῶν* sive *ἐκεχειρία* continebatur. — *οἱ Ἀθηναῖοι ... ἀνέστησαν*. De re vid. Diod. XII 73 et Paus. IV 27, 5, de verbo II 27, 1. adn. IV 54, 3. — *κατὰ παλαιὰν ... οὐ καθαροὺς ὄντας*. Piaculi enim crimine polluti erant, quod mortuos in sacra insula sepeliverant. Vid. III 104. — *ἱερῶσθαι*, deo consecratos esse. — *τοῦτο τῆς καθάρσεως*, hoc genus purgationis. — *ᾗ*. „Casus pendet ex participio et ad *ποιῆσαι* supplendum *αὐτήν*. Cf. Krueg. ad Dion. p. 119.“ Goell. Add. adn. I 1, 2. Praeter necessitatem Reisk. *ἥν*, Benedict. et Dobr. *ᾗ* coniecerunt. — *πρότερον*. Vid. I 8 et III 104. — *Ἀτραμύττειον*. De nomine cf. ad., de urbe ipsa Strab. p. 613 sq. et Prokesch. It. per As. et Aegypt. III p. 282 sq. — *Φαρνάκου*. Cf. VIII 6. 58. — *ᾤκησαν*, sedes collocaverunt. De re cf. VIII 108, 4. — *ὡς ἕκαστος ὥρμητο*, ut quisque cupiebat. Cf. adn. II 59, 2. IV 48, 6. 74, 1. Frustra Meinek. in Herm. III p. 367 *ὥργητο*. Significatur Delios non colonorum more et legibus cunctos una profectos Atramyttii consedisse, sed singulos ut cuique libuisset.

Cap. 2. Cf. Diod. XII 73. — § 1. *μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν*, post exactam armorum quietem. Cf. adn. III 68, 1. Itaque mense Augusto ineunte. Cf. adn. c. 1. — *Ἀθηναίων* cet. Lectos fuisse milites videbimus 8, 2.

καὶ Τορώνη Βρασίδου ἀπόντος προσβάλλει.

μὲν ὁπλίτας ἔχων διακοσίους καὶ χιλίους καὶ ἱππέας τριακοσίους, τῶν δὲ ξυμμάχων πλείους, ναῦς
2 δὲ τριάκοντα. σχὼν δὲ ἐς Σκιώνην πρῶτον ἔτι πολιορκουμένην καὶ προσλαβὼν αὐτόθεν ὁπλίτας τῶν φρουρῶν, κατέπλευσεν ἐς τὸν Κωφὸν λιμένα, τῶν Τορωναίων ἀπέχοντα οὐ πολὺ τῆς πόλεως.
3 ἐκ δ' αὐτοῦ, αἰσθόμενος ὑπ' αὐτομόλων ὅτι οὔτε Βρασίδας ἐν τῇ Τορώνῃ οὔτε οἱ ἐνόντες ἀξιόμαχοι εἶεν, τῇ μὲν στρατιᾷ τῇ πεζῇ ἐχώρει ἐς τὴν πόλιν, ναῦς δὲ περιέπεμψε δέκα ⟨ἐς⟩ τὸν λιμένα
4 περιπλεῖν. καὶ πρὸς τὸ περιτείχισμα πρῶτον ἀφικνεῖται ὃ προσπεριέβαλε τῇ πόλει ὁ Βρασίδας, ἐντὸς βουλόμενος ποιῆσαι τὸ προάστειον, καὶ διελὼν τοῦ παλαιοῦ τείχους μίαν αὐτὴν ἐποίησε πόλιν.

Cap. 2. § 2. *Κολοφωνίων* codd. Cf. adn.
§ 3. *οὔτε Βρασίδας* Bekk. ex Popponis coniectura. Vulgo male *οὐδὲ Βρ.*
ἐς interposuit Bekk. Naves enim non, ut portum Torones, sed ut promunturium inter Cophum portum et illum interiacens circumveherentur, missae sunt. Quo facto in illum pervenerunt. Vide 3, 1 atque cf. *περιπλεῦσαι ἐς τὸν λιμένα* III 81, 2 et ibi adn.

§ 2. *ἔτι πολιορκουμένην.* Respicitur ad IV 131. 132. 133, 4. — *ἐς τὸν Κωφὸν λιμένα.* Colophoniorum portus, quem codd. habent, hic nullus potest fuisse. Diversum esse quem hic Th. memoravit portum a portu Torones inde colligitur, quod postea decem naves ex illo in hunc circumnavigaverunt. Quare ab aliquot editoribus falso post *Τορωναίων* distinctum est. *Κωφῶν* coniecit Leakius Graec. sept. III p. 119, quia hodie esset portus Kufó (*Κωφός*) inter Derrhim promunturium (nunc Drepanon) et Toronen. Sed is portus a Strab. p. 331, fragm. 32 et Mel. II 3, 1 non *Κωφῶν*, sed *Κωφὸς λιμήν* dicitur, quem ipsum scriptori hoc loco reddidit Pluygersius in Cobeti Nov. lect. p. 381.

§ 3. *αἰσθόμενος ὑπ' αὐτομόλων.* „*Ἀπ' αὐτομόλων?*" Krueg. *Ὑπό* defenditur verbis Soph. Ai. 1320 *οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους, ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως;* (cf. Matth. Gr. § 373, 3), etsi ibi *κλύειν* non est certiorem fieri, ut hic *αἰσθάνεσθαι*. Cf. adn. I 8, 2. 130, 1.

§ 4. *προσπεριέβαλε τῇ πόλει...*] *βουλόμενος ἐντὸς τοῦ τείχους ποιῆσαι τὸ τῶν Τορωναίων προάστειον, τοῦ παλαιοῦ τείχους μέρος διακόψας, καθ' ὃ ἦν τὸ προάστειον, ἕτερον τεῖχος καινὸν προσῳκοδόμησεν, ᾧ περιέβαλε τὸ πρότερον, καὶ συνῆψε κατὰ τὴν διαίρεσιν [τὸ καινὸν] πρὸς τὸ παλαιόν, ὥστε ἓν τὸ πᾶν γενέσθαι.* Schol. — *διελὼν τοῦ παλαιοῦ τείχους*, rescissa veteris muri parte. Cf. adn. II 75, 6. Totum membrum *καὶ . . ἐποίησε πόλιν* priori *ὃ προσπεριέβαλε τῇ*

Ἡ Τορώνη ἁλίσκεται. τὰ τοῖς ἐμφρουροῦσι ξυμβάντα. αἱρεῖται καὶ Πάνακτον.

3. *Βοηθήσαντες δὲ ἐς αὐτὸ Πασιτελίδας τε ὁ* 1
Λακεδαιμόνιος ἄρχων καὶ ἡ παροῦσα φυλακὴ προσ-
βαλόντων τῶν Ἀθηναίων ἠμύνοντο. καὶ ὡς ἐβιά-
ζοντο καὶ αἱ νῆες ἅμα περιέπλεον ⟨αἱ⟩ ἐς τὸν λι-
μένα περιπεμφθεῖσαι, δείσας ὁ Πασιτελίδας μὴ αἵ
τε νῆες φθάσωσι λαβοῦσαι ἐρῆμον τὴν πόλιν καὶ
τοῦ τειχίσματος ἁλισκομένου ἐγκαταληφθῇ, ἀπο-
λιπὼν αὐτὸ δρόμῳ ἐχώρει ἐς τὴν πόλιν. οἱ δὲ 2
Ἀθηναῖοι φθάνουσιν οἵ τε ἀπὸ τῶν νεῶν ἑλόντες
τὴν Τορώνην καὶ ὁ πεζὸς ἐπισπόμενος αὐτοβοεὶ
κατὰ τὸ διῃρημένον τείχους τοῦ παλαιοῦ ξυνεσ-
πεσών. καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν τῶν Πελοποννη-
σίων καὶ Τορωναίων εὐθὺς ἐν χερσί, τοὺς δὲ
ζῶντας ἔλαβον καὶ Πασιτελίδαν τὸν ἄρχοντα. Βρα- 3
σίδας δὲ ἐβοήθει μὲν τῇ Τορώνῃ, αἰσθόμενος δὲ
καθ᾽ ὁδὸν ἑαλωκυῖαν ἀνεχώρησεν, ἀποσχὼν τεσ-
σαράκοντα μάλιστα σταδίους μὴ φθάσαι ἐλθών.
ὁ δὲ Κλέων καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τροπαῖά τε ἔστησαν 4
δύο, τὸ μὲν κατὰ τὸν λιμένα, τὸ δὲ πρὸς τῷ τει-
χίσματι, καὶ τῶν Τορωναίων γυναῖκας μὲν καὶ
παῖδας ἠνδραπόδισαν, αὐτοὺς δὲ καὶ Πελοπον-
νησίους καὶ εἴ τις ἄλλος Χαλκιδέων ἦν, ξύμπαν-

πόλει ex aequo adiunctum est, quanquam ad relativum ὅ non item refertur. Cf. 5, 1. adn. VI 11, 1.

Cap. 3. § 1. *αὐτό*, *τὸ περιτείχισμα*. — *Πασιτελίδας*. Cf. IV 132, 3. — *αἱ* recte addidit Haack., cum verbis quae sequuntur accuratius definiantur decem naves modo (2, 3) memoratae. — *τοῦ τειχίσματος*, i. e. *τοῦ περιτειχίσματος*, *τοῦ καινοῦ τείχους*. Deinde *ἐγκαταληφθῇ* est *ἐν αὐτῷ καταληφθῇ*.

§ 2. *αὐτοβοεί* cum *ἐπισπόμενος* verbo iungit Goeller, quod minus recte fieri videri, cum *αὐτοβοεί* non esset simpliciter illico, sed primo clamore atque impetu (cf. adn. II 81, 4), respondimus in ed. mai. suppl. Add. Krueg. in Comment. antiqu. stud. a. 1842 p. 106, qui hac voce rem celeriter effectam (*ein schnell erlangtes Ergebnisz*) exprimi docet. Ipse igitur Krueger cum superiore *ἑλόντες*, quod mente repeti vult, necti iubet. Sed ne transpositio verborum durior oriatur, nescio an Haackius rectius *αὐτοβοεί* cum *ξυνεσπεσών* participio iunxerit.

§ 3. *ἐβοήθει* de consilio et conatu opitulandi dictum esse perspicuum est. Cf. adn. I 134, 1. Frustra *ἐπεβοήθει* Meinek. in Herm. III p. 368. — *ἀποσχὼν . . . ἐλθών*, cum . . . stadia afuisset, quo minus adventu suo praeveniret urbis occupationem.

§ 4. *ἠνδραπόδισαν*. Cf. Diod. XII 73. — *ξύμπαντας*.

τας ἐς ἑπτακοσίους, ἀπέπεμψαν ἐς τὰς Ἀθήνας·
καὶ αὐτοῖς τὸ μὲν Πελοποννήσιον ὕστερον ἐν ταῖς
γενομέναις σπονδαῖς ἀπῆλθε, τὸ δὲ ἄλλο ἐκο-
μίσθη ὑπ' Ὀλυνθίων, ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς λυθείς.
εἷλον δὲ καὶ Πάνακτον Ἀθηναίων ἐν μεθορίοις
τεῖχος Βοιωτοὶ ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον προδοσίᾳ.
6 καὶ ὁ μὲν Κλέων φυλακὴν καταστησάμενος τῆς
Τορώνης ἄρας περιέπλει τὸν Ἄθων ὡς ἐπὶ τὴν
Ἀμφίπολιν.

1 4. Φαίαξ δὲ ὁ Ἐρασιστράτου τρίτος αὐτὸς
Ἀθηναίων πεμπόντων ναυσὶ δύο ἐς Ἰταλίαν καὶ
Σικελίαν πρεσβευτὴς ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξ-
2 έπλευσε. Λεοντῖνοι γὰρ ἀπελθόντων Ἀθηναίων
ἐκ Σικελίας μετὰ τὴν ξύμβασιν πολίτας τε ἐπ-
εγράψαντο πολλοὺς καὶ ὁ δῆμος τὴν γῆν ἐπενόει
3 ἀναδάσασθαι. οἱ δὲ δυνατοὶ αἰσθόμενοι Συρα-

στάσεις τῶν Λεοντίνων, οὓς Φαίαξ πέμπεται περιποιήσων· τῷ δὲ ἐν Γέλᾳ οὐ προχωροῦντος τοῦ πράγματος πάλιν ἀποπλεῖ.

Cap. 3. § 6. περιέπλει. Aug. Cl. Ven. (Pal.?) Vat. H. G. K. M. περιπλεῖ, quod vix aptum est; nam ad haec c. 6 referuntur verba ὁ δὲ Κλέων ὡς . . . περιέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἀμφίπολιν, atque imperfecto res incohata significatur, aoristo c. 6 perfecta. Cf. adn. II 25, 4.

§ 10. *τὸν δὲ ὅρκον . . . ἀμφοτέρους*. „Hoc et ideo fiebat, quia omnes leges et acta publica, ne obsolescerent, subinde sollemniter confirmanda esse sentiebant, et ut ne proximi magistratus iis, quae a decessoribus acta essent, nisi eandem obligationem recepissent, se non obstrictos teneri opinarentur.“ Arn. — *στήλας στῆσαι*. In columnis enim foedera incidebantur. Cf. infra 23 et 47. — *Ὀλυμπίασι . . . Ἰσθμοῖ*. Itaque in communibus totius Graeciae templis. Cf. adn. § 2. — *ἐν πόλει*, in arce. Cf. II 15, 6. V 23, 6. 47, 11. Saepissime sic in inscriptionibus Atticis. De articulo non addito cf. Krueg. Gr. § 50, 2 adn. 15. — *ἐν Ἀμυκλαίῳ*. Amyclae, civitas Laconiae a Doribus eversa, sacra Apollini, in qua *τέμενος Ἀπόλλωνος σχεδὸν ἐπιφανέστατον*, ut inquit Polyb. V 19, *τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν*. Idem eam viginti stadia a Sparta afuisse testatur. Nihilominus aeque bene Amyclaeum Spartae esse dicatur atque templum Iunonis Argis esse scriptum est IV 133, 2. Cf. II 2, 1 et ibi adn. Haackius quidem *ἐν Λακεδαίμονι* fortasse *prope Lacedaemonem* valere adnotat, sed huic explanationi contra posita verba *Ἀθήνησιν ἐν πόλει* obstant. De situ Amyclarum vid. Curt. Pelop. II p. 245 sqq. Bursian. Geogr. II p. 129 sq.

§ 11. *καὶ ὅτου πέρι*. Aut *καί* valet et, ut mente iteretur *ἀμνημονοῦσιν* et deinde *τοῦτο* ad *εὔορκον εἶναι μεταθεῖναι* subaudiatur, aut *καὶ ὅτου* dicta sunt pro usitatis *καὶ ὁτουοῦν*. Ita explicat Matth. Gr. § 483. Similiter *ὁπότερος* est *ὁποτεροσοῦν* Xen. Cyr. VII 4, 5 et in optimis libris III 2, 22. 23. — *λόγοις*

χρωμένοις εὔορκον εἶναι ἀμφοτέροις ταύτῃ μετα-
θεῖναι ὅπῃ ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις, Ἀθηναίοις καὶ
Λακεδαιμονίοις.“

1 19. Ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν ἔφορος Πλειστό- ὥρα τῶν σπονδῶν.
λας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος, ἐν δὲ ὀνόματα τῶν ὀμοσάντων.
Ἀθήναις ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς
2 ἕκτῃ φθίνοντος. ὤμνυον δὲ οἵδε καὶ ἐσπένδοντο·
Λακεδαιμονίων μὲν ⟨Πλειστοάναξ, Ἆγις,⟩ Πλειστό-
λας, Δαμάγητος, Χίονις, Μεταγένης, Ἄκανθος,
Δάιθος, Ἰσχαγόρας, Φιλοχαρίδας, Ζευξίδας, Ἄντ-
ιππος, Τέλλις, Ἀλκινάδας, Ἐμπεδίας, Μηνᾶς,
Λάφιλος· Ἀθηναίων δὲ οἵδε· Λάμπων, Ἰσθμόνι-
κος, Νικίας, Λάχης, Εὐθύδημος, Προκλῆς, Πυ-
θόδωρος, Ἅγνων, Μυρτίλος, Θρασυκλῆς, Θεα-
γένης, Ἀριστοκράτης, Ἰώλκιος, Τιμοκράτης, Λέων,
Λάμαχος, Δημοσθένης.

Cap. 19. § 2. Ἀλκινίδας vel Ἀλκινίδης codd. Cf. 24, 1.
Λαμφιλος codd., ut videtur, fere omnes. Cf. 24, 1.
Ἀριστοκίτης in codd. longe optimis et plurimis, Ἀριστοκοίτης vulgo et Bekk. Cf. 24, 1.

δικαίοις, rationibus iustis (*Rechtsgründe*), ut 98, 1. Cf. I 76, 2. — Eundem esse huius capitis et verborum foederis finem cum ex forma proximorum verborum tum ex *ὤμνυον* 19, 2 cum *ὀμνύντων* 18, 9 collato apparet. Cf. 24, 1 et 23, 4. IV 119, 1.

Cap. 19. § 1. **ἄρχει . . . Πλειστόλας**, propr. incipit has indutias ephorus Plist., initium harum indutiarum fuit ephoratus Plistolae, seu id tempus, quo Plistolas ephorus fuit. Vid. Boeckh. Inscr. I p. 877. Cf. IV 118, 12 et ibi adn. — **Ἀρτεμισίου μηνός**, scil. *ἐν Λακεδαίμονι*, quae addita legimus IV 119, 1 — **ἄρχων Ἀλκαῖος**. Cf. Clint. Fast. Hell. ad a. 422. — **Ἐλαφηβολιῶνος . . . φθίνοντος**. Aprilis Iuliani diem X vel XI, quod hic annus intercalaris fuerit, censent esse Dodw. in Annal. Thuc. Clariss. Specim. p. 63. At Martio mense foedus compositum dicit Krueg. ad Clint. Fast. Hell. a. 421. Diem XII Aprilis statuit A. Mommsen. Symb. ad chronol. Gr. (suppl. Annal. phil. 1856) p. 48, medium fere Aprilem Curt. Hist. Gr. II p. 508.

§ 2. **ὤμνυον**. Ita, non *ὤμνυσαν* rursus 24, 1. Cf. adn. IV 25, 5. Kuehn. Gr. max. § 282 adn. 6. — **Πλειστόλας**. Ante hoc nomen excidisse *Πλειστοάναξ, Ἆγις* ex eorundem nominum recensu, qui c. 24 reperitur, demonstravit Arn. Cf. 23, 4 *ὀμοῦνται . . . ἑκατέρων*. Plerique Lacedaemonii, qui post Plistolam commemorantur, ignoti sunt. Tellis potest esse pater Brasidae; Ischagoras non videtur ille esse, qui IV 132 nominatus est; nam is in Chalcidice remanserat. — **Λάμπων**. Estne vates huius nominis in Aristoph. Av. 521. 988? — **Λάχης**. Huius sicut Niciae opera Lacedaemonios ad pacem efficiendam maxime usos esse Thuc. 43, 2 testatur.

μῆκος τοῦ πρώτου πολέμου κατὰ θέρη καὶ χειμῶνας.

20. *Αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος* 1
τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν, αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν ἢ ὡς τὸ πρῶτον [ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ] ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε

Cap. **20.** § 1. *ἐκ Διονυσίων . . . τῶν ἀστικῶν.* Haec appellantur etiam *τὰ κατ' ἄστυ.* De Dionysiis universis, quae quaterna fuerunt, cf. quos citavimus ad II 15, 4. Initium Dionysiorum urbanorum inde a. d. IX Elaphebolionis fuit. Vid. A. Mommsen. Heortolog. p. 387 sq. — *αὐτόδεκα ἐτῶν.* „Id est *ὅλων δέκα ἐτῶν.* Sic . . . Cicero . . . decem ipsos dies Athenis fuit, hoc est integros." Huds. — *ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν*, cum paucorum dierum differentia exstitisset (*mit einem Unterschied von nur wenigen Tagen*). Pariter dictum *παρενεγκούσας* 26, 3. Schol. explicavit *παρελθουσῶν* eamque interpretationem secutus est Buttm. ad Dem. Mid. exc. III p. 129; sed hoc post *διελθόντων* redundare recte Krueg. monuit. Eam quam verbo tribuimus discrepandi vim habet apud Dionys. Antiqu. I 28. Cass. Dion. XLIII 26, 1. LIX 5, 1. Conon. in Photii bibl. p. 140b. Discrepantia autem in eo est quod decem annis pauci dies addendi sunt. Cf. schol. 26, 3 *παρενεγκούσας] προσθεμένας.* — *ἢ ὡς.* Redundare *ἤ*, sed ideo positum videri, quia in genetivis *αὐτόδεκα ἐτῶν διελθόντων* insit sententia decem annis post, explicat Bau. — *ἡ ἐσβολὴ . . . καὶ ἡ ἀρχὴ . . . ἐγένετο.* Cum pro belli initio Thebanorum in Plataeas impetum Th. habeat (II 1. 2, 1), prima autem in Atticam incursio octoginta diebus post hunc impetum facta sit (II 19, 1), non potest utraque res eodem temporis spatio a pace distare. Quam difficultatem frustra adhuc expedire conati sunt interpretes. Nam etiamsi *ἡ ἐσβολὴ ἐγένετο* ad decretam, non ad factam incursionem spectaret (quod fieri posse negandum est), ne sic quidem ratio constaret, cum etiam inter decretam Lacedaemoniorum incursionem et Thebanorum impetum unius fere mensis spatium intercesserit (cf. II 2, 1. 4, 2 et 10, 1). Accedit quod *ὡς τὸ πρῶτον ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐγένετο* ita dictum est, quasi una haec in Atticam facta sit incursio; certe ad rem aptius fuisset *ὡς ἡ πρώτη ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐγένετο.* His de causis necesse est *ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικήν* errori interpretis tribuatur, qui non Thebanorum impetum, sed Lacedaemoniorum incursionem pro belli initio habuerit. Interpretamento temere in scriptoris verba illato coniungendi causa *καί* additum est. Vitium perspexit et sanavit E. H. O. Mueller in comment. de temp. quo Bell. Pel. init. ceperit p. 84. Deletis verbis spuriis *τὸ πρῶτον ἡ ἀρχὴ ἐγένετο* pariter dictum est atque II 48, 1 *ἤρξατο τὸ πρῶτον.* — Temporis computatio vera est, si Krueg. secuti II 2, 1 *Πυθοδώρου ἔτι τέσσαρας* (codd. *δύο*) *μῆνας ἄρχοντος* legimus. Cum enim pax facta sit die XXIV Elaphebolionis (19, 1) bellum paucis diebus ante hoc anni tempus initium cepit. Si autem integri menses II 2, 1 intellegendi sunt, cum archontes primo Hecatombaeonis die munus adierint, ultimo mensis die bellum exorsum est, quem, ne posterior sit die XXIV Elaphebolionis, fuisse necesse est ultimum Anthesterionis. Inter hunc autem

ἐγένετο. σκοπείτω δέ τις κατὰ τοὺς χρόνους καὶ μὴ τῶν ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ ἀπὸ τιμῆς τινος ἐς τὰ προγεγενημένα σημαινόντων τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων πιστεύσας μᾶλλον. οὐ γὰρ ἀκριβές ἐστιν, οἷς καὶ ἀρχομένοις καὶ μεσοῦσι καὶ

Cap. 20. § 2. ἢ ἀπὸ τιμῆς τινος τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ κ. τ. λ. codd.

et primum Hecatombaeonis quattuor mensium spatium interest. Ultimus autem dies Anthesterionis Ol. 87, 1 (a. Ch. 431) erat secundum A. Momms. l. l. Aprilis Iuliani dies VIII, secundum Curt. l. l. p. 822, 21 eiusdem dies IV. Ex illius igitur sententia quattuor dierum differentia exstitit. Cf. adn. 19, 1.

§ 2. καὶ μὴ ... πιστεύσας μᾶλλον. Quo in codd. scriptum est loco τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων neque ad κατά referre licet neque ad σημαινόντων. Illud enim si fieret, τῶν ἀπὸ τιμῆς τινος eos significare oporteret, qui aliquo honore fungerentur, id quod ἀπό praepositionis vis vetat. Alterum autem qui statuerunt, ut sententiam aliquam elicerent, verbi σημαίνειν vim effingere coacti sunt, quam non habet. Neque enim significare iis valet, sed ad significandum praebere sive exhibere. Sed cum necesse sit ἀπὸ τιμῆς τινος cum verbo σημαινόντων coniungi, accusativus autem τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων, qui eodem pertinere nequeat, non habeat quo referatur nisi ad κατά praepositionem, perturbatum esse genuinum verborum ordinem facile intellegitur. Idem schol. nos docet, qui recte scriptoris sententiam sic explicat: κατὰ θέρη, φησί, καὶ χειμῶνας τὰ δέκα ἔτη σκοπείτω τις καὶ μὴ ἐξαριθμείσθω μήτε τοὺς ἄρχοντας μήτε τοὺς ἀπὸ ἄλλης τινὸς τιμῆς ἐπωνύμους τοῖς ἔτεσι γεγενημένους. Rectum verborum ordinem primus cognovit Arn., quem nunc secuti sumus. Classeno facilius visum est τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ante τῶν ἑκασταχοῦ transponere. Cui non sumus adstipulati, quod, si ita scriptum fuisset, minus facilis erat ea quam traditam accepimus verborum collocatio, deinde vero quod sententiae vim in praepositis genetivis τῶν ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ ... σημαινόντων sitam esse volumus. Magnopere idem vituperandus est, quod praeter sententiae rationem ἐς praepositionem delevit. Quasi vero ipsas res antea gestas enumeratio nominum significaret, non id quod ad res pertinet tempus. Neque adversari, quominus illa servetur, dicendi consuetudinem apparet ex adn. II 8, 3. — οἷς καὶ ἀρχομένοις καὶ μεσοῦσι. Aut temporis sunt dativi aut ii, de quibus Matth. Gr. § 562, 2 explicavit. De οἷς = ὅτι αὐτοῖς cf. adn. III 26, 4. Male Class. οὐ γὰρ ἀκριβές ἐστιν, cuius causam οἷς κ. τ. λ. continet, pro sententia interposita habet. Cf. schol. οὐ γὰρ ἀκριβῶς ἐντεῦθεν οἱ χρόνοι τῶν πράξεων λαμβάνονται, ἐπειδὴ καὶ κατὰ τοὺς πρώτους χρόνους τῶν ἀρχόντων καὶ κατὰ τοὺς μέσους καὶ κατὰ τοὺς τελευταίους πολλὰ ἐπράχθη. — καὶ ὅπως ἔτυχέ τῳ, vel qualibet alia (temporis) ra-

ὅπως ἔτυχέ τῳ ἐπεγένετό τι. κατὰ θέρη δὲ καὶ 3
χειμῶνας ἀριθμῶν, ὥσπερ γέγραπται, εὑρήσει, ἐξ
ἡμισείας ἑκατέρου τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν δύναμιν ἔχον-
τος, δέκα μὲν θέρη, ἴσους δὲ χειμῶνας τῷ πρώ-
τῳ πολέμῳ τῷδε γεγενημένους.

Λακεδαιμονίων λαχόντων προτέρων τὰ τῆς ὁμολογίας ἀποτελεῖν ἀπορίαι γίγνονται περὶ Ἀμφιπόλεως καὶ ξυμμάχων τινῶν τὰς σπονδὰς οὐ δεχομένων. Κλεαρίδου πορεία.

21. Λακεδαιμόνιοι δέ (ἔλαχον γὰρ πρότεροι 1
ἀποδιδόναι ἃ εἶχον) τούς τε ἄνδρας εὐθὺς τοὺς
παρὰ σφίσιν αἰχμαλώτους ἀφίεσαν καὶ πέμψαντες
ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης πρέσβεις Ἰσχαγόραν καὶ Μηνᾶν
καὶ Φιλοχαρίδαν ἐκέλευον τὸν Κλεαρίδαν τὴν Ἀμ-
φίπολιν παραδιδόναι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τοὺς
ἄλλους τὰς σπονδάς, ὡς εἴρητο ἑκάστοις, δέχε-
σθαι. οἱ δ' οὐκ ἤθελον, νομίζοντες οὐκ ἐπιτη- 2
δείας εἶναι· οὐδὲ ὁ Κλεαρίδας παρέδωκε τὴν πόλιν
χαριζόμενος τοῖς Χαλκιδεῦσι, λέγων ὡς οὐ δυνα-
τὸς εἴη βίᾳ ἐκείνων παραδιδόναι. ἐλθὼν δὲ αὐτὸς 3
κατὰ τάχος μετὰ πρέσβεων αὐτόθεν ἀπολογησό-
μενός τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ἢν κατηγορῶσιν οἱ
περὶ τὸν Ἰσχαγόραν ὅτι οὐκ ἐπείθετο, καὶ ἅμα
βουλόμενος εἰδέναι εἰ ἔτι μετακινητὴ εἴη ἡ ὁμο-

tione. Subaudi *ἐπιγενόμενον*. Cf. Krueg. Gr. § 56, 4 adn. 2.

§ 3. *κατὰ θέρη δὲ καὶ χειμῶνας*. De hac divisione historiae Thucydideae cf. adn. II 1 et Ulrici de Art. histor. veter. p. 287 sq. — *ἐξ ἡμισείας ... ἔχοντος*. „Ordo est, ni fallor, *ἑκατέρου ἔχοντος ἐξ ἡμισείας τὴν δύναμιν τοῦ ἐνιαυτοῦ*. *Δύναμις* summa [pretium, *Werth*] II 97, 3. VI 46, 3.“ Dobr. Ad verbum igitur: cum utraque vim anni dimidia ex parte contineat vel summam anni dimidia ex parte efficiat, i. e. *da jede von beiden Jahreszeiten zur Hälfte das Jahr ausmacht*. *Ἡμίσειαν* interdum substantive non addito nomine *μοῖραν* aut articulo dici intelleges e Steph. Thes. Dimidias autem illas partes apud Thuc. non videri aequales inter se esse apparet ex adn. II 1. — *τῷ πρώτῳ πολέμῳ*. Ita vel bellum decenne etiam c. 24 sqq. et alibi id bellum vocat, quod ab oratoribus Archidamium nominatur. Cf. ed. mai. adn. II 10 et Ullrich. Symb. ad explic. Thuc. p. 13.

Cap. 21. § 1. *ἔλαχον ... πρότεροι ἀποδιδόναι*. Id pecuniis a Nicia effectum esse narrare Theophrastum scribit Plut. Nic. 10, qua de re cf. Thirlw. Hist. Gr. III p. 308. — *ἀφίεσαν*. De imperf. cf. VII 29, 1. VIII 64, 1. — *τοὺς ἄλλους*. *Τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης*, de quibus in pactione 118, 5. 6 actum erat, praeter Amphipolitanos.

§ 2. *βίᾳ ἐκείνων*. Cf. adn. I 43, 3.

§ 3. *μετὰ πρέσβεων*, procul dubio Amphipolitanorum, qui et ipsi Atheniensibus tradi nolebant. — *εἰ ἔτι μετακινητὴ ... ὁμολογία*, si forte pacis condiciones adhuc im-

λογία, ἐπειδὴ ηὗρε κατειλημμένους, αὐτὸς μέν,
πάλιν πεμπόντων τῶν Λακεδαιμονίων καὶ κελευόν-
των μάλιστα μὲν καὶ τὸ χωρίον παραδοῦναι, εἰ
δὲ μή, ὁπόσοι Πελοποννησίων ἔνεισιν ἐξαγαγεῖν,
κατὰ τάχος ἐπορεύετο.
1 22. Οἱ δὲ ξύμμαχοι ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοῦ αἰτίαι πεντηκοντουτίδος
<ἔτι> ἔτυχον ὄντες, καὶ αὐτῶν τοὺς μὴ δεξα- ξυμμαχίας
μένους τὰς σπονδὰς ἐκέλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι Λακεδαιμονίων καὶ
ποιεῖσθαι. οἱ δὲ τῇ αὐτῇ προφάσει ᾗπερ καὶ τὸ Ἀθηναίων.
πρῶτον ἀπεώσαντο οὐκ ἔφασαν δέξεσθαι, ἢν μή
2 τινας δικαιοτέρας τούτων ποιῶνται. ὡς δ' αὐτῶν
οὐκ ἐσήκουον, ἐκείνους μὲν ἀπέπεμψαν, αὐτοὶ δὲ
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμαχίαν ἐποιοῦντο, νομί-

Cap. 21. § 3. εὗρε κατειλημμένας codd. Cf. ad. IV 54, 1 et adn. ad hunc l.
Cap. 22. § 1. αὐτοὶ codd. Cf. adn.
δέξασθαι codd. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 6.

mutari possent. — κατειλημμένους, obstrictos scil. τῇ ὁμολογίᾳ (cf. adn. IV 86, 1), quod antehac conici posse diximus, necessarium indicat Haas. Lucubr. Thuc. p. 66 sq. Nam quod κατειλημμένας primus scholiastes ad σπονδάς rettulerit ἰσχυράς interpretatus, duabus de causis fieri non posse; primum quod hic sit usus Thucydidis, ut καταλαμβάνειν [cum ei firmandi notio subiecta sit] de hominibus dicat (nam VIII 63, 3 τὰ ἐν τῷ στρατεύματι, si sententiam spectes, non esse res pactionibus firmatas, sed ipsos milites), deinde quod non credibile sit sanum scriptorem participium κατειλημμένος noluisse referre ad ὁμολογίαν, quod proximum sit, sed ad σπονδάς, quod longissime remotum sit. His rationibus nunc obsecuti sumus. Cf. L. Herbst. in Philol. XXIV p. 627. — αὐτὸς μέν. Ipse opponitur legatis, qui cum eo venerant, quos remansisse subaudiendum est.

Cap. 22. § 1. αὐτοῦ. Quod codd. praebent αὐτοί cum opposito prorsus careat, auctore Krueg. ad Dion. p. 280 αὐτοῦ nunc rescripsimus. Praeterea ἔτι addendum esse visum est, cum non primum h. l. socii Lacedaemone fuisse commemorentur, sed eos iam antea eo arcessitos esse 17, 2 acceperimus. Itaque dicendum est eos etiam tum adfuisse. Nam semel eos advenisse neque hoc tempore rediisse ex 27, 1 apparet. Facta igitur emendatione significatur socios etiam tum in ipsa Lacedaemone (cf. adn. 83, 1) nequedum reduces in itinere fuisse. Cf. 22, 2. 27, 1. — τοὺς μὴ ... τὰς σπονδάς. Vid. 17, 2. Accusativus σπονδάς et ad δεξαμένους et ad ποιεῖσθαι pertinet. — ᾗπερ ... ἀπεώσαντο. Hanc causam ex 21, 2 et 30, 2 colligi posse docet Dukas.

§ 2. αὐτῶν (τῶν Λακεδαιμονίων) οὐκ ἐσήκουον (οἱ ξύμμαχοι). — ξυμμαχίαν ἐποιοῦντο. Proprie ἐπιμαχίαν esse docet Bloomf. Cf. adn. I 44.

ζοντες ἥκιστα ἂν σφίσι τούς τε Ἀργείους, ἐπειδὴ οὐκ ἤθελον Ἀμπελίδου καὶ Λίχου ἐλθόντων ἐπισπένδεσθαι, [νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ] δεινοὺς εἶναι (πρὸς γὰρ ἂν τοὺς Ἀθηναίους, εἰ ἐξῆν, χωρεῖν), καὶ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον μάλιστ' ἂν ἡσυχάζειν. παρόντων οὖν πρέσβεων 3 ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ γενομένων λόγων, ξυνέβησαν, καὶ ἐγένοντο ὅρκοι καὶ ξυμμαχία ἥδε.

§ 2. πρὸς γὰρ ... χωρεῖν in codd. post ἡσυχάζειν collocata sunt.

1. De re cf. Plut. Nic. 10. Imperfectum ad pacis actiones spectat, quarum eventus infra aoristis exprimitur. — ἐπισπένδεσθαι, foedus redintegrare. Cf. ἐπισπονδαί 32, 5. — νομίσαντες ... οὐ δεινοὺς εἶναι. Haec verba qui explicare student, in iis epanalepsin inesse volunt et νομίσαντες pariter atque νομίζοντες ad Lacedaemonios referri, pro ἥκιστα autem in altero membro οὐ dictum esse. Sed haec epanalepsis neque ullo modo significata est, ut I 18, 1. 26, 1. IV 78, 4. VIII 99. Xen. Cyr. IV 2, 3, et post interpositum breve enuntiatum ἐπειδὴ ... ἐπισπένδεσθαι prorsus inepta; tum vero etiam post talem epanalepsin sententia verbo primario concludi solet. Quae cum ita sint, facile est ad credendum νομίσαντες ... οὐ ex interpretamento νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι in scriptoris verba illata esse. Etenim ἄνευ Ἀθηναίων ex reliquo sententiarum conexu facillime subaudiri mox perspicuum fiet. Contra Class. νομίζοντες ... σφίσι uncis inclusit, perperam opinatus αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων (ipsos sine Atheniensibus), cum contrarium sit 14, 4 Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις ἅμα, abesse non posse. Sed 14, 4 Argivorum et Atheniensium duplex tantum bellum, non ea armorum societas designatur, quam impeditam esse hoc loco ponitur. Accedit quod apud Th. ubi causa rei susceptae ab exspectato eius effectu repetitur, id quod h. l. fit, putandi vel exspectandi verbum aut infin. fut. aut infin. cum ἂν sequi solet, quoniam condicio ἢν τοῦτο γένηται vel εἰ τοῦτο γένοιτο cogitando suppletur. Cf. II 2, 4. III 115, 4. I 72, 1. II 20, 2. III 94, 2. IV 117, 1. VIII 71, 1. Denique quomodo orta sint verba a Class. damnata, haud facile perspexeris; nam vix potest ad νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι interpretandi causa adscriptum fuisse νομίζοντες ἥκιστα ἂν σφίσι δεινοὺς εἶναι. — πρὸς γὰρ ἂν ... χωρεῖν, nam si liceret (sed non licebit propter societatem, quam Lacedaemonii cum Atheniensibus facturi sunt), ad Athenienses eos se applicaturos esse. Exponitur parenthesi, cur Lacedaemoniis, si cum Atheniensibus se non coniunxerint, ab Argivis periculum timendum sit. Eadem clare indicatur hoc periculum Lacedaemonios eo evitaturos esse, quod foedere cum Atheniensibus facto impedituri sint, ne horum societate Argivi adiuventur, quod idem interpres adscripto νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι significavit. Restat ut demonstretur verba, de quibus agitur, a nobis in suum locum transposita esse. Duabus autem potissimum de causis ad ceteram Peloponnesum illa per-

1 23. „*Κατὰ τάδε ξύμμαχοι ἔσονται Λακεδαιμόνιοι ⟨καὶ Ἀθηναῖοι⟩ ** πεντήκοντα ἔτη. ἢν δέ τινες ἴωσιν ἐς τὴν γῆν πολέμιοι τὴν Λακεδαιμονίων καὶ κακῶς ποιῶσι Λακεδαιμονίους, ὠφελεῖν* ἡ ξυμμαχία αὐτή.

tinere nequeunt. Primum enim Lacedaemoniorum socios in societatem recipere Atheniensibus pace facta non licebat (quos enim licuerit, dictum est 18, 5), deinde 14, 4 *τῶν τε ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων ὑπώπτευόν τινας ἀποστήσεσθαι πρὸς τοὺς Ἀργείους* ostendit Peloponnesi civitates magis ad Argivorum quam ad Atheniensium societatem inclinasse. Immo hanc eo tempore ipsos Argivos circumspexisse 40, 2 aperte dictum est. Denique schol. interpretatio *νομίζοντες ἥκιστ' ἂν οὕτω πρὸς Ἀθηναίους χωρήσειν τοὺς Ἀργείους προσθησομένους αὐτοῖς* eundem quem restituimus sententiarum ordinem ostendit. Verumtamen eodem loco 14, 4, qui nobis transponendi causam praebuit, Class. ita usus est, ut demonstrare conaretur *Ἀργείους* pro *Ἀθηναίους* legendum neque traditum verborum ordinem mutandum esse. Sed ut praetermittamus hanc mutationem a litterarum similitudine haud multum commendari, societate Lacedaemoniorum cum Argivis renovata impediri quidem poterant illorum socii, quominus ad hos deficerent, sed quomodo eiusdem rei impedimentum esse potuerit illorum cum Atheniensibus societas, per se non intellegitur. Class. quidem dicit Peloponnesi civitates ad Argivos deficere prohibitas esse, quod hi cum Atheniensibus bellum commissuri non fuerint. Quasi vero Atheniensium, non Lacedaemoniorum socii, si licuisset, defecturi fuerint et illis, non his ab Argivis bellum impenderit. Neque scriptoris verbis dictum aut perspicue significatum est Argivos Atheniensibus bellum non illaturos esse. Immo vero ne Lacedaemoniis quidem dictum est eos non esse bellum paraturos, sed periculum tantummodo non allaturos.

Cap. 23. § 1. *καὶ Ἀθηναῖοι* auctore Fr. Porto addendum fuisse per se patet. — *ἢν δέ τινες.* Cum nulla antecesserit condicio foederis, aut delendum est *δέ*, ut superioris *κατὰ τάδε* hinc incipiat explicatio (cf. 47, 3), aut praeter verba *καὶ Ἀθηναῖοι* alia excidisse statuendum est, quibus prior aliqua condicio contineretur. Atque hoc posterius nunc veri videtur similius esse. Nam 39, 3 (cf. 46, 2) inter huius foederis condiciones haec memoratur: *ἄνευ ἀλλήλων μήτε σπένδεσθαί τῳ μήτε πολεμεῖν*, quam in ipsis eius verbis hoc capite traditis prorsus desideramus. Nam quae hic de bello gerendo et componendo leguntur, ad solum impetum spectant in alterutram civitatem factum communiter defendendum et ulciscendum, neque vero in omni bello et pacto valent. Atqui condicionem 39, 3 allatam latius patere vel eo apparet, quod ibi Lacedaemonii eam violaturi esse dicuntur, si cum Boeotis, quorum impetum neque ipsi neque Athenienses sustinuerunt, societatem ineant. Quare eius sententiam hanc fuisse cognoscitur, ut omne bellum et foedus communi consilio fieret. Postea autem demum foederi hanc condicionem additam esse qui volunt, qua de re nihil usquam traditum accepimus, inani atque arbitraria fictione rei difficultatem magis obscurant quam expediunt. Cum autem pro certo habendum sit *καὶ Ἀθηναῖοι* excidisse, quid magis in promptu est suspicari quam eadem lacuna etiam condicionem illam omissam esse? Certe hoc probabilius quam alte-

*Ἀθηναίους Λακεδαιμονίους τρόπῳ ὁποίῳ ἂν δύ-
νωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ τὸ δυνατόν· ἢν δὲ δῃώ-
σαντες οἴχωνται, πολεμίαν εἶναι ταύτην τὴν πόλιν
Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις καὶ κακῶς πάσχειν
ὑπὸ ἀμφοτέρων, καταλύειν δὲ ἅμα ἄμφω τὼ πόλεε.
ταῦτα δ' εἶναι δικαίως καὶ προθύμως καὶ ἀδόλως.
καὶ ἤν τινες ἐς τὴν Ἀθηναίων γῆν ἴωσι πολέμιοι* 2
*καὶ κακῶς ποιῶσιν Ἀθηναίους, ὠφελεῖν Λακεδαι-
μονίους τρόπῳ ὅτῳ ἂν δύνωνται ἰσχυροτάτῳ κατὰ
τὸ δυνατόν· ἢν δὲ δῃώσαντες οἴχωνται, πολεμίαν
εἶναι ταύτην τὴν πόλιν Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθη-
ναίοις καὶ κακῶς πάσχειν ὑπ' ἀμφοτέρων, κατα-
λύειν δὲ ἅμα ἄμφω τὼ πόλεε. ταῦτα δ' εἶναι
δικαίως καὶ προθύμως καὶ ἀδόλως. ἢν δὲ ἡ δου-* 3
*λεία ἐπανιστῆται, ἐπικουρεῖν Ἀθηναίους Λακεδαι-
μονίοις παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. ὀμοῦνται* 4
*δὲ ταῦτα οἵπερ καὶ τὰς ἄλλας σπονδὰς ὤμνυον
ἑκατέρων. ἀνανεοῦσθαι δὲ κατ' ἐνιαυτὸν Λακε-
δαιμονίους μὲν ἰόντας ἐς Ἀθήνας πρὸς τὰ Διο-
νύσια, Ἀθηναίους δὲ ἰόντας ἐς Λακεδαίμονα πρὸς*

Cap. 23. § 2. *Ἀθηναίων.* Articulum *τῶν* vulgo additum om. Vat. F. C. D. m. Bekk. Quem secuti sumus, quia „nec hoc et sequenti capite nec c. 18 et 19 usquam articulus [nominibus Atheniensium et Lacedaemoniorum] additus est.“ Hofm.

ram post *πεντήκοντα ἔτη* lacunam statuere. Nihil desideratur, si ita scriptum fuit: *κατὰ τάδε ξύμμαχοι ἔσονται Λακ. καὶ Ἀθ. ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις* (cf. 79, 1. Xen. Hist. Gr. VII 1, 1. 13), *μήτε σπένδεσθαί τῳ ἄνευ κοινῆς γνώμης* (cf. 38, 1) *μήτε πολεμεῖν· εἶναι δὲ τὴν ξυμμαχίαν πεντήκοντα ἔτη.* Nimirum excogitari possunt etiam alia et forsitan etiam probabiliora. — *τρόπῳ ... δυνατόν.* De sollemni hac in actis publicis dicendi ubertate cf. § 2 et 47, 3. 4. Cf. Matth. Gr. § 636, 2. — *καταλύειν.* Infra 47, 3 et alibi *καταλύειν τὸν πόλεμον*, sed sine hoc nomine etiam § 2 et VIII 58, 7. Saepius medium sic legitur. Cf. adn. IV 18, 4. — *τὼ πόλεε.* Ita hic et § 2 omnes membranae, non contracte. Temere igitur iudicat Dind. in Steph. Thes. s. v. *πόλις*. Cf. Buttm. Gr. max. § 51 adn. 7. *Τώ* cum femininis coniungi hodie notissimum est. — *εἶναι*, i. e. *γίγνεσθαι.* Quare adverbia sequuntur, ut § 2. Cf. adn. IV 10, 3.

§ 3. *ἡ δουλεία.* Cf. *θεραπηίη* Herod. I 199. Matth. Gr. § 429, 1.

§ 4. *τὰς ἄλλας*, i. e. *τὰς ἑτέρας* (cf. adn. III 107, 4), *τὰς προτέρας* c. 18. — *ἀνανεοῦσθαι.* Cf. adn. 18, 10. — *τὰ Διονύσια.* Cf. adn. 20, 1. —

5 τὰ Ὑακίνθια. στήλην δὲ ἑκατέρους στῆσαι, τὴν μὲν ἐν Λακεδαίμονι παρ' Ἀπόλλωνι ἐν Ἀμυκλαίῳ,
6 τὴν δὲ ἐν Ἀθήναις ἐν πόλει παρ' Ἀθηναίᾳ. ἢν δέ τι δοκῇ Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν περὶ τῆς ξυμμαχίας, ὅ τι ἂν δοκῇ, εὔορκον ἀμφοτέροις εἶναι."

1 24. Τὸν δὲ ὅρκον ὤμνυον Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε, Πλειστοάναξ, Ἆγις, Πλειστόλας, Δαμάγητος, Χίονις, Μεταγένης, Ἄκανθος, Δάιθος, Ἰσχαγόρας, Φιλοχαρίδας, Ζευξίδας, Ἄντιππος, Ἀλκινάδας, Τέλλις, Ἐμπεδίας, Μηνᾶς, Λάφιλος· Ἀθηναίων δὲ Λάμπων, Ἰσθμιόνικος, Λάχης, Νικίας, Εὐθύδημος, Προκλῆς, Πυθόδωρος, Ἅγνων, Μυρτίλος, Θρασυκλῆς, Θεαγένης, Ἀριστοκράτης, Ἰώλκιος, Τιμοκράτης, Λέων, Λάμαχος, Δημοσθένης. *ὀνόματα τῶν ὀμοσάντων τὸν ὅρκον.*

2 Αὕτη ἡ ξυμμαχία ἐγένετο μετὰ τὰς σπονδὰς οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἀπέδοσαν οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ τὸ θέρος ἦρχε τοῦ ἑνδεκάτου ἔτους. ταῦτα δὲ τὰ δέκα ἔτη ὁ πρῶτος πόλεμος ξυνεχῶς γενόμενος γέγραπται. *οἱ αἰχμάλωτοι ἀποδίδονται.*

§ 6. Ἀθηνᾷ codd. Cf. ad. 10, 2.
Cap. 24. § 1. Ζευξίδας. Librorum praestantissimorum plurimi Ζευξίλας, sed 19, 2 omnes Ζευξίδας.

τὰ Ὑακίνθια. De his vid. Muell. Dor. I p. 353 sqq. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 582. Herm. Antiqu. Gr. II 53 adn. 16. Cf. adn. 41, 3.

§ 5. στήλην . . . στῆσαι. Cf. adn. 18, 10. — παρ' Ἀπόλλωνι. Similiter paulo post παρ' Ἀθηναίᾳ. Cf. adn. II 13, 5. IV 67, 2. — Ἀμυκλαίῳ. Cf. adn. 18, 10. — ἐν πόλει. Cf. ibid. adn. — παρ' Ἀθηναίᾳ. Aut in Parthenone vel Opisthodomo Parthenonis, aut „potest Ἀθηνᾶ πρόμαχος sub dio posita intellegi." Boeckh. Inscript. I p. 148.

§ 6. προσθεῖναι . . . εὔορκον. Haec et similia verba satis usitatae foederum formulae sunt. Cf. 18, 11. 29, 2. Ioseph. A. I. XII 10, 6. Polyb. VII 9, 17, de re etiam Diod. XII 75.

Cap. 24. § 2. μετὰ τὰς σπονδὰς (c. 18) οὐ πολλῷ ὕστερον. Similiter I 118, 1 μετὰ ταῦτα οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον. Cf. δέκα ἔτεσι ὕστερον μετὰ ταῦτα Herodot. IX 85 et alia eiusmodi apud eundem. Add. Thuc. I 111, 2. 114, 1. III 5, 4. — τοὺς ἐκ τῆς νήσου. Cf. IV 108, 7 et ibi adn. — ξυνεχῶς γενόμενος, quo ταῦτα τὰ δέκα ἔτη pertinet, praedicativum est: primum bellum, quod nunc scriptum habetur, hos decem annos continue gestum est.

ὅτι αὐτίκα πάλιν ταραχαὶ καὶ ὑποψίαι ἐγένοντο, ὕστερον δὲ αὖθις ἐς πόλεμον φανερὸν κατέστησαν.

25. *Μετὰ δὲ τὰς σπονδὰς καὶ τὴν ξυμμαχίαν* 1
τῶν Λακεδαιμονίων καὶ τῶν Ἀθηναίων, αἳ ἐγένοντο μετὰ τὸν δεκέτη πόλεμον ἐπὶ Πλειστόλα μὲν ἐν Λακεδαίμονι ἐφόρου, Ἀλκαίου δ' ἄρχοντος Ἀθήνησι, τοῖς μὲν δεξαμένοις αὐτὰς εἰρήνη ἦν, οἱ δὲ Κορίνθιοι καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεών τινες διεκίνουν τὰ πεπραγμένα· καὶ εὐθὺς ἄλλη <τε> ταραχὴ καθίστατο τῶν ξυμμάχων πρὸς τὴν
Λακεδαίμονα, καὶ ἅμα καὶ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ Λακε- 2
δαιμόνιοι προϊόντος τοῦ χρόνου ὕποπτοι ἐγένοντο ἔστιν ἐν οἷς οὐ ποιοῦντες ἐκ τῶν ξυγκειμένων ἃ
εἴρητο. καὶ ἐπὶ ἓξ ἔτη μὲν καὶ δέκα μῆνας ἀπ- 3

Cap. 25. § 1. *δεκαετῆ* codd. Cf. III 104, 2. Arist. Ach. 188. 191. Soph. Phil. 715. Eur. El. 1153. Stahl. Quaest. gram. p. 15. *αὐτὰ* M.

Cap. 25. § 1. *Κορίνθιοι.* Vid. 17, 2. 27, 2. — *τῶν . . . τινές.* Mantinenses c. 29 et Elei c. 31. — *καὶ εὐθὺς ἄλλη <τε> ταραχὴ καθίστατο . . . καὶ ἅμα κ. τ. λ.* Verba *καὶ εὐθὺς . . . Λακεδαίμονα* post alios Class. ita ad superius enuntiatum leniore interpunctione adnexa rettulit, ut interpretaretur: et praeter turbas paci a Corinthiis paratas etiam aliud discidium sociorum cum Lacedaemoniis exstitit. Sed huic interpretationi Graece *καὶ εὐθὺς καὶ ἄλλη κ. τ. λ.* responderet. Deinde qualis haec sit alia perturbatio vix potest intellegi. Accedit quod *εὐθύς* adverbio, quod Class. interpretando non expressit, id afferri indicatur quod turbas a Corinthiis excitatas continuo secutum sit. Illa igitur sociorum irritatio non ita praeter turbulentam Corinthiorum machinationem exstitit, ut secreta atque diversa esset, sed ab hac ipsa profecta est. Neque minus hoc sententiarum conexu post compositam Lacedaemoniorum et Atheniensium discordiam alias statim turbas excitatas esse cogitare vetamur; praeterea de ipsa hac discordia in toto verborum circuitu sermo non fuit. Cum igitur *καὶ εὐθὺς ἄλλη ταραχὴ καθίστατο* verbis oppositum esse necesse sit quod sequitur *καὶ ἅμα καὶ . . . ὕποπτοι ἐγένοντο*, ex constanti scriptoris usu *τέ* addendum est. Eandem sententiarum rationem et iuncturam habes VII 29, 5. Ceterum *ἄλλη* ad solum *ταραχή*, non ad *ταραχὴ τῶν ξυμμάχων* pertinet, quoniam his quidem sociis Athenienses non adnumerantur. Cf. II 31, 2 *ὁ ἄλλος ὅμιλος ψιλῶν*, VIII 74, 2 *ἐς ἄλλην στρατιῶτιν ναῦν.*

§ 2. *ἔστιν ἐν οἷς.* Vid. 35, 2. Adde quod cum Boeotis *ξυμμαχίαν ἰδίαν* fecerunt 39, 3. — *οὐ ποιοῦντες . . . εἴρητο,* non praestantes ex conventis ea, quae (pactione seu foederum condicionibus) constituta erant. Paulo verbosior dicendi ratio est, quare Krueger *ἐκ τῶν ξυγκειμένων* deleta cupit. Cf. adn. IV 111, 2. Per se tamen illa prorsus respondent formulis Thucydideis *κατὰ τὰ ξυγκείμενα* (cf. adn. III 70, 2) et *καθάπερ ξυνέκειτο* (IV 28, 1), et *εἴρητο* potest esse *προσετέτακτο.*

§ 3. *ἐπὶ ἓξ . . . ἀπέσχον-*

έσχοντο μὴ ἐπὶ τὴν ἑκατέρων γῆν στρατεῦσαι, ἔξωθεν δὲ μετ' ἀνοκωχῆς οὐ βεβαίου ἔβλαπτον ἀλλήλους τὰ μάλιστα· ἔπειτα μέντοι καὶ ἀναγκασθέντες λῦσαι τὰς μετὰ τὰ δέκα ἔτη σπονδὰς αὖθις ἐς πόλεμον φανερὸν κατέστησαν.

26. *Γέγραφε δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδί-*
1 *δης Ἀθηναῖος ἑξῆς, ὡς ἕκαστα ἐγένετο, κατὰ θέρη*
καὶ χειμῶνας, μέχρι οὗ τήν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν
τῶν Ἀθηναίων Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι καὶ
τὰ μακρὰ τείχη καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέλαβον. ἔτη
δὲ ἐς τοῦτο τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τῷ πολέμῳ ἑπτὰ
καὶ εἴκοσι. καὶ τὴν διὰ μέσου ξύμβασιν εἴ τις μὴ
2 *ἀξιώσει πόλεμον νομίζειν, οὐκ ὀρθῶς δικαιώσει.*
τοῖς [τε] γὰρ ἔργοις ὡς διῄρηται ἀθρείτω, καὶ
εὑρήσει οὐκ εἰκὸς ὂν εἰρήνην αὐτὴν κριθῆναι, ἐν ᾗ

ὅτι τῆς ξυμβάσεως οὐκ ἀληθοῦς εἰρήνης οὔσης ὁ πόλεμος ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἔτη ἐγένετο καὶ Θουκυδίδης διὰ παντὸς αὐτοῦ ἐπεβίω.

§ 3. *καθίσταντο* Vat. Cf. I 28, 6.

το. Cum tempus ex iis, quae VI 105, 2 vel VII 18 narrata sunt, definiendum sit, et in annorum et in mensium numero erratum esse intellegi videtur. „*Ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη* legendum censet Acacius, cui assentitur Dodwellus in Annal. Thuc. ad ann. XVIII belli Pelop., sed putat legendum *ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη μὲν καὶ δύο μῆνας*.“ Huds. et Duk. Qui ita statuunt, incertas indutias finitas esse volunt depopulatione Laconicae VI 105, 2 memorata. Sed eo tempore non in utrorumque terram incursio facta est, sed in solam Peloponnesum ab Atheniensibus. *Ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη μὲν καὶ δ' (τέσσαρας) μῆνας* conicit Krueg. apud Clint. Fast. Hell. p. 80, quocum facit Clariss. l. d. p. 102. Is multo melius rationem duxit usque ad Peloponnesi depopulationem VII 18, 3 et munitionem Deceleae VII 19, 1 memoratam. Annorum numero servato *καὶ τέσσαρας μῆνας* legendum esse conicit Ullrich. Aristoph. Quaest. I p. 27 et Symb. ad expl. Thuc. p. 153 sqq. ad Atheniensium in Siciliam expeditionem respici existimans, quod propter verba *ἀπέσχοντο . . . στρατεῦσαι* non est probabile. De anno ex Krueg. computatione satis constat, mensium numerus parum certus est, cum quantum temporis inter pacem (19, 1) et societatem (25, 1) intercesserit satis accurate explorari nequeat et parum compertum habeamus, utrum VII 18, 3 an VII 19, 1 finem indutiarum significet. De *μή* cf. Krueg. Gr. § 67, 12 adn. 3. — *μετ' ἀνοκωχῆς* = *οὔσης ἀνοκωχῆς*. Nos: *bei, unter*. Cf. Polyb. I 49, 10 *ἤθροιζε μετὰ κηρύγματος*.

Cap. 26. § 1. *μέχρι . . . κατέλαβον*. Eo usque igitur Thucydides historiam perducturus erat; sed priusquam libros suos perficeret, morte abreptus esse existimandus est. Super perfecto *γέγραφε*, quod positum est, quia opus absolutum cogitatur, cf. ad I 1, 1 de aoristo *ξυνέγραψε* adnotata. — *ἑπτὰ καὶ εἴκοσι*. Cf. Krueg. ad Dion. p. 89 sq. Ullrich. Quaest. Arist. I p. 10.

§ 2. *διὰ μέσου*. Cf. adn. IV 20, 1. — *τοῖς [τε] γὰρ . . .*

οὔτε ἀπέδοσαν πάντα οὔτ᾽ ἀπεδέξαντο ἃ ξυν-
έθεντο ἔξω τε τούτων πρὸς τὸν Μαντινικὸν καὶ
Ἐπιδαύριον πόλεμον καὶ ἐς ἄλλα ἀμφοτέροις ἁμαρ-
τήματα ἐγένοντο καὶ οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ξύμμαχοι οὐδὲν
ἧσσον πολέμιοι ἦσαν Βοιωτοί τε ἐκεχειρίαν δεχή-
μερον ἦγον. ὥστε ξὺν τῷ πρώτῳ πολέμῳ τῷ 3
δεκέτει καὶ τῇ μετ᾽ αὐτὸν ὑπόπτῳ ἀνοκωχῇ καὶ
τῷ ὕστερον ἐξ αὐτῆς πολέμῳ εὑρήσει τις τοσαῦτα

Cap. **26.** § 3. *δεκαετεῖ* vel *δεκαέτει* codd. Cf. sd. 25, 1.

διῄρηται. In his, quae ad *τὴν διὰ μέσου ξύμβασιν* referri perspicuum est, quoniam, si *τὰ ἔργα* cogitatur, dativus *τοῖς ἔργοις* ad *ἀθρείτω* relatus explicari nequit, obscurior est notio verbi *διῄρηται.* Haec enim (compositio) quomodo rebus gestis disiuncta (i. e. interrupta) sit interpretantur Heilm. et Haack. Sed huic explicationi obstat perfectum, quod praesentem rei perfectae statum indicat. Nam dum contemplatio fit (*ἀθρείτω*), rupta fuit pactio, cum deinde apertum bellum secutum sit. Aptissime autem h. l. verbo *διαιρεῖν* distinguendi (cf. Plat. Prot. 340a. 341c) sive definiendi (cf. I 84, 3. Plat. Hipp. mai. 285c. Prot. 339a. Dem. XX 28, XXIII 54. XLV 45) notio tribuitur. Ita enim haec evadit sententia: non spectandum est nomen *ξυμβάσεως*, quo medium hoc tempus definitur sive a priore et posteriore belli parte distinguitur, sed quomodo rebus gestis id definitum sive ab illis distinctum habeamus. Nam *τοῖς ἔργοις* h. l. oppositum cogitatur *ὄνομα.* Cf. VIII 48, 7. — Cum *ἀθρείτω καί εὑρήσει* sic inter se cohaereant, ut significent si quis spectaverit, inveniet, ad hoc *καί* non potest referri quae praecessit particula *τέ.* Sed non magis verbis infra scriptis *ἔξω τε τούτων . . . ἐγένοντο* respondere *τοῖς τε γὰρ ἔργοις . . . ἀθρείτω* potest. Nam non *ἔξω τούτων τῶν ἔργων* cogitandum est, quoniam ea quae praeterea afferuntur vel maxime *ἔργα* sunt, sed *ἔξω τούτων* ad *οὔτε ἀπέδοσαν πάντα οὔτ᾽ ἀπεδέξαντο* spectat et interpretandum est: praeterquam quod omnia neque reddiderunt neque recuperaverunt. Quare *τέ* hic non minus falso additum videtur quam II 29, 3. 100, 2, IV 12, 3. 24, 4. 85, 4. VI 44, 3. — *ἐν ᾗ* ad reliqua omnia huius periodi membra pertinet. — *οὔτε ἀπέδοσαν πάντα.* Velut Amphipolim c. 21 et Panactum c. 39. — *οὔτ᾽ ἀπεδέξαντο.* Pylum. Vid. c. 35. Bekker *οὐδ᾽* legendum suspicatur, quod ideo maxime reprobandum est, quia nusquam apud Th. *οὔτε — οὐδέ* exstat. Cf. L. Herbst. in Philol. XVI p. 330. — *Μαντινικόν.* Cuius initium vid. c. 33. — *Ἐπιδαύριον πόλεμον.* Vid. c. 53 sqq. — *ἐγένοντο.* Cf. sd. I 126, 5. — *οἱ ἐπὶ . . . πολέμιοι ἦσαν.* Noluerant enim foedus sancire. Vid. 21, 2. — *ἐκεχειρίαν δεχήμερον.* Hae indutiae non multo post foedus quinquaginta annorum factae decimo quoque die renovabantur, ut apparet ex 32, 5—33. Similes Chalcidensium cum Atheniensibus *δεχήμεροι σπονδαί* VI 7, 4 memorantur et utrarumque *δεχημέρων σπονδῶν* mentio fit in Niciae oratione VI 10, 3.

§ 3. *τῷ ὕστερον . . . πο-*

ἔτη, λογιζόμενος κατὰ τοὺς χρόνους, καὶ ἡμέρας
οὐ πολλὰς παρενεγκούσας, καὶ τοῖς ἀπὸ χρη-
σμῶν τι ἰσχυρισαμένοις μόνον δὴ τοῦτο ἐχυρῶς
4 ξυμβάν. ἀεὶ γὰρ ἔγωγε μέμνημαι, καὶ ἀρχομένου
τοῦ πολέμου καὶ μέχρι οὗ ἐτελεύτησε, προφερό-
μενον ὑπὸ πολλῶν ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέ-
5 σθαι αὐτόν. ἐπεβίων δὲ διὰ παντὸς αὐτοῦ αἰσθανό-
μενός τε τῇ ἡλικίᾳ καὶ προσέχων τὴν γνώμην ὅπως
ἀκριβές τι εἴσομαι· καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν
ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρα-
τηγίαν, καὶ γενομένῳ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πράγ-
μασι, καὶ οὐχ ἧσσον τοῖς Πελοποννησίων διὰ

§. 5. *Πελοποννησίοις* Aug. Ven. Cl. T. It. H. Reg. Mosqu. M.

λέμῳ, quod Deceleicum ab oratoribus vocatur. — *κατὰ τοὺς χρόνους*. Cf. 20, 2. — *παρενεγκούσας*. Vid. adn. 20, 1. — *καὶ τοῖς ... ἐχυρῶς ξυμβάν*, atque iis, qui ex oraculis aliquid affirmarunt, hoc unum firmiter evenisse (exitu comprobatum esse). Cf. II 17, 2.

§ 4. *ἀεὶ προφερόμενον* iunge.

§ 5. *ἐπεβίων*, superstes fui, hic propter adiecta *διὰ παντὸς αὐτοῦ* paulo aliter atque II 65, 6 legitur, praesertim cum haec per totum bellum (iam inde ab eo moto), non per totam reliquam eius partem (a pace Niciae) significent. Alterum enim refutatur mentione quam deinde facit exsilii sui. — Postquam scriptor anteriore huius cap. parte dixit se totum bellum conscripsisse, quod, cum pars eius ἡ διὰ μέσου ξύμβασις habenda sit, viginti septem annorum fuerit, iam quomodo ad cognoscendas res gestas instructus fuerit exponit. — *αἰσθανόμενος τῇ ἡλικίᾳ*, propter aetatem (cf. adn. 14, 1) rerum intellegentiam habens. Cf. I 71, 5. Dionysius p. 821 verba *ἐρρωμένος τε τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν ὑγιαίνων* substituit. Ex hoc ipsius indicio quot annorum Th. initio belli fuisse censendus esset, non solum inter recentiores, sed iam inter veteres dissensio fuit. Pamphilae enim (apud Gell. XV 23) sive potius eius auctori Apollodoro (cf. Diels. in Mus. Rhen. XXXI p. 49) quadraginta videbatur annos natus fuisse, is autem, cuius sententiam Marcellin. 34 secutus est, cum Th., qui aliquot annos post bellum finitum mortuus est, vitam ultra quinquagesimum annum extendisse dicat, bellum autem viginti septem annorum fuerit, non plus viginti quinque annos eum natum fuisse putavit. — *φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ*. Cf. Marcell. 23 et ibi adn. — *μετὰ τὴν ... στρατηγίαν*. Vid. IV 104, 4. 5. 106, 3. 4. — *ἔτη εἴκοσι*. Cf. adn. ad Marcell. 32. „Eius exsilium incoeperit Ianuario a. 423, circa medium Isarchi annum.“ Clint. Fast. Hell. a. 423. — *γενομένῳ ... πράγμασι*, cum utrisque (i. e. utrorumque) rebus adessem. — *οὐχ ἧσσον*, potius magis quam minus, sicut *οὐχ ἥκιστα* pro *μάλιστα*. Cf. adn. I 82, 4. Itaque Th.

τὴν φυγήν, καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν μᾶλλον αἰσθέσθαι. τὴν οὖν μετὰ τὰ δέκα ἔτη διαφοράν τε καὶ 6
ξύγχυσιν τῶν σπονδῶν καὶ τὰ ἔπειτα ὡς ἐπολεμήθη ἐξηγήσομαι.

Κορίνθιοι τοὺς Ἀργείους πείθουσι τοὺς βουλομένους τῶν Ἑλλήνων προκαλεῖσθαι ἐς ξυμμαχίαν.

27. Ἐπειδὴ γὰρ αἱ πεντηκοντούτεις σπονδαὶ 1
ἐγένοντο καὶ ὕστερον ἡ ξυμμαχία καὶ αἱ ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου πρεσβεῖαι, αἵπερ παρεκλήθησαν ἐς αὐτάς, ἀνεχώρουν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, [καὶ] οἱ 2
μὲν ἄλλοι ἐπ' οἴκου ἀπῆλθον, Κορίνθιοι δὲ ἐς

Dion. Hal p. 838, ubi tamen quid ipse Dion. legerit incertum est. Cf. adn. III 82, 1. 3. Th. in talibus varietatem amat.

αἴσθεσθαι It. Vat. Pal. Aug. Cl. M. Male praesens *αἴσθομαι* Th. obtruditur, cuius nullum apud eum vestigium exstat, quin in accentus discrimine id consistat. Cf. II 93, 3. VII 75, 2. Idem in Xenophonte valet. Atque hic aoristus multo aptior. Nam praesens intellegendi (cf. supra *αἰσθανόμενος* et I 70, 1), aoristus percipiendi notioni aptus est. Cf. adn.

Cap. 27. § 1. *αἱ ξυμμαχίαι* codd. Cf. adn.

αἱ καὶ It. Vat. Laur. Aug. Cass. T. H.

ἐς αὐτά codd. Cf. adn.

§ 2. *καὶ* uncis inclusum om. Ar. Chr. Dan. Cf. adn.

aliquantum temporis cum Peloponnesiis iis locis, ubi bellum gerebant, versatus est. — *τὶ αὐτῶν*. Vid. Matth. Gr. § 487, 1. Modestum dicendi genus esse significans quidlibet earum rerum adnotat Arn. — *αἰσθέσθαι* sensu incohativo = rem percipere sive eius notitiam sibi parare.

§ 6. *ξύγχυσιν*. Cf. 39, 3. — *ὡς ἐπολεμήθη*. Cf. adn. I 1, 1.

Cap. 27. § 1. *ἡ ξυμμαχία* recte emendavit Herwerd. Stud. Thuc. p. 46. Nam hanc societatem, quae una erat, ceteris locis omnibus (22, 2. 23, 6. 24, 2. 25, 1. 27, 1) singulari Th. denotavit. Magis librariorum erroribus (cf. adn. III 65, 1. V 48, 1. 79, 1) quam ratione aut scriptoris usu traditam scripturam tueri studuit L. Herbst. adv. Cob. p. 5 sq. Neque huc afferri debebat *ὅρκοι* de uno iuramento a compluribus iurato dictum (I 9, 1. 78, 4. IV 86, 1). — *ἐς αὐτάς* emendavimus, quod legati ad *σπονδάς*, non simul ad *ξυμμαχίαν* acciti erant (22, 2), ut ad solas *σπονδάς* referri posset. Certe ad has solas *αὐτά* pertinere posse exemplis, quibus id tueri voluerunt (I 1, 2. VI 10, 2. 96, 1. ubi vid. adn.), non probatur. Idem hic omnium librorum error qui 25, 1 in solo M. — *ἀνεχώρουν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος*, in itinere erant Lacedaemone domum redeuntes. — *οἱ μὲν ... ἀπῆλθον*. Ut hinc apodosis inciperet, *καί* auctore Campio (Philol. XI p. 52) Th. verbis exemimus. Hoc enim si retinetur, illa verbis *καὶ αἱ ἀπὸ ... Λακεδαίμονος* continetur, quod ideo fieri nequit, quia Peloponnesiorum legati iam ante factam societatem dimissi erant (22, 2). Class. Th. maluit balbutientem facere quam huic causae cedere. Verba enim *καὶ ὕστερον ἡ ξυμμαχία* tanquam in parenthesi dicta esse voluit, qualem sententiae inter-

Ἄργος τραπόμενοι πρῶτον λόγους ποιοῦνται πρός
τινας τῶν ἐν τέλει ὄντων Ἀργείων ὡς χρή, ἐπειδὴ
Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἀλλ' ἐπὶ καταδου-
λώσει τῆς Πελοποννήσου σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν
πρὸς Ἀθηναίους τοὺς πρὶν ἐχθίστους πεποίηνται,
ὁρᾶν τοὺς Ἀργείους ὅπως σωθήσεται ἡ Πελοπόν-
νησος, καὶ ψηφίσασθαι τὴν βουλομένην πόλιν τῶν
Ἑλλήνων, ἥτις αὐτόνομός τέ ἐστι καὶ δίκας ἴσας
καὶ ὁμοίας δίδωσι, πρὸς Ἀργείους ξυμμαχίαν ποι-
εῖσθαι ὥστε τῇ ἀλλήλων ἐπιμαχεῖν, ἀποδεῖξαι δὲ
ἄνδρας ὀλίγους ἀρχὴν αὐτοκράτορας καὶ μὴ πρὸς
τὸν δῆμον τοὺς λόγους εἶναι, τοῦ μὴ καταφανεῖς
γίγνεσθαι τοὺς μὴ πείσαντας τὸ πλῆθος. ἔφασαν
δὲ πολλοὺς προσχωρήσεσθαι μίσει τῶν Λακεδαι-
3 μονίων. καὶ οἱ μὲν Κορίνθιοι διδάξαντες ταῦτα
ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκον.

1 28. Οἱ δὲ τῶν Ἀργείων ἄνδρες ἀκούσαντες
ἐπειδὴ ἀνήνεγκαν τοὺς λόγους ἔς τε τὰς ἀρχὰς

αἰτίαι δι' ἃς οἱ Ἀργεῖοι τοὺς

positae conformationem neque apud Th. neque apud alium antiquioris aetatis scriptorem adhuc quisquam deprehendit. Neque satis apte diceretur, cum pax facta esset, legatos rediisse, cum aliquantum temporis intercesserit (22, 1). Ex ea autem quam nos nunc secuti sumus ratione οἱ μὲν ... ἀπῆλθον, si sententiarum conexum spectamus, proximo membro ut principali subiecta sunt: cum reliqui domum abirent, Corinthii Argos profecti sermones conferunt. Cf. Kuehn.Gr. max. §518, 9.

§ 2. πρῶτον, scil. priusquam domum redirent, διὰ μέσου collocatum ad τραπόμενοι et λόγους ποιοῦνται pariter refertur. Cf. adn. III 60, 1. Sequitur infra § 3 διδάξαντες ταῦτα (= ἔπειτα) ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκον. — πρός τινας ... Ἀργείων] ἤγουν πρός τινας ἄρχοντας τῶν Ἀργείων. Schol. Cf. adn. II 10, 3 et de Argivorum magistratibus V 47, 9. — καταδουλώσει. Cf. adn. III 10, 3. — δίκας ... δίδωσι. Sic iterum 79, 1. Δίκας constat esse causarum et controversiarum disceptationes. Cf. adn. I 28, 2. 140, 2. Cf. αὐτόδικος 18, 2. „Mihi hoc dicendi genere et eae aliis obnoxiae civitates, quae non erant αὐτόδικοι, et [quas solas intellegi voluit Haack.] tam potentes, ut omni aequa lege ac iure superiores essent, ... excipi videntur." Arn. — ξυμμαχίαν ... ἐπιμαχεῖν. Vid, adn. I 44, 1. Ἐπιμαχία nominatur infra 48, 2. — ἀποδεῖξαι ... εἶναι. Cf. IV 22 narrata. — ἀρχὴν αὐτοκράτορας, plenam omnino potestatem habentes. De τὴν ἀρχήν pariter dicto cf. adn. IV 98, 1 et de ἀρχήν in sententia affirmativa posito Maetzner. ad Lycurg. 125. — τοῦ μὴ καταφανεῖς ...] ἵνα μὴ φωραθῶσιν ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων οἱ συνθέμενοι τοῖς Ἀργείοις. Schol.

Cap. 28. § 1. ἐπειδή. De

τῶν Κορινθίων λόγους ἐδέξαντο.

καὶ τὸν δῆμον, ἐψηφίσαντο Ἀργεῖοι, καὶ ἄνδρας
εἵλοντο δώδεκα πρὸς οὓς τὸν βουλόμενον τῶν
Ἑλλήνων ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι πλὴν Ἀθηναίων καὶ
Λακεδαιμονίων· τούτων δὲ μηδετέροις ἐξεῖναι ἄνευ
τοῦ δήμου τοῦ Ἀργείων σπείσασθαι. ἐδέξαντό τε 2
ταῦτα οἱ Ἀργεῖοι μᾶλλον, ὁρῶντες τόν τε τῶν
Λακεδαιμονίων σφίσι πόλεμον ἐσόμενον (ἐπ' ἐξ-
όδῳ γὰρ πρὸς αὐτοὺς αἱ σπονδαὶ ἦσαν) καὶ ἅμα
ἐλπίσαντες τῆς Πελοποννήσου ἡγήσεσθαι. κατὰ
γὰρ τὸν χρόνον τοῦτον ἥ τε Λακεδαίμων μάλιστα
δὴ κακῶς ἤκουσε καὶ ὑπερώφθη διὰ τὰς ξυμ-
φοράς, οἵ τε Ἀργεῖοι ἄριστα ἔσχον τοῖς πᾶσιν,
οὐ ξυναράμενοι τοῦ Ἀττικοῦ πολέμου, ἀμφοτέ-
ροις δὲ μᾶλλον ἔνσπονδοι ὄντες ἐκκαρπωσάμενοι.
οἱ μὲν οὖν Ἀργεῖοι οὕτως ἐς τὴν ξυμμαχίαν προσ- 3
εδέχοντο τοὺς ἐθέλοντας τῶν Ἑλλήνων·

Μαντινῆς πρῶτοι τοῖς Ἀργείοις προσχωροῦσι. τότε δὲ καὶ

29. Μαντινῆς δ' αὐτοῖς καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐ- 1
τῶν πρῶτοι προσεχώρησαν δεδιότες τοὺς Λακε-
δαιμονίους. τοῖς γὰρ Μαντινεῦσι μέρος τι τῆς

collocatione huius coniunctionis cf. adn. III 4, 1. — *ποιεῖσθαι*. Ex superioribus repete *ἐψηφίσαντο*. Cf. Krueg. Gr. § 65, 11 adn. 9. — *ἄνευ*. Cf. adn. I 128, 3.

§ 2. *ἐδέξαντό τε*. Per *τέ* particulam h. l. Th. adiungit quod ad explicandam superiorem sententiam additur, ut II 8, 4. 18, 3. Frustra igitur *δέ* coniecit Class. — *ὁρῶντες τόν τε*. De hac collocatione particulae *τέ* cf. adn. I 16. — *ἐπ' ἐξόδῳ ... ἦσαν*. Idem iam 14, 4 dictum est. Quae repetitio sane ferenda est in scriptore, quem morte impeditum esse compertum habemus, quominus opus perficeret. Atque huius quidem libri aliis quoque locis non desunt indicia, quibus ei summam manum non impositam esse cognoscatur. Cf. adn. 14, 4. 31, 5. 32, 1. 2. 5. 35, 1. 39, 3. 77, 1. 80, 3. 83, 4. — *διὰ τὰς ξυμφοράς*, 14, 3. 4 enumeratas. — *ἄριστα ἔσχον*, opibus maxime florere coeperant eodem sensu incohativo quo antea *κακῶς ἤκουσε καὶ ὑπερώφθη*, in malam famam et contemptum venerat. Cf. adn. 26, 5. — *τοῖς πᾶσιν*. Cf. VII 50, 3 *τοῖς πᾶσι χαλεπώτερον ἴσχοντα*, Matth. Gr. § 266. Bernh. Synt. p. 83. — *ξυναράμενοι ... πολέμου*. Cf. adn. IV 10, 1. — *ἀμφοτέροις ... ἐκκαρπωσάμενοι*, cum fructus inde percepissent, quod cum utrisque pace utebantur. Cf. Diod. XII 75, 6 (*ἡ τῶν Ἀργείων πόλις*) *εἰρήνην ἔχουσα προσόδους μεγίστας ἐλάμβανε*. Et schol.: *ἐκκαρπωσάμενρι*] *τοὺς καρποὺς καὶ τὰς προσόδους λαβόντες ἀπὸ τῆς γῆς ἀκεραίους διὰ τὸ μὴ πολεμεῖν*. De *ἔνσπονδος* voce cf. adn. I 40, 3.

Cap. 29. § 1. *μέρος τι τῆς Ἀρκαδίας*. „Videtur esse *ἡ Παρρασική*. Vid. c. 33.“ Haack.

Ἀρκαδίας κατέστραπτο ὑπήκοον, ἔτι τοῦ πρὸς
Ἀθηναίους πολέμου ὄντος, καὶ ἐνόμιζον οὐ περι-
όψεσθαι σφᾶς τοὺς Λακεδαιμονίους ἄρχειν, ἐπει-
δὴ καὶ σχολὴν ἦγον· ὥστε ἄσμενοι πρὸς τοὺς
Ἀργείους ἐτράποντο, πόλιν τε μεγάλην νομίζον-
τες καὶ Λακεδαιμονίοις ἀεὶ διάφορον δημοκρατου-
2 μένην τε ὥσπερ καὶ αὐτοί. ἀποστάντων δὲ τῶν
Μαντινέων καὶ ἡ ἄλλη Πελοπόννησος ἐς θροῦν
καθίστατο ὡς καὶ σφίσι ποιητέον τοῦτο, νομίσαν-
τες πλέον τέ τι εἰδότας μεταστῆναι αὐτοὺς καὶ
τοὺς Λακεδαιμονίους ἅμα δι' ὀργῆς ἔχοντες, ἐν
ἄλλοις τε καὶ ὅτι ἐν ταῖς σπονδαῖς ταῖς Ἀττικαῖς
ἐγέγραπτο εὔορκον εἶναι προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν
ὅ τι ἂν ἀμφοῖν τοῖν πολέοιν δοκῇ, Λακεδαιμονίοις
3 καὶ Ἀθηναίοις. τοῦτο γὰρ τὸ γράμμα μάλιστα τὴν
Πελοπόννησον διεθορύβει καὶ ἐς ὑποψίαν καθ-
ίστη μὴ μετὰ Ἀθηναίων σφᾶς βούλωνται Λακεδαι-
μόνιοι δουλώσασθαι· δίκαιον γὰρ εἶναι πᾶσι τοῖς

ἡ ἄλλη Πελοπόννησος διαθορυβεῖται καὶ πρὸς τοὺς Ἀργείους ῥέπει.

— κατέστραπτο ὑπήκοον. Est usus adiectivi prolepticus, qualis affuit I 15, 2 ξυνεστήκεσαν ὑπήκοοι. Conf. ibi adn. Matth. Gr. § 446 adn. 2. Fritzsch. Quaest. Luci. p. 40. Class. I 8, 3 προσεποιοῦντο ὑπηκόους affert. Κατέστραμμαι autem ut I 75, 4 est passivum medii magis quam activi. — οὐ περιόψεσθαι σφᾶς . . .] οὐκ ἐπιτρέψειν τοῖς Μαντινεῦσι τοὺς Λακεδαιμονίους ἄρχειν τῶν κατεστραμμένων, καὶ ταῦτα σχολὴν ἄγοντας τοὺς Λακεδαιμονίους. Schol. De infinitivo ex περιορᾶν apto vid. adn. I 35, 4. — ἐπειδὴ . . . ἦγον, quoniam otium iis erat prohibendi. — δημοκρατουμένην ὥσπερ καὶ αὐτοί. Eadem verba redeunt 44, 1, ubi cf. adn. Videmus autem Lacedaemonios in Mantinensibus id nondum consecutos esse, quod eos in sociis efficere studuisse I 19 legimus.

§ 2. ἐς θροῦν καθίστατο, mussare coepit, Port. — πλέον τι εἰδότας, aliquid prae aliis scientes, rebus melius compertis, i. e. idoneam habentes quam ipsi (reliqui Peloponnesii) ignorarent causam. Cf. VII 49, 4 ὑπόνοια μή τι καὶ πλέον εἰδὼς ὁ Νικίας ἰσχυρίζηται, VI 90, 1. Appi. Civ. V 63. — ἐν ἄλλοις, i. e. δι' ἄλλα. Cf. adn. IV 106, 1. — ἐγέγραπτο. Vid. 18, 11. 23, 6.

§ 3. Γράμμα, condicio, clausula. — καὶ ἐς ὑποψίαν . . . δουλώσασθαι. Cf. Diod. XII 75, 2. — δίκαιον γὰρ εἶναι. Cf. adn. IV 3, 2. Non male γὰρ ἂν εἶναι, futurum fuisse, legeretur; cogitandum tamen in indicativo recte hic dici δίκαιον ἦν. Haec enim est sententiarum cohaerentia: si consilium ipsos subigendi non secuti essent, omnibus sociis, id quod revera iustum esset, eos concessuros fuisse illam condicionum mutationem. — πᾶσι, in usum omnium, ita ut

ξυμμάχοις γεγράφθαι τὴν μετάθεσιν. ὥστε φοβούμενοι οἱ πολλοὶ ὥρμηντο πρὸς τοὺς Ἀργείους καὶ αὐτοὶ ἕκαστοι ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι. 4

Λακεδαιμόνιοι δὲ Κορινθίοις ἄλλως παρακελεύονται ἐσιέναι ἐς τὰς τῶν Ἀθηναίων σπονδάς.

30. Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι τὸν θροῦν τοῦτον ἐν τῇ Πελοποννήσῳ καθεστῶτα καὶ τοὺς Κορινθίους διδασκάλους τε γενομένους καὶ αὐτοὺς μέλλοντας σπείσασθαι πρὸς τὸ Ἄργος, πέμπουσι πρέσβεις ἐς τὴν Κόρινθον, βουλόμενοι προκαταλαβεῖν τὸ μέλλον, καὶ ᾐτιῶντο τήν τε ἐσήγησιν τοῦ παντὸς καὶ εἰ Ἀργείοις σφῶν ἀποστάντες ξύμμαχοι ἔσονται, παραβήσεσθαί τε ἔφασαν αὐτοὺς τοὺς ὅρκους, καὶ ἤδη ἀδικεῖν ὅτι οὐ δέχονται τὰς Ἀθηναίων σπονδάς, εἰρημένον κύριον εἶναι ὅ τι ἂν τὸ πλῆθος τῶν ξυμμάχων ψηφίσηται, ἢν μή τι θεῶν ἢ ἡρώων κώλυμα ᾖ. 1

Κορίνθιοι δέ, παρόντων σφίσι τῶν ξυμμάχων ὅσοι οὐδ' αὐτοὶ ἐδέξαντο τὰς σπονδάς (παρεκάλεσαν δὲ αὐτοὺς αὐτοὶ πρότερον), ἀντέλεγον τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἃ μὲν ἠδικοῦντο οὐ δηλοῦντες ἄντικρυς, ὅτι οὔτε Σόλλιον σφίσιν ἀπέλαβον παρ' Ἀθηναίων οὔτε Ἀνακτόριον εἴ τέ τι ἄλλο ἐνόμιζον ἐλασσοῦσθαι, 2

Cap. 30. § 2. *Σόλλιον* Cl., vulgo *Σόλειον*, Bekk. *Σόλλειον*. Cf. sd. II 30, 1.

pateret omnibus. — *τὴν μετάθεσιν*, ius, facultatem immutandi. Cf. adn. I 52, 2. III 33, 3. IV 35, 3.

§ 4. *ὥρμηντο ... πρὸς ... ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι.* De *πρός* praepositione eadem oritur dubitatio, de qua dictum est in adn. II 59, 2.

Cap. 30. § 1. *διδασκάλους.* instinctores, auctores (*τοῦ θροῦ*). — *καὶ αὐτούς*, et ipsos. — *μέλλοντας σπείσασθαι.* Cf. adn. III 92, 2. — *εἰ.* Cf. Krueg. Gr. § 65, 5 adn. 7. — *εἰρημένον.* Cf. adn. I 140, 2. — *τὸ πλῆθος.* Cf. adn. I 125, 1.

§ 2. *σφίσι.* Cf. adn. I 20, 1. — *ὅσοι ... τὰς σπονδάς.* Hi 17, 2 sunt nominati. — *παρεκάλεσαν δὲ αὐτοὺς αὐτοί*, non sua sponte venerant, sed ipsi eos acciverant. Ne *κακοφωνίαν* esse existimes *αὐτοὺς αὐτοί*, cf. II 36, 3. V 46, 3. VIII 90, 5. — *οὐ δηλοῦντες ἄντικρυς.* Id tamen iure videntur facere potuisse. Cf. adn. 18, 2. — *ὅτι ... Ἀνακτόριον εἴ τε ... ἐλασσοῦσθαι.* Explicatur *ἃ μὲν ἠδικοῦντο.* — *Σόλλιον.* Cf. II 30, 1 et ibi adn. — *σφίσιν ἀπέλαβον*, ipsis (Corinthiis) recepissent (*für sie wiedererlangt hätten*) Lacedaemonii. — *Ἀνακτόριον.* Cf. IV 49. — *τὶ ἄλλο.* Velut quod Epidamno et Potidaea coloni eorum

πρόσχημα δὲ ποιούμενοι τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης μὴ προ-
δώσειν· ὀμόσαι γὰρ αὐτοῖς ὅρκους ἰδίᾳ τε, ὅτε
μετὰ Ποτειδαιατῶν τὸ πρῶτον ἀφίσταντο, καὶ
3 ἄλλους ὕστερον. οὔκουν παραβαίνειν τοὺς τῶν
ξυμμάχων ὅρκους ἔφασαν οὐκ ἐσιόντες ἐς τὰς τῶν
Ἀθηναίων σπονδάς· θεῶν γὰρ πίστεις ὀμόσαντες
ἐκείνοις οὐκ ἂν εὐορκεῖν προδιδόντες αὐτούς.
εἰρῆσθαι δ' ὅτι „ἢν μὴ θεῶν ἢ ἡρώων κώλυμα ᾖ“·
4 φαίνεσθαι οὖν σφίσι κώλυμα θεῖον τοῦτο. καὶ
περὶ μὲν τῶν παλαιῶν ὅρκων τοσαῦτα εἶπον, περὶ
δὲ τῆς Ἀργείας ξυμμαχίας μετὰ τῶν φίλων βου-
5 λευσάμενοι ποιήσειν ὅ τι ἂν δίκαιον ᾖ. καὶ οἱ
μὲν Λακεδαιμονίων πρέσβεις ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου.
ἔτυχον δὲ παρόντες ἐν Κορίνθῳ καὶ Ἀργείων πρέ-
tiam meam dicam. — ἧσσον ἑτέρων. Quanquam alii, inquit, qui hanc expeditionem dissuadeant, ignaviae forsitan insimulentur (sicut infra 18, 1 seniores vereri affirmat, ne, nisi bellum suffragio suo comprobarint, μαλακοί esse videantur), me quidem, qui plurima stipendia fecerim et plurimis proeliis interfuerim, propterea quod vitae meae timeam, hanc expeditionem decerni nolle nemo ausit dicere. Proxima νομίζων ... ὀρθοῦσθαι addit, quod illos seniores ab Alcibiadis factione timiditatis incusatos ipse nequaquam vult reprehendere. — νομίζων. Participium concessivam hic vim habet, quasi additum sit καίπερ. Cf. adn. I 69, 5. — ὁμοίως. „Cui ergo? Nempe non ὀρρωδοῦντι, non metuenti, sibi non parcenti; aeque, inquit, s. non minus fuerit bonus civis, qui sibi quoque parcat et consulat, quam qui de hoc non laboret.“ Bau. — δι' ἑαυτόν. Haec illustrantur dicto II 60, 3. — οὔτε νῦν ... ἐρῶ. Qui codd. scripturam tuentur ad οὔτε νῦν mente παρὰ γνώμην repetere solent. At tum in opposita sententia non dicendum est quomodo optime sive optima existimabo (dicam), sed quae optima existimabo (dicam). Class. ad οὔτε νῦν subaudit λέγω conferens I 86, 2. III 40, 2. Tamen praeterquam quod hoc ad futurum ἐρῶ non satis convenit, ne sic quidem illud quomodo optime sive optima existimabo dicam aptum est. Nam diversum est ὅπῃ ἂν γιγνώσκωσιν ἄριστα 8, 2, ubi pro obiecto, quod hic prorsus desideratur, superius τἄλλα cogitandum est. Itaque nunc scripsimus quod Madvig. Advers. I p. 400 emendandum esse vidit. Nam quod Class. de coniunctivo cum ἄν post οὔτε ἄλλα ἢ posito dubitat, patet eum futuro enuntiati primarii respondere.

§ 3. τοὺς τρόπους τοὺς ὑμετέρους, indolem vestram, qui prompti estis ad audendum et novarum rerum cupidi. Cf. I 70. — τοῖς ἑτοίμοις . . . κινδυνεύειν. Τὰ ἑτοῖμα esse praesentia, quae quis iam teneat, vidimus I 70, 4. IV 61, 1. De verbis κινδυνεύειν τινί vid. adn. II 65, 7. —

ἐν καιρῷ σπεύδετε οὔτε ῥᾴδιά ἐστι κατασχεῖν ἐφ' ἃ ὥρμησθε, ταῦτα διδάξω.

β'. κεφάλαια ι'—ιβ'. αα'. ὅτι οὔτε ἐν καιρῷ σπεύδουσιν Ἀθηναῖοι ι' οὔτε ῥᾴδιά ἐστι κατασχεῖν ἐφ' ἃ ὥρμηνται ια' § α'.

10. *Φημὶ γὰρ ὑμᾶς πολεμίους πολλοὺς ἐνθάδε* 1
ὑπολιπόντας καὶ ἑτέρους ἐπιθυμεῖν ἐκεῖσε πλεύσαντας δεῦρο ἐπαγαγέσθαι. καὶ οἴεσθε ἴσως τὰς 2
γενομένας ὑμῖν σπονδὰς ἔχειν τι βέβαιον· αἳ ἡσυχαζόντων μὲν ὑμῶν ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται (οὕτω γὰρ ἐνθένδε τε ἄνδρες ἔπραξαν αὐτὰ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων), σφαλέντων δέ που ἀξιόχρεῳ δυνάμει ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ποιήσονται, οἷς πρῶτον μὲν διὰ ξυμφορῶν ἡ ξύμβασις καὶ ἐκ τοῦ αἰσχίονος ἢ ἡμῖν κατ' ἀνάγκην ἐγένετο,

Cap. **10.** § 1. *ἡμᾶς* codd. plurimi. At praecedunt *σπεύδετε* et *ὥρμησθε*, sequitur *οἴεσθε*.
δεύτερον codd. longe plurimi, *δεῦρο* pauci et Valla huc interpretatus. Cf. 18, 1. 34, 3.
§ 2. *αὐτὰς* codd. satis multi, sed non optimi. Cf. adn.
§ 3. *δέ* om. codd. prope omnes, vertit Valla.

κατασχεῖν, assequi, sensu incohativo. Cf. II 62, 3.

Cap. **10.** § 1. *καὶ ἑτέρους*, etiam alios. — *ἐπαγαγέσθαι*, alibi arcessere, hic est allicere, attrahere. In tota paragrapho attende concursum diversorum accusativorum, qui in Latinis vituperaretur. Perspicuitati consuli poterat hac orationis conformatione: *φημὶ γὰρ ὅτι ὑμεῖς πολεμίους πολλοὺς ἐνθ. ὑπολιπόντες καὶ ἑτέρους ἐπιθυμεῖτε ἐκ. πλεύσαντες δεῦρο ἐπαγαγέσθαι.*

§ 2. *τὰς ... σπονδάς*, *τὰς πρὸς Λακεδαιμονίους*. — *αἵ*, cum vi adversativa ut *οὓς* I 89, 3. — *ὀνόματι*. Cf. Krueg. Gr. § 46, 4 adn. 3. — *οὕτω ... ἔπραξαν αὐτά*] *οὐ τοῦτο λέγει οτι συνθέμενοι περὶ τῶν σπονδῶν οὕτως ἐσπείσαντο ὥστε μὴ βεβαίους αὐτὰς τυγχάνειν (ἐπεὶ δόξειεν ἂν καὶ ἑαυτὸν διαβάλλειν· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ πράξας τὰς σπονδάς), ἀλλ' ἀποτείνεται πρὸς Ἀλκιβιάδην τε καὶ Κλεόβουλον καὶ Ξεναγόραν* [*Ξενάρην* legendum esse ex V 36 sqq. intellegitur]· *οὗτοι γὰρ ἠναντιοῦντο ταῖς σπονδαῖς καὶ οὕτως ἔπραττον ὥστε μὴ μένειν αὐτάς*. Schol. Ex hac autem interpretatione *αὐτά* legendum esse apparet. Nam *ἔπραξαν αὐτάς* illos ipsa foedera fecisse significaret. Verte eo enim rem adduxerunt. Weidneri coniectura *ἐτάραξαν* (l. l. p. 15) non opus esse putamus. Cf. adn. 18, 6. 40, 2. 79, 4. *Ἐνθένδε ἄνδρες* sunt *Leute von hier*. Sic rursus 38, 1. Cf. Krueg. Gr. § 50, 8 adn. 15. — *σφαλέντων ... δυνάμει*. Propr. sin autem usquam magno exercitu offenderimus, i. e. sin autem usquam magnus exercitus noster aliquam cladem acceperit. Pro *σφαλέντων*, ad quod ex superioribus *ὑμῶν* audiendum est, si *σφαλεῖσι* exspectes, cf. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 2. — *διὰ ξυμφορῶν ἡ ξύμβασις*. Vid. V 14, 3. 28, 2. — *ἐκ τοῦ αἰσχίονος η*

ἔπειτα ἐν αὐτῇ ταύτῃ πολλὰ τὰ ἀμφισβητούμενα
3 *ἔχομεν. εἰσὶ δ' οἳ οὐδὲ ταύτην πω τὴν ὁμολογίαν ἐδέξαντο, καὶ οὐχ οἱ ἀσθενέστατοι· ἀλλ' οἱ μὲν ἄντικρυς πολεμοῦσιν, οἱ δὲ καὶ διὰ τὸ Λακεδαιμονίους ἔτι ἡσυχάζειν δεχημέροις σπονδαῖς καὶ*
4 *αὐτοὶ κατέχονται. τάχα δ' ἂν ἴσως, εἰ δίχα ἡμῶν τὴν δύναμιν λάβοιεν, ὅπερ νῦν σπεύδομεν, καὶ πάνυ ἂν ξυνεπιθοῖντο μετὰ Σικελιωτῶν, οὓς πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο ξυμμάχους γενέσθαι ἐν*
5 *τῷ πρὶν χρόνῳ. ὥστε χρὴ σκοπεῖν τινα αὐτὰ καὶ μὴ μετεώρῳ τῇ πόλει ἀξιοῦν κινδυνεύειν καὶ ἀρ-*

§ 4. *τάχα ἂν δ'* pars codd., ut 2, 4.
§ 5. *μετεώρῳ τε πόλει* codd., *τῇ* fortasse schol. Emend. Krueg. Cf. adn.

ἡμῖν κατ' ἀνάγκην ἐγένετο, maiore cum dedecore quam nos, quos minus necessitas premebat, ex necessitate pacem fecerunt. Cf. adn. I 51, 2. — *ἔπειτα ... ἔχομεν.* Cf. Krueg. Gr. § 59, 2 adn. 6. — *πολλὰ τὰ ἀφισβητούμενα.* Refertur ad Amphipolin Atheniensibus non redditam et ea, quae exponit V 35. 42.

§ 3. *οἱ μὲν ... πολεμοῦσιν.* Sunt Corinthii. His enim ab initio quidem *ἀνοκωχὴ ἄσπονδος* fuit cum Atheniensibus (vid. V 32, 7), postea autem palam adversus eos bellum gesserunt. Cf. V 52, 2. 115, 3. — *οἱ δὲ ... κατέχονται.* Sunt Boeoti (V 26, 2. 32, 5) et Chalcidenses Thraciae (7, 4) et fortasse Megarenses (V 17, 2. 31, 6). De priore *καί* cf. Krueg. § 69, 32 adn. 15. Super ipsis *δεχημέροις σπονδαῖς* consule adn. V 26, 2.

§ 4. *τάχα δ' ἂν ἴσως.* Similiter *τάχ' ἂν ἴσως* 34, 2 et 78, 3. Cf. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 235. — *δίχα*] *διῃρημένην εἰς δύο μέρη* (alteris in Graecia remanentibus, alteris in Siciliam profectis). Schol. Addi poterat *οὖσαν* s. *γενομένην*. Vid. adn. I 64, 1. — *ὅπερ ... σπεύδομεν.* Cf. Matth. Gr. § 423. — *πρὸ πολλῶν*, scil. *ἀνθρώπων.* Aliter enim *πρὸ πολλοῦ* aut *πρὸ πολλῶν χρημάτων* (I 33, 2. Isocr. XIII 11) dicendum erat. Infin. autem *ξυμμάχους γενέσθαι* ad similitudinem eorum interpretandus, de quibus agit Krueg. Gr. § 61, 6 adn. 8. Cf. I 138, 2. III 6, 2. V 15, 1.

§ 5. *σκοπεῖν τινα αὐτά*, rem considerare. Cf. *αὐτά* § 2 et de pronom. indef. pro *ἡμᾶς* posito adn. V 14, 3. — *καὶ μὴ ... ἀξιοῦν κινδυνεύειν*] *καὶ μὴ ἀξιοῦν κινδυνεύειν τῆς πόλεως ἡμῶν οὐκ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὁρμούσης. μετενήνεκται δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν πλοίων τῶν μήπω ὡρμισμένων.* Schol. Hanc navis et reipublicae comparationem apud scriptores et Graecos et Latinos saepissime reperiri nemo ignorat. De dicendi genere *κινδυνεύειν τῇ πόλει* cf. adn. II 65, 7. — Hoc membrum cum proximo *τὲ — καί* particulis iungi nequit. Nam non diversa significantur, sed quae una actione comprehendantur. Etenim urbs ipso imperii proferendi studio in periculum vocatur. Etiam schol. *τῇ* videtur

χῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι πρὶν ἣν ἔχομεν βεβαιωσώμεθα, εἰ Χαλκιδῆς γε οἱ ἐπὶ Θρᾴκης, ἔτη τοσαῦτα ἀφεστῶτες ἀφ' ἡμῶν, ἔτι ἀχείρωτοί εἰσι καὶ ἄλλοι τινὲς κατὰ τὰς ἠπείρους ἐνδοιαστῶς ἀκροῶνται. ἡμεῖς δὲ Ἐγεσταίοις δὴ οὖσι ξυμμάχοις ὡς ἀδικουμένοις ὀξέως βοηθοῦμεν, ὑφ' ὧν δ' αὐτοὶ πάλαι ἀφεστώτων ἀδικούμεθα, ἔτι μέλλομεν ἀμύνεσθαι.

11. *Καίτοι τοὺς μὲν κατεργασάμενοι κἂν κατά-* 1
σχοιμεν· τῶν δ' εἰ καὶ κρατήσαιμεν, διὰ πολλοῦ γε καὶ πολλῶν ὄντων χαλεπῶς ἂν ἄρχειν δυναίμεθα. ἀνόητον δ' ἐπὶ τοιούτους ἰέναι ὧν κρα-

βεβαιωσόμεθα codd. plurimi et optimi. Sed apud Atticos quidem scriptores nusquam *πρίν* cum indicativo futuri exstat. Cf. Kuehn. Gr. max. § 568, 1 b adn. 2.
αὐτῶν codd. Emend. Reisk. Cf. adn.

legisse. — *πρὶν . . . βεβαιωσώμεθα.* Similiter 29, 2 *πρὶν διαγνῶσι,* VIII 9, 1 *πρὶν διεορτάσωσι,* ibid. 3 *πρίν τι καὶ ἰσχυρὸν λάβωσι.* Cf. Lob. ad Phryn. p. 14 sq. Stallb. ad Plat. Phaedon. 62 c. Stahl. Quaest. gram. p. 12. — *ἔτη τοσαῦτα,* sedecim. Cf. I 58, 1. — *κατὰ τὰς ἠπείρους,* in continentis variis partibus. Ita Arn., cui nunc Bloomf., qui antea de Europa et Asia interpretatus erat, assentitur. „Milesios, Erythrenses aliosque respicere videtur, qui primi post fractos in Sicilia Athenienses ad Lacedaemonios defecerunt.“ Acac. — *εἰ . . . γε,* si quidem, causam introducit, qua appareat eos imperium quod habent nondum confirmavisse. Cf. Soph. OR. 383. Class. praeter verum sententiarum conexum etiam *ἡμεῖς δὲ Ἐγ. κ. τ. λ.* ad *εἰ . . . γε* refert. Postquam enim expositum est, quam rationem Athenienses sequi debeant, his verbis ea quam revera sequuntur opponitur. Propriam igitur sententiam efficiunt toti superiori enuntiato contrariam. — *δή,* scilicet, nimirum, cum ironia dictum (cf. adn. III 10, 6), ut verborum collocatio ostendit, ad *βοηθοῦμεν,* non ad *οὖσι ξυμμάχοις* pertinet. Minime igitur hac particula eos revera non socios fuisse indicatur. Immo Segestanis, quos Athenienses socios habent, ii quos non iam habent (*πάλαι ἀφεστῶτες*) opponuntur. Cf. adn. 6, 2. — *βοηθοῦμεν.* Praesens de decreto auxilio. Cf. 8, 2. adn. V 18, 5. — *αὐτοί.* Patet iniuriam, qua ipsi Athenienses afficiuntur, opponi iniuriae, quae Segestanis inferri videtur.

Cap. 11. § 1. *τοὺς μέν,* i. e. *τοὺς πάλαι ἀφεστῶτας.* — *κἂν κατάσχοιμεν,* etiam sub imperio retineamus. Ne propter rei diuturnitatem *κατέχοιμεν* exspectes. Subigendi enim eventus exprimitur. Cf. 86, 3. I 114, 2. adn. III 82, 4. — *τῶν δέ*] *τῶν Σικελιωτῶν.* Schol. — *διὰ πολλοῦ . . . ὄντων,* quippe qui (cf. adn. IV 65, 4) longo intervallo distent (cf. adn. II 29, 3) et

τήσας τε μὴ κατασχήσει τις καὶ μὴ κατορθώσας
2 μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ καὶ πρὶν ἐπιχειρῆσαι ἔσται. Σικε-
λιῶται δ' ἂν μοι δοκοῦσιν, ὥς γε νῦν ἔχουσι,
καὶ ἔτι ἂν ἧσσον δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, εἰ ἄρ-
ξειαν αὐτῶν Συρακόσιοι, ὅπερ οἱ Ἐγεσταῖοι μά-
3 λιστα ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι. νῦν μὲν γὰρ κἂν ἐπέλ-
θοιεν ἴσως Λακεδαιμονίων ἕκαστοι χάριτι, ἐκείνως
δ' οὐκ εἰκὸς ἀρχὴν ἐπὶ ἀρχὴν στρατεῦσαι· ᾧ γὰρ
ἂν τρόπῳ τὴν ἡμετέραν μετὰ Πελοποννησίων ἀφ-
έλωνται, εἰκὸς ὑπὸ τῶν αὐτῶν καὶ τὴν σφετέραν

ββ'. ὅτι μὴ ἐκφέροντας πόλεμον Σικελιώταις οὐ δεῖ φοβεῖσθαι μὴ οὗτοι ἐπέλθωσι, σφαλέντες δὲ μάλα κινδυνεύσουσι.

Cap. 11. § 3. ἔλθοιεν codd. Cf. adn.

multi sint. — τὶς. Cf. adn. 10, 5. — καὶ μὴ κατορθώσας cet. Proprie pergere debebat καὶ πρὸς οὓς μὴ κατ. Sed cf. Krueg. Gr. § 59, 2 adn. 6 et adn. 10, 2. — μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ... ἔσται, non eadem atque antequam invaserimus condicione futuri simus. Ἐν τῷ ὁμοίῳ, alibi dicendi genus adverbiale (cf. 16, 4. 21, 2), hic cum εἶναι ita coniuncta sunt, ut fieri vidimus in adn. II 51, 6. Cf. Matth. Gr. § 577 p. 1342. Krueg. Gr. § 43, 4 adn. 4. Non fore autem eos ἐν τῷ ὁμοίῳ, quod clade afflictos Sicilienses etiam domum persecuturi sint, recte docet Haack. Cf. 10, 1 et VIII 2, 3.

§ 2. Σικελιῶται δ' ἂν ... Συρακόσιοι, Sicilienses autem, prout (cf. adn. III 45, 4) quidem nunc se habent (*im Verhältnisz wenigstens zu ihrem gegenwärtigen Zustand)*, cum nullius imperio subiecti sunt (cf. IV 65, 1), adeo etiam (*sogar noch*) minus mihi videntur nobis metuendi fore, si Syracusani eos sub potestatem suam redegerint, i. e. si quidem praesentem Siciliensium statum comparamus, minus etiam quam nunc nobis metuendi erunt, si Syracusani eos sibi subiecerint. Qualis ille sit praesens status, ex εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Σ. verbis apparet, quibus hic νῦν pariter contrarium est atque infra ἐκείνως adverbio ad eadem verba spectanti. Falso post ὥς γε νῦν ἔχουσι Class. οὐ δεινοὶ εἶναι subaudit et, cum hoc commode fieri nequeat, lacunam ibidem exstitisse suspicatur. Prius ἂν proprie iam ad ἧσσον δεινοὶ γενέσθαι pertinet, sed parenthesi ὥς γε νῦν ἔχουσι interiecta particula iteratur. Cf. adn. I 136, 4. — ὅπερ... ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι. Cf. Matth. Gr. § 421 adn. 2 a. Krueg. Gr. § 46, 11 adn. 2. infra 83, 6.

§ 3. ἐπέλθοιεν scripsimus, quoniam sententia aggrediendi notionem postulat. Aliud infra ἀφικοίμεθα, ubi cf. adn. Vix enim de Siciliensium in ipsam Atticam invasione cogitari potest. — ἐκείνως δέ] ἤγουν εἰ ἀρχθεῖεν ὑπὸ Συρακοσίων. Schol. — οὐκ εἰκὸς... στρατεῦσαι. Quod Syracusani imperio Siciliae potiti praevideant Lacedaemonios, quemadmodum Athenienses imperare nolint, ita his devictis in se quoque impetum facturos, ut se quoque principatu deiectis Graecas illius insulae civitates in libertatem scilicet vindicent. — τὴν ἡμετέραν... ἀφέλωνται. Simul audi ἡμᾶς vel ἡμῶν. Cf. II 92, 2. — τὴν σφετέραν. Cf. adn. ad σφίσιν

δράσι τε φυγάσι καὶ τοῖς φιλοτιμίας καὶ πλεονεξίας ἕνεκα ἐκπλεῖν παραινοῦσι δεῖ ἀπιστεῖν.

νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ηὐξῆσθαι· καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἡμῶν δίκαιον ἐνθάδε εἶναι ἀναλοῦν, καὶ μὴ ὑπὲρ ἀνδρῶν φυγάδων τῶνδε ἐπικουρίας δεομένων, οἷς τό τε ψεύσασθαι καλῶς

Cap. 12. § 1. *εἶναι* om. Laur. Gr. Bar. b. B. D. E. F. Sed hic facilius omitti quam addi poterat. Deinde totum hoc caput ad Niciae adhortationem pertinet, quae ne intermittatur, *εἶναι* servandum est. Cf. adn.

. . . *λελωφήκαμεν*. Cum sententia confer 26, 2. — *καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν*. Articulum si abesse malis, vid. Bornem. ad Xen. Anab. VII 8, 9 et Herod. Att. p. 33 Reisk. — *καὶ ταῦτα . . . ἀναλοῦν*, et haec pro nobis aequum esse hic (intra fines imperii nostri. Cf. 10, 1) impendere. Ex *μεμνῆσθαι* putandi verbum subaudiendum est. Quod fieri posse, quanquam ipsum *μεμνῆσθαι* ea qua hic dictum est notione praeditum infinitivus sequi nequeat (cf. Krueg. Gr. § 56, 7 adn. 10), exemplis quae IV 27, 1. 4. VI 78, 1. VIII 45, 6 leguntur certissime evincitur. Ut autem maiore vi *ἐνθάδε* efferatur, verbis *δίκαιον εἶναι* interpositum est. De vocabulis similiter collocatis cf. adn. V 55, 1. Schol. interpretatio *ἐξεῖναι* (scil. *δίκαιόν ἐστιν*), quam fuerunt qui sequerentur, intolerabilis est. Nam orator Atheniensibus non vult licere sua pro se impendere, sed hoc unum commendat. Neque Reizii ratio placet, qui apud Herm. ad Vig. p. 750 suspicatur *ἐνθάδε εἶναι* dici ut *ἑκὼν εἶναι*, *τὴν πρώτην εἶναι*, *τὸ νῦν εἶναι*. Nam praeterquam quod hic infinitivi usus non in universum valet, sed certis quibusdam locutionibus continetur (Krueg. Gr. § 55, 1 adn. 1. Kuehn. Gr. max. § 479, 4), in quibus *ἐνθάδε εἶναι* non invenitur (falso Herm. l. l. Pseudo-Dem. LX 2 affert), ne sententia quidem apta efficitur. Neque enim dici potest Atheniensibus iustum esse sua pro se consumere, quantum ad hanc regionem pertineat, quasi in alia regione suis pro se opibus uti vetentur, sed ad suum commodum eas convertere non possunt nisi in hac ipsa regione. Itaque Class. hanc rationem sequi non debebat parum accurate interpretatus: *innerhalb der Grenzen unsrer Machtsphäre*. Neque Useneri (in Annal. phil. a. 1872 p. 744) coniectura *ἔνθα δεῖν* (i. e. *δέον* scil. *ἐστίν*), pro qua facilius scriptor *ἔνθα δεῖ* dixisset, indigemus, quam etiam ideo reprobamus, quod *δεῖν* pro *δέον* Th. non magis tribui potest quam *πλεῖν* pro *πλέον* (cf. adn. III 113, 4). — *ὑπὲρ ἀνδρῶν φυγάδων*. Nicias oratorum more rem in maius auget, quasi non solum Leontini, sed etiam Segestani, quibus sane bello graviter oppressis eadem calamitas instabat (cf. 6, 2), urbe sua atque terra pulsi fuerint. Similem veritatis superlationem habes in Brasidae oratione IV 85, 7, ubi cf. adn. Itaque non admittimus neque Useneri (l. l. p. 746) coniecturam *φοιτάδων* neque quod ad rem aptius proposuit Weidner Parerg. p. 19 *ἀνδρῶν βαρβάρων καὶ φυγάδων τῶνδε*. — *καλῶς* cum *ψεύσασθαι* iungendum et ironice dictum est, ut I 84, 3. III 38, 4. — *οἷς . . . χρήσιμον*,

χρήσιμον, καὶ τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ, αὐτῶν λόγους μόνον παρασχομένους, ἢ κατορθώσαντας χάριν μὴ ἀξίαν εἰδέναι ἢ πταίσαντάς που τοὺς
2 φίλους ξυναπολέσαι. εἴ τέ τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς παραινεῖ ὑμῖν ἐκπλεῖν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν, ἄλλως τε καὶ νεώτερος ἔτι ὢν ἐς τὸ ἄρχειν, ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς, μηδὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ

αὐτῶν It. Vat. Aug. Reg. Lugd. H., αὐτους (ῶν superscr.) m., αὐτοὺς reliqui. Emend. Bekk. Cf. adn.

ξυναπολέσθαι codd., secum in perniciem trahere Valla. Emend. Reisk.

§ 2. ἔτι ὢν It. Vat. Pal., ὢν om. Aug. man. pr., ἔτι om. Laur. Gr. Bar. Bas. B. E. H., ὢν ἔτι ceteri.

denen . . . als nützlich gilt. Cf. I 5, 2 οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν et Krueg. Gr. § 48, 6 adn. 5. Mirum in modum sententiam pessumdat Rauchenst. l. l. p. 248 παρόν post παρασχομένους addens idque explicans: *welchen es bei der Hand liegt, d. h. die sich nichts daraus machen.* — τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ. De singulari ὁ πέλας cf. adn. I 32, 1. Dativus ὀργανικῶς cum κατορθώσαντες copulandus est; praepositus est autem casus propterea, quod simul ad πταίσαντες inde repetenda sunt verba ξὺν τῷ τοῦ πέλ. κινδ. — αὐτῶν . . . παρασχομένους, cum de suis nihil suppeditent praeter verba. Αὐτῶν λόγους μόνον, *von sich nur Worte.*

§ 2. εἴ τέ τις, scil. Alcibiades. — ἄλλως τε . . . ἄρχειν. Haec cur interpretes putaverint non posse cum verbis τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν cohaerere non intellegimus. Cur enim absurdum esse censeamus iuniores, qui muneribus publicis fungantur, solere magis suo quam communi commodo studere? Neque obstat ὅπως . . . ἀρχῆς ad eadem verba relatum. — ὅπως θαυμασθῇ . . . ἀρχῆς, ut, cum admirationem excitet sumptu in alendis equis faciendo (de ἀπό praep. cf. adn. V 17, 1), propter impensae magnitudinem etiam fructum aliquem ex imperio percipiat, quo sumptum illum reparet (cf. 15, 2. 3). Impensae enim magnitudo in causa est, cur id cupiat. Duo autem membra tanquam aequalia μὲν — δέ particulis coniuncta sunt, quorum alterum alteri ut potiori ex logica ratione subiectum esse deberet. Cf. Krueg. Gr. § 69, 16 adn. 3. adn. V 95. Ἱπποτροφίαν documentum opulentiae et nobilitatis existimatam esse satis constat. Cf. Isocr. XVI 33 (Ἀλκιβιάδης) ἱπποτροφεῖν ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστίν. Munerum autem publicorum administrationem opportunam fuisse ad quaestum faciendum uberius docet Boeckh. Oec. civ. I p. 638 sqq. — ἐμπαράσχητε, permittite. Cf. VII 56, 3. — τῷ . . . κινδύνῳ. Dativus cum eo ἐν, quod in ἐλλαμπρύνεσθαι inest, cohaeret.

ἰδίᾳ ἐλλαμπρύνεσθαι, νομίσατε δὲ τοὺς τοιούτους τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν, τὰ δὲ ἴδια ἀναλοῦν, καὶ τὸ πρᾶγμα μέγα εἶναι καὶ μὴ οἷον νεωτέρους βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι.

γ'. παρακελεύσεις αα' τῶν πρεσβυτέρων.

13. Οὓς ἐγὼ ὁρῶν νῦν ἐνθάδε τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ 1
παρακελευστοὺς καθημένους φοβοῦμαι, καὶ τοῖς
πρεσβυτέροις ἀντιπαρακελεύομαι μὴ καταισχυνθῆναι, εἴ τῳ τις παρακάθηται τῶνδε, ὅπως μὴ

νεωτέρῳ codd. Cf. adn.

— οἷον νεωτέρους cet. Accusat. pro dativo, qui in codd. est, requiritur, neque ex Matth. Gr. § 479 adn. 2 a, ubi hic locus affertur, contrarium sequitur, cum οἷον per τοιοῦτον οἷον seu ὥστε solvendum esse auctor illius grammaticae confiteatur, ita autem solutis verbis, quoniam εἶναι notionem verbi ἐξεῖναι habens omitti posse grammatici negant, accusativus requiratur. Aliter res se haberet, si οἷόν τε legeretur; ita enim hoc enuntiatum simile esset verbis ἀπορώτατον τὸ μὴ οἷόν τε (i. e. ἀδύνατον) εἶναι ταῦτα ἐμοὶ κωλῦσαι VII 14, 2. Sed quanquam οἷον et οἷόν τε proprie vix quicquam differunt, tamen et usu discreta sunt et hic, si μὴ οἷον interpretaremur ἀδύνατον, ad βουλεύσασθαι adiecta vellemus verba περὶ αὐτοῦ καλῶς. Neque ea ratione traditam scripturam defendi posse putamus, ut post οἷον ex superiore εἶναι cum vi diversa εἶναι = ἐξεῖναι cogitando suppleatur. Nam ex ullo unquam vocabulo aliam notionem repeti posse quam eo quo scriptum est loco habeat non credemus, donec idoneis exemplis confirmatum erit. Certe ad dat. tuendum non recte Bernhard. Synt. p. 359 cum hoc loco composuisse Aesch. Sept. 713 χθόνα ναίειν διαπήλας ὁπόσαν καὶ φθιμένοισιν κατέχειν G. Hermanni ad h. l. adnotatio ostendit. Deinde dici vix potest, quam impedita et ad intellegendum difficilis sit illa subaudiendi ratio. Quid rescribendum sit, proximum οὓς ostendit ad ipsos iuniores relatum. — μεταχειρίσαι. Cf. adn. I 13, 2.

Cap. 13. § 1. ἐνθάδε = ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇδε. — τῷ αὐτῷ ἀνδρί, Alcibiadi supra verbis τὶς ... νεώτερος ὢν ἐς τὸ ἄρχειν indicato. — παρακελευστοὺς καθημένους. Reiskius corrigi voluit παρακελευστάς, sed vulgatam tuentur Dio Cass. et Phot. „Cf. interpr. Dion. Cass. LII 15. Photius: παρακελευστοί· οἱ ἐκ παρακελεύσεως καὶ παρακλήσεως συλλαμβάνοντες καὶ οὐ στασιάζοντες (f. καὶ συστ.), et rursus παρακελευστοί· οἱ σπουδασταί· ὁ γὰρ σπουδαστὴς τὸν αὐστηρὸν καὶ σπουδαῖον οἰκεῖον δηλοῖ, i. e. acrem et strenuum asseclam.“ Goell. Ex his verbis cognosci in Atheniensium conciliis publicis eiusdem partis socios uno loco consedisse recte Class. animadvertit. — φοβοῦμαι, scil. ne sententia eorum vincat. — μὴ καταισχυνθῆναι, ne pudore affecti vereantur. Cf. Soph. OR. 1424. Phil. 1382. — εἴ τῳ, scil. τῶν πρεσβυτέρων. — ὅπως μὴ δόξει a verbo καταισχυνθῆναι pendet eodem modo quo interdum φοβεῖσθαι ὅπως μή dictum est. Cf. Krueg. Gr. § 54, 8 adn.

δόξει, ἐὰν μὴ ψηφίζηται πολεμεῖν, μαλακὸς εἶναι, μηδ', ὅπερ ἂν αὐτοὶ πάθοιεν, δυσέρωτας εἶναι τῶν ἀπόντων, γνόντας ὅτι ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα κατορθοῦται, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναρριπτούσης, ἀντιχειροτονεῖν καὶ ψηφίζεσθαι τοὺς μὲν Σικελιώτας οἷσπερ νῦν ὅροις χρωμένους πρὸς ἡμᾶς, οὐ μεμπτοῖς, τῷ τε Ἰονίῳ κόλπῳ, παρὰ γῆν ἤν τις πλέῃ, καὶ τῷ Σικελικῷ, διὰ πελάγους, τὰ αὑτῶν νεμομένους καθ' αὑτοὺς
2 καὶ ξυμφέρεσθαι· τοῖς δ' Ἐγεσταίοις ἰδίᾳ εἰπεῖν,

Cap. 13. § 1. δόξῃ pars codd. Cf. Krueg. Gr. § 54, 8 adn. 11. ἂν pro ἐὰν codd. Cf. sd. IV 46, 3. κατορθοῦνται codd. Cf. adn.

10 et 11. — *μαλακὸς εἶναι*, scil. cum timeat multa pericula cum expeditione in Siciliam facienda coniuncta. Cf. adn. 9, 2. — *ὅπερ ἂν αὐτοὶ πάθοιεν*, quod non per Alcibiadis amicos, sed ipsi (sua sponte. Cf. adn. IV 60, 2) facile videntur pati, *was ihnen von selbst widerfahren könnte.* — *δυσέρωτας εἶναι τῶν ἀπόντων*, mala cupiditate absentium (eorum, quae non habent) affectos esse. Cf. Xen. Oec. 12, 13 *οἱ τῶν ἀφροδισίων δυσέρωτες*. Cum sententia interpretes praeter alia nonnulla apposite comparant Pind. Pyth. III 20 *ἀλλά τοι ἤρατο τῶν ἀπεόντων, οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.* — *ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα κατορθοῦται, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα.* Si codd. scripturam *κατορθοῦνται* sequimur, ipsa haec verba multo proclivius est ad *τοὺς πρεσβυτέρους* referre quam *οἱ ἄνθρωποι* cogitando supplere. Sententia autem cum generalis esse debeat, ne in verbis ambiguitas esset, Goelleri emendationem recepimus, quam Class. assensu suo comprobavit et reliqua passivi *κατορθοῦσθαι* apud Th. exempla (I 120, 5. II 65, 7. IV 76, 5) confirmant. — *μέγιστον τῶν πρίν.* Cf. adn. I 1, 1. — *κίνδυνον ἀναρριπτούσης*. Vid. adn. IV 85, 4. — *οἷσπερ νῦν ὅροις χρωμένους*, i. e. *χρωμένους οἷσπερ νῦν ὅροις χρῶνται.* Hi autem fines cum essent maria, quibus Sicilienses ab Atheniensibus satis discernerentur, hi non debebant rebus illorum implicari. Cf. IV 64, 3. 4. — *οὐ μεμπτοῖς*, qui reprehendi nequeunt (cf. VII 15, 1), i. e. in quibus utrique iure acquiescamus. *Ὅροι οὐ μεμπτοί* similiter Aristid. I p. 205. — *Ἰονίῳ κόλπῳ.* Vid. adn. I 24, 1. — *πελάγους*, scil. *ἤν τις πλέῃ.* Cf. adn. III 33, 1. — *καθ' αὑτοὺς καὶ ξυμφέρεσθαι*, res item suas inter se componant, ut vertit Portus.

§ 2. *τοῖς δ' ... ἰδίᾳ εἰπεῖν ... καταλύεσθαι.* Hoc membrum si pariter atque *τοὺς μὲν ... ξυμφέρεσθαι* a verbo *ψηφίζεσθαι* penderet, *ἰδίᾳ εἰπεῖν* omisso *τοὺς δ' Ἐγεσταίους ... καταλύεσθαι* Th. scripsisset. Sed proprium verbum, unde *καταλύεσθαι* pendeat, huic mem-

ἐπειδὴ ἄνευ Ἀθηναίων καὶ ξυνῆψαν πρὸς Σελινουντίους τὸ πρῶτον πόλεμον, μετὰ σφῶν αὐτῶν καὶ καταλύεσθαι· καὶ τὸ λοιπὸν ξυμμάχους μὴ ποιεῖσθαι, ὥσπερ εἰώθαμεν, οἷς κακῶς μὲν πράξασιν ἀμυνοῦμεν, ὠφελίας δ' αὐτοὶ δεηθέντες οὐ τευξόμεθα.

ββ' τοῦ πρυτάνεως. 14. Καὶ σύ, ὦ πρύτανι, ταῦτα, εἴπερ ἡγεῖ σοι προσήκειν κήδεσθαί τε τῆς πόλεως καὶ βούλει γενέσθαι πολίτης ἀγαθός, ἐπιψήφιζε καὶ γνώμας προτίθει αὖθις Ἀθηναίοις, νομίσας, εἰ ὀρρωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι, τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους μὴ

§ 2. τὸ πρῶτον D. Vall. a principio interpretatus atque, si quid silentio probatur, etiam Lugd. Vulgo τὸν πρῶτον; sed ὁ πρῶτος πόλεμος inepte hic dicitur.

Cap. 14. ἡγεῖ Aug. Pal. Gr.; reliqui ἡγῇ. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 18.

bro addidit perinde ac ψηφίζεσθαι ex superiore ἀντιπαρακελεύομεν aptum. Cf. adn. III 86, 2. Indidem infra ποιεῖσθαι suspensum est. — ἐπειδὴ ... καὶ ξυνῆψαν. Ἐπειδὴ καί valent *da ja auch*, et ἐπειδὴ καὶ ξυνῆψαν ... καὶ καταλύεσθαι comparanda sunt cum ὥσπερ καὶ ... οὕτω καί et similibus. Cf. adn. V 65, 3. — μετὰ σφῶν αὐτῶν. Hic fere idem atque ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, καθ' ἑαυτούς, sed propter contraria ἄνευ Ἀθηναίων sic scriptum est. — ὠφελίας δ' ... οὐ τευξόμεθα. Proprie pergere debebat παρ' ὧν δ' ... οὐ τευξόμεθα. Cf. adn. 11, 1.

Cap. 14. πρύτανι. „Praesidem senatus alloquitur, qui et ἐπιστάτης dicebatur.“ Huds. Ergo illo tempore ὁ ἐπιστάτης τῶν πρυτάνεων ἐπεψήφιζε. Cf. Schoem. Comit. Athen. p. 90 sq. Antiqu. Gr. I p. 405. Herm. Antiqu. Gr. § 127 adn. 7 et 9. — ταῦτα iunge cum ἐπιψήφιζε. — κήδεσθαί τε. Τέ ita collocatum est, ut si βούλει in altero membro non esset secuturum. Vid. adn. I 16 et supra adn. VI 13, 2. Similiter infra 15, 2. — ἐπιψήφιζε. Vis verbi explanata est ad II 24, 1. Cf. Schoem. Comit. Athen. p. 120. Antiqu. Gr. I p. 407, 7. Herm. l. d. § 129, 16. Hic notio τοῦ ἀναψηφίζειν, seu denuo in suffragium mittendi, ad suffragia revocandi, inde oritur, quod proximum αὖθις et propter hoc Ἀθηναίοις quoque non solum cum προτίθει, sed etiam cum ἐπιψήφιζε iungendum est. — γνώμας προτίθει. Vid. adn. I 139, 3. — εἰ ὀρρωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι cet. Ex hoc loco Petitus ad Leg. Att. p. 212 colligit non licuisse prytanibus populum iterum in suffragia mittere de re, de qua iam psephisma scriptum esset. Cf. Schoem. Comit. Ath. p. 128. Herm. l. d. § 129, 18. Sed contra saepius factum esse, ubi populo id acceptum fore perspicuum esset, documento est mutatum de Mytilenaeis interficiendis decretum III 36. — τὸ μὲν ... αἰτίαν σχεῖν. Consecutio verborum haec est: τὸ λύειν τ. νόμ. μὴ

μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν, τῆς δὲ πόλεως κακῶς βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι, καὶ τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' εἶναι, ὃς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ ὡς πλεῖστα ἢ ἑκὼν εἶναι μηδὲν βλάψῃ."

1 15. *Ὁ μὲν Νικίας τοιαῦτα εἶπε· τῶν δὲ Ἀθη-*
ναίων παριόντες οἱ μὲν πλεῖστοι στρατεύειν παρῄ-
νουν καὶ τὰ ἐψηφισμένα μὴ λύειν, οἱ δέ τινες
2 *καὶ ἀντέλεγον. ἐνῆγε δὲ προθυμότατα τὴν στρα-*
τείαν Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, βουλόμενος τῷ τε
Νικίᾳ ἐναντιοῦσθαι, ὢν καὶ ἐς τὰ ἄλλα διάφορος

Νικίᾳ ἀντιλέγει Ἀλκιβιάδης. δηλοῦνται αἱ αἰτίαι δι' ἃς οὗτος ἐνῆγε τὴν στρατείαν καὶ ὁ τρόπος αὐτοῦ.

κακῶς in codd. prope omnibus deest (ex solo Bas. et Gr. enotatum est); sed legit schol., qui interpretatur *μὴ εὐλαβοῦ μεταθεῖναι τὰ ἐψηφισμένα· λύσας γὰρ αὐτὰ μετὰ τοσούτων μαρτύρων αἰτίαν τε οὐχ ἕξεις καὶ τῆς πόλεως ἰατρὸς γενήσῃ κακῶς βουλευσαμένης*, et Valla, qui civitatis male consultae vertit. Et propter sententiae rationem abesse non potest. Neque enim *ἂν σχεῖν αἰτίαν μετὰ τοσ. μαρτ.* (*γενόμενον*): solvere leges, si cum tot testium consensu (cf. adn. III 66, 2) fiat, crimini non esse futurum. Itaque *τὸ λύειν* pro subiecto habemus. Neque enim obstare putamus quod quattuor reliquis apud Th. locis, ubi *αἰτίαν ἔχειν* accusari valet (I 83, 3. III 17, 7. IV 114, 5. VI 46, 5), ad personas refertur. Nam de re similiter Plat. Phil. 23 a *ἡδονὴ ἄν τινα καὶ ἀτιμίαν σχοίη*. — *ἄρξαι*, munere fungi. Aoristi infin., quod non ad totam publici muneris administrationem refertur, sed ad ea quae quoque tempore et loco ex magistratuum imperio geruntur. — *τοῦτ' εἶναι, ὃς ἂν* ... Cf. II 44, 1 *τὸ δ' εὐτυχές, οἳ ἂν ... λάχωσιν* et ibi adn. — *ἑκὼν εἶναι*. Cf. adn. II 89, 8.

Cap. 15. § 2. *ἐνῆγε ... Ἀλκιβιάδης*. Consentiunt Diod. XII 84 et Plut. Alc. 17. 18. — *τῷ τε*. De *τέ* ita collocato, quasi *ἐπιθυμῶν* non sequatur, cf. adn. 14. 61, 5. Respondent inter se *τῷ τε ... καὶ μάλιστα* et *καὶ ἐς τὰ ἄλλα ... καὶ ὅτι*. — *καὶ ἐς τὰ ἄλλα διάφορος* [*τὰ πολιτικά*]. Cum ei etiam in ceteris rebus ad reipublicae administrationem pertinentibus adversarius esset vertit Portus pariterque Germanice Class., quasi *ἐς τὰ ἄλλα πολιτικὰ διάφορος* scriptum esset. Vertendum autem erat cum etiam in ceteris rebus, iis (scilicet) quae ad reipublicae administrationem pertinent, ei adversarius esset. Neque enim significantur reliquae res ad rempublicam pertinentes, sed reliquae res eaeque ad rempublicam pertinentes. Ita si est, quod opponitur *ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη* alienum esse oportet a rebus publicis. Revera autem de reipublicae administrandae ratione Nicias 12, 2 Alcibiadem incusavit, quod magis suam cupiditatem quam civitatis commodum sequeretur. Cum igitur huic incusationi reipublicae administratio opponi nequeat, Weidnero adstipulamur, qui Parerg. p. 21 *τὰ πολιτικά* deleri iussit. — *διαβόλως*, cum crimina-

[τὰ πολιτικὰ] καὶ ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη,
καὶ μάλιστα στρατηγῆσαί τε ἐπιθυμῶν καὶ ἐλ-
πίζων Σικελίαν τε δι' αὐτοῦ καὶ Καρχηδόνα λή-
ψεσθαι καὶ τὰ ἴδια ἅμα εὐτυχήσας χρήμασί τε
καὶ δόξῃ ὠφελήσειν. ὢν γὰρ ἐν ἀξιώματι ὑπὸ 3
τῶν ἀστῶν ταῖς ἐπιθυμίαις μείζοσιν ἢ κατὰ τὴν
ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἐχρῆτο ἔς τε τὰς ἱπποτροφίας
καὶ τὰς ἄλλας δαπάνας· ὅπερ καὶ καθεῖλεν ὕστε-
ρον τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν οὐχ ἥκιστα. φοβη- 4
θέντες γὰρ αὐτοῦ οἱ πολλοὶ τὸ μέγεθος τῆς τε
κατὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα παρανομίας ἐς τὴν δίαιταν
καὶ τῆς διανοίας ὧν καθ' ἓν ἕκαστον ἐν ὅτῳ
γίγνοιτο ἔπρασσεν, ὡς τυραννίδος ἐπιθυμοῦντι

civitas medico eget, quod consilium aliquod, sed quod malum consilium cepit.

tione. Cf. *τὴν διαβολήν* I 131, 2. — *στρατηγῆσαι*, exercitus imperium suscipere (*das Commando antreten*); nam dux creatus erat (8, 2). — *ἐλπίζων λήψεσθαι*. De re cf. 90, 2. Isocr. VIII 85. Plut. Alc. 17. *Διὰ τοῦ αὐτοῦ* est *διὰ τοῦ στρατηγῆσαι*. — *ἅμα* cum *ὠφελήσειν* iunge. — *εὐτυχήσας*, si feliciter rem bello gessisset.

§ 8. *ὢν ἐν ἀξιώματι ὑπό* ... Ita iam I 130, 1, ubi cf. adn. — *ἢ κατὰ ... οὐσίαν*. Quanquam facultates eius magnae fuerunt. Centum enim tal. aestimatae sunt. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 683. De *ἢ κατά* cf. II 50, 1. — *ἱπποτροφίας*. Cf. adn. 12, 2. 16, 2.

§ 4. *φοβηθέντες γὰρ ... δίαιταν*, metuentes enim plerique magnitudinem insolentiae, qua in corpore suo ad cultum victumque utebatur sive brevius qua in corporis sui cultu victuque utebatur. Praepositum *αὐτοῦ* ad *τῆς παρανομίας* et *τῆς διανοίας* pariter spectat; reflexivum *ἑαυτοῦ* scriptum est, quia dicitur *κατὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα παρανομεῖ*. Cf. VIII 66, 5. Verba *ἐς τὴν δίαιταν*, quae delenda esse Weidner l. l. opinatur, neque supervacanea sunt (nam non solum in cultu victuque, sed in omni corporis functione *παρανομία* esse potest) et ad contrariorum aequabilitatem necessaria. Respondent enim inter se *τῆς κατὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα παρανομίας* et *τῆς διανοίας*, *ἐς τὴν δίαιταν* et *ὧν ... ἔπρασσεν*. Accedit quod verba illa procul dubio Plut. legit, qui Alc. 6 ad hunc ipsum locum respiciens scribit *ἡ γὰρ ὑπὸ Θουκυδίδου λεγομένη παρανομία εἰς τὸ σῶμα τῆς διαίτης ὑποψίαν τοιαύτην δίδωσιν*. Cf. 28, 2 *τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἐς τὰ ἐπιτηδεύματα παρανομίαν*. De Alcibiadis victu et luxuria cf. Plut. Alc. 6. 16. — *καὶ τῆς διανοίας ... ἔπρασσεν*, et magnitudinem consilii in iis propositi, quae in unaquaque re agebat, in qua gerenda versaretur. Cf. adn. IV 63, 1. — *ὡς τυραννίδος ... τὴν πόλιν*,

πολέμιοι καθέστασαν, καὶ δημοσίᾳ κράτιστα διαθέντι τὰ τοῦ πολέμου, ἰδίᾳ ἕκαστοι τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ ἀχθεσθέντες, καὶ ἄλλοις ἐπιτρέψαντες οὐ διὰ μακροῦ ἔσφηλαν τὴν πόλιν. τότε δ' οὖν παρελθὼν τοῖς Ἀθηναίοις παρῄνει τοιάδε.

1 16. „*Καὶ προσήκει μοι μᾶλλον ἑτέρων, ὦ Ἀθη-*
ναῖοι, ἄρχειν (ἀνάγκη γὰρ ἐντεῦθεν ἄρξασθαι,
ἐπειδή μου Νικίας καθήψατο), καὶ ἄξιος ἅμα
νομίζω εἶναι. ὧν γὰρ πέρι ἐπιβόητός εἰμι, τοῖς
μὲν προγόνοις μου καὶ ἐμοὶ δόξαν φέρει ταῦτα,
2 *τῇ δὲ πατρίδι καὶ ὠφελίαν. οἱ γὰρ Ἕλληνες καὶ*

λόγος Ἀλκιβιάδου, ὃς ἀπολογεῖταί τε ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ μεγαλοπρεπείας καὶ φρονήματος καὶ τὰ δημόσια δι-

Cap. **15.** § 4. ***διαθέντι*** ex solo H. enotatum est, ***διαθέντα*** ex It. Val. Pal. Aug. m. (sed M. ***τὰ*** om.); de reliquis non satis constat. Recepimus ***διαθέντι***, quod licet non pro tradita scriptura, sed pro librarii coniectura habendum sit, coniectura tamen est ad sententiam apta (cf. adn.) et qua facilior inveniri nequeat.

quod dominationem affectaret (cf. adn. IV 14, 5. 25, 10), ei, quanquam publice res belli (Siciliensis) optime administraverat, inimici exstiterant, privatim singuli moribus eius offensi, et cum illas aliis commisissent, non multo post (cf. adn. 11, 4) rempublicam perdiderunt. Itaque ***καὶ*** ... ***διαθέντι*** ad ***πολέμιοι καθέστασαν*** referimus ***καί*** pro concessivo (cf. adn. 16, 6. V 7, 2) accipientes; altero autem ***καί*** volumus ***καθέστασαν*** et ***ἔσφηλαν*** iungi. Qua ratione nihil relinquitur, in quo quis iure offendat. Ad ***ἐπιτρέψαντες*** ex priore enuntiato ***τὰ τοῦ πολέμου*** repetenda sunt. — ***οὐ διὰ μακροῦ***. Cf. ***δι' ὀλίγου*** 11, 4 et ibi adn.

Cap. **16.** § 1. ***καὶ προσήκει μοι*** ... „Quandoquidem hoc per ***καί*** repetitum manifesto distinguit ab ***ἄξιός εἰμι***, intellegi debet de iure (*Competenz*, *Ansprüche*), quo repetat imperium ob rempubl. bene gestam domi, sumptus publice factos et dignitatem civitati inde auctam, familiae quoque splendorem. — Bene autem Thuc. reddit praefractum Alcibiadis ingenium et insolens a simplici postulatione veluti pro auctoritate exorsi." Bau. — ***μᾶλλον ἑτέρων***. Cf. adn. I 85, 1. — ***ἐπειδὴ*** ... ***καθήψατο***. Haec dicit: quoniam me Nicias perstrinxit, me hoc quod facio dicendi initium facere oportet. — ***ἐπιβόητός εἰμι***. „***Ἐπιβόητος*** inter ea, quae in malam partem accipiuntur, ponit Pollux V 159. Et Eustathius in Odyss. XIX p. 1856 ***ἐπιβόητος, ὁ μοχθηρὰν ἔχων φήμην, καθ' οὗ δηλαδὴ βοαὶ γίγνονται*** ... Idem tradit Thom. Mag. in ***διαβόητος*** ... [Et] haec ita recte accipi possunt: etenim ea, propter quae in sermones hominum incurro, propter quae male audio, vel ob quae (Nicias et alii) me infamant. Idem sentio de iis, quae in fine huius cap. dicit, ***διὰ ταῦτα τὰ ἴδια ἐπιβοώμενος***." Duk. Verba Terent. Prol. Adelph. 17 cum tota sententia bene comparat Bau.

δάσκει ὅτι καλῶς μεταχειρίζει.

ὑπὲρ δύναμιν μείζω ἡμῶν τὴν πόλιν ἐνόμισαν τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπίαζε θεωρίας, πρότερον ἐλπίζοντες αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι, διότι ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα, ὅσα οὐδείς πω ἰδιώτης πρότερον, ἐνίκησα δὲ καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος ἐγενόμην καὶ τἆλλα ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην· νόμῳ μὲν γὰρ τιμὴ τὰ τοιαῦτα, ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται.
καὶ ὅσα αὖ ἐν τῇ πόλει χορηγίαις ἢ ἄλλῳ τῳ 3

§ 2. *ἐνόμισαν*, in eam adducti sunt sententiam ut putarent. Aor. incohativus. — *τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς ... θεωρίας*. Port.: propter (apparatus) splendorem, quo ego ad ludos Olympiacos adii. Cf. adn. II 61, 2. De theoriis universis vid. adn. V 18, 1. De hac Alcibiadis theoria vide plura apud Pseudo-Andoc. IV 25 sqq. et Isocr. XVI 34. „Feriae hic memoratae a Thirlw. (Hist. Gr. III p. 383) Ol. LXXXIX (424), ab Hertzbergio (Alcib. p. 129 auctore Corsinio) Ol. XCI (416), a Grot. [Hist. Gr. VII p. 72 sqq. vers. Germ. IV p. 43 sqq.] Ol. XC (420) tribuuntur. Postrema sententia, qua primas post Niciae pacem ferias fuisse statuitur, mihi veri videtur esse simillima." Class. — *διότι* cet. Haec cum *μείζω ... ἐνόμισαν* liquet iungenda esse. — *καθῆκα*. „In certamen misi. Vid. Lob. ad Phryn. p. 398." Goell. Cf. Sieb. ad Paus. VI 2, 1. Similiter intransitive *καταβαίνειν* (cf. Schneid. ad Xen. Anab. IV 8, 27) et Lat. descendere in certamen dicitur. — *ὅσα οὐδείς πω ἰδιώτης πρότερον*. Privatus regibus et civitatibus opponitur. Nam factum esse conceditur, ut ab his plures currus mitterentur. At Isocr. l. d. oratorie *ζεύγη καθῆκε τοσαῦτα τὸν ἀριθμόν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν πόλεων ἠγωνίσαντο*. Cf. Plut. Alc. 11. — *ἐνίκησα δέ*. „Recte Schol. *τὰ πρῶτα*. Nam primam et secundam et quartam palmam rettulisse Alcibiadem ex hoc loco Thucydidis scribunt Plutarchus Alc. [l. d.] et Athenaeus [8 e]. At Euripides, quod iidem adnotarunt, eum primo et secundo et tertio curru victorem fuisse tradiderat. Euripidem secutus est Isocrates [l. d.] ... Victorias Olympicas Alcibiadis memorat etiam Demosthenes in Midiana [XXI 145], ubi etiam alia, quae ad Alcibiadis ingenium et res pertinent, leguntur. Quod ipse hic paulo post dicit *καὶ τἆλλα ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην* eo pertinet, quod Athenaeus l. d. de eo prodit: *Ὀλύμπια νικήσας ... θύσας Ὀλυμπίῳ Διὶ τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασε*. Vide P. Fabrum Agonist. III 21." Duk. De eadem re Suidam consuli iubet Dukas. Non male igitur proxima sic Portus interpretatur: et cetera apparavi pro victoriae dignitate. — *νόμῳ ... τιμὴ τὰ τοιαῦτα*, more talia honori sunt. Cf. Matth. Gr. § 309 b β'. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 5. Victores ludorum publicorum non solum sibi, sed etiam patriis urbibus honorem parasse ex Pindari carminibus notissimum est. — *δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται*, de potestate simul coniectura fit.

§ 3. *ὅσα* accusativus ad *λαμπρύνομαι* ita adiectus est, ut similes accusativi saepe ad *δια-*

λαμπρύνομαι, τοῖς μὲν ἀστοῖς φθονεῖται φύσει, πρὸς δὲ τοὺς ξένους καὶ αὕτη ἰσχὺς φαίνεται. καὶ οὐκ ἄχρηστος ἥδ' ἡ ἄνοια, ὃς ἂν τοῖς ἰδίοις τέλεσι μὴ ἑαυτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὠφελῇ,
4 οὐδέ γε ἄδικον ἐφ' ἑαυτῷ μέγα φρονοῦντα μὴ ἴσον εἶναι, ἐπεὶ καὶ ὁ κακῶς πράσσων πρὸς οὐδένα τῆς ξυμφορᾶς ἰσομοιρεῖ· ἀλλ' ὥσπερ δυστυχοῦντες οὐ προσαγορευόμεθα, ἐν τῷ ὁμοίῳ τις

Cap. 16. § 3. αὕτη Cl. Ven. It. Vat. Reg. Gr. M. corr. m., αυτη Aug. Pal., αὐτὴ vulgo.
ἥδ' ἡ ἄνοια Cass. Cl. Ven. M. T. marg. Laur. γρ. m. E., reliqui ἡ διάνοια. Illud legit schol. (cf. adn.) et Procop. p. 337, 20 ἄχρηστος ἄνοια καὶ προπετής scribens. Idem a sententia comferein. Cf. adn. I 70, 1. — χορηγίαις ἢ ἄλλῳ τῳ] ἑκουσίοις ἑορτασίμοις ἀναλώμασι. Schol. De χορηγίᾳ, quae proprie dicitur, vid. Herm. Antiqu. Gr. I § 161, 2. — λαμπρύνομαι. „Thomas dicit melius esse ἀγάλλεσθαι quam λαμπρύνεσθαι. Sane ἀγάλλεσθαι saepe est gaudere, se efferre et iactare aliqua re ... Neque tamen λαμπρύνεσθαι hac significatione improbandum est ut minus Atticum, si scholiasten Aristophanis sequimur, qui ad Equ. 553 μειρακίων θ' ἅμιλλα λαμπρυνομένων ἐν ἅρμασι λαμπρυνομένων exponit καυχωμένων ... Sed nihil obstat, quominus λαμπρύνεσθαι ibi de magnifico et splendido apparatu in curribus instruendis accipiatur, ut apud Thuc. VI 16.“ Duk. ad c. 41. Cf. ἐλλαμπρύνεσθαι 12, 2 et Lennep. ad Phal. Ep. 88 p. 280. — τοῖς μὲν ἀστοῖς φθονεῖται. Cf. Krueg. Gr. § 48, 15 adn. 8 et § 52, 4 adn. 1. — καὶ οὐκ ἄχρηστος] εἰρωνεύεται ὁ Ἀλκιβιάδης λέγων ὅτι, εἰ καὶ ἀνόητος φαίνομαί τισιν, ἀλλ' οὖν τῇ πόλει οὐκ ἄχρηστός ἐστί μου ἡ ἄνοια. Schol. „Ἥδ' ἡ ἄνοια sarcasmus est acerbus, q. d. quam vos vocatis insaniam.“ Bloomf. Idem infra 17, 1. Simile ironiae exemplum affult III 61, 1. Cf. etiam adn. 78, 1. — ὃς ἄν. Cf. adn. 14. — τέλεσι] δαπάναις. Schol.

§ 4. μὴ ἴσον εἶναι, i. e. eminere supra alios velle. — ἐπεὶ ... ἰσομοιρεῖ. Port.: siquidem et is, qui premitur adversa fortuna, nullum habet suae calamitatis socium, propr. cum nullo parem habet calamitatis partem. Cf. ἡ ἰσομοιρία τῶν κακῶν VII 75, 6. Ἰσομοιρῆσαι πρὸς ἀλλήλους, sed paulo alia vi dixit etiam Isocr. V 39; alibi dativus pro πρός legitur. — οὐ προσαγορευόμεθα, non salutamur. Falso de hac vi verbi προσαγορεύειν dubitans (cf. Plat. Charm. 164e) οὐ προσηγορούμεθα Krueg. Etiam peius loci sententia parum intellecta Madvig. Adv. crit. I p. 325 οὐ προσαρκούμεθα (non levamur ope et auxilio), quod verbo ὑπερφρονούμενος minus apte respondet. Sententia enim haec est: ut infelices ab aliis despiciuntur, ita felicibus despicere alios licet. Salutamus autem atque comiter appellamus quos colimus atque observamus, salutem non impertimus iis quos despicimus. — ἐν τῷ ὁμοίῳ, aeque, item. Cf. adn. 11, 1.

ἀνεχέσθω καὶ ὑπὸ τῶν εὐπραγούντων ὑπερφρο-
νούμενος, ἢ τὰ ἴσα νέμων τὰ ὁμοῖα ἀνταξιούτω.
οἶδα δὲ τοὺς τοιούτους καὶ ὅσοι ἔν τινος λαμ- 5
πρότητι προέσχον ἐν μὲν τῷ κατ' αὐτοὺς βίῳ
λυπηροὺς ὄντας, τοῖς ὁμοίοις μὲν μάλιστα, ἔπειτα
δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ξυνόντας, τῶν δὲ ἔπειτα ἀν-
θρώπων προσποίησίν τε ξυγγενείας τισὶ καὶ μὴ
οὔσης καταλιπόντας, καὶ ἧς ἂν ὦσι πατρίδος,
ταύτῃ αὔχησιν, ὡς οὐ περὶ ἀλλοτρίων οὐδ' ἁμαρ-
τόντων, ἀλλ' ὡς περὶ σφετέρων τε καὶ καλὰ πρα-
ξάντων. ὧν ἐγὼ ὀρεγόμενος καὶ διὰ ταῦτα τὰ 6
ἴδια ἐπιβοώμενος τὰ δημόσια σκοπεῖτε εἴ του
χεῖρον μεταχειρίζω. Πελοποννήσου γὰρ τὰ δυνα-
τώτατα ξυστήσας ἄνευ μεγάλου ὑμῖν κινδύνου καὶ

mendatur. Neque enim de agendi consilio sermo esse potest, ubi ea, quae Alcibiades revera fecit, excusantur. Cf. adn.

§ 5. *οὖσαν* codd. Sed quomodo quis vindicationem, quae non sit, relinquere potest? Emend. Herwerd. Stud. Thuc. p. 83.

— *ἢ τὰ ἴσα ... ἀνταξιούτω*, i. e. aut affabilis atque communis infelicibus pariter esto atque felices sibi esse cupit. De verbis *τὰ ἴσα νέμειν* cf. adn. III 3, 1.

§ 5. *τοὺς τοιούτους*, scil. *τοὺς εὐπραγοῦντας*. — *καὶ ὅσοι ... προέσχον*] *καὶ ὅσοι ἔν τινος πράγματος λαμπρῷ κατορθώματι κρείττους ἐγένοντο*. Schol. — *ἐν μὲν ... βίῳ*] *ἤγουν καθ' ὃν χρόνον ζῶσι*. Schol. Cf. Bernh. Synt. p. 241 et de *αὐτούς* pronomine adn. I 17. Cum sententia cf. II 45, 1 et ibi adn. — *ξυνόντας*, cum versentur cum iis. Non multum differret *τοῖς ξυνοῦσι*, qui cum iis versantur. — *τῶν δὲ ἔπειτα ... καταλιπόντας*, posterorum autem nonnullis vindicationem cognationis cum ipsis, etiamsi non esset, tanquam hereditatem reliquisse (cf. IV 18, 5. V 16, 1), i. e. id effecisse ut post ipsorum mortem posterorum nonnulli cognationem cum ipsis, etiamsi revera non esset, sibi arrogarent. — *ὡς οὐ περὶ ... πραξάντων* cum *αὔχησιν* iungendum et inde explicandum est, quod dici potest *αὐχεῖν περί τινος*. Patria enim de iis gloriatur non alienos eos existimans et qui deliquerint, sed suos et qui res praeclaras gesserint.

§ 6. *ἐπιβοώμενος*. Vid. adn. § 1. Participia iungenda sunt cum *μεταχειρίζω*, de quo verbo cf. adn. I 18, 2. — *ξυστήσας*. Ut *ξυνίστασθαι* saepe valet se coniungere (cf. adn. I 1, 1), ita *ξυστῆσαι* hic sonat alios coniungere, societatem efficere. „Quae explicatio confirmatur ab Isocr. [XVI 15, ubi de Alcibiade haec leguntur:] *τὰς μεγίστας πόλεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπέστησεν, ὑμῶν δὲ συμμάχους ἐποίησεν.*" Bloomf. *Ἀλκιβιάδης Μαντινεῖς καὶ Ἠλείους* (addere poterat *καὶ Ἀργείους*) *ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα συνέστησε*

δαπάνης Λακεδαιμονίους ἐς μίαν ἡμέραν κατέστησα ἐν Μαντινείᾳ περὶ τῶν ἁπάντων ἀγωνίσασθαι· ἐξ οὗ, καὶ περιγενόμενοι τῇ μάχῃ, οὐδέπω καὶ νῦν βεβαίως θαρσοῦσι.

1 17. *Καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια παρὰ φύσιν δοκοῦσα εἶναι ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν* β'. τὴν ἐς τὴν Σικελίαν στρατείαν ἀποφαίνει

Plut. de Glor. Athen. in fin. Cf. V 45. 46 sqq. — *ἐς μίαν ἡμέραν*, intra unum diem. Cf. Hom. Od. IV 86. Il. XIX 32. — *κατέστησα ... ἀγωνίσασθαι*, effeci, ut ... certarent. Cf. II 84, 3. — *περὶ τῶν ἁπάντων* est quod Latini dicunt de summa re. Cum omni sententia cf. Plut. Alc. 15. — *ἐν Μαντινείᾳ*. Cf. V 66—75. — *καὶ περιγενόμενοι*. Cf. adn. 15, 4.

Cap. 17. § 1. *καὶ ταῦτα ... ἔπεισε*, atque hac de re iuventus mea atque amentia (cf. adn. 16, 8), cum praeter naturam esse videretur, adversus (*gegenüber*. Cf. adn. III 83, 2) Peloponnesiorum potestatem in idoneis (cf. 25, 2) rationibus versata (sive idoneis rationibus usa) est et animi impetu fidem faciente persuasit. Accusat. *ταῦτα* eodem modo ad *ὡμίλησε* (= *ταύτην τὴν ὁμιλίαν ὡμίλησε*) quo ad *ἔπεισε* pertinet. Cf. II 37, 3 *τὰ ἴδια προσομιλοῦντες* et Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4. Deinde *παρὰ φύσιν δοκοῦσα εἶναι* ut non ad solum *ἄνοια*, sed ad *ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια* in unam tanquam notionem comprehensa refertur, ita ad duo quibus praepositum est membra *τὲ — καί* particulis iuncta pariter spectat, et *παρὰ φύσιν* inde explicatur, quod amentiae naturae contrarium est idoneis rationibus uti et iuventutis naturae contrarium persuadere animi impetu, quippe qui in adulescentibus temerarius atque inconsideratus esse videatur nec multum fidei habere soleat. Alteram huius cohaerentiae partem perspexit schol., qui loci sententiam circumlocutione usus sic liberius interpretatus est: *καὶ ταῦτα ἐγένετο δι' ἐμὲ τὸν νέον καὶ παρὰ φύσιν ἀνόητον λογιζόμενον* (i. e. et qui praeter naturam amens ratiocinarer), *λόγοις τε χρησάμενον πρέπουσι πρὸς Ἀργείους καὶ Μαντινέας καὶ ἀπειλήσαντα μετ' ὀργῆς αὐτοῖς, εἰ μὴ θέλοιεν προσχωρεῖν ἡμῖν*. Quem secuti *λόγους* rationes (cf. V 18, 11) esse maluimus quam verba, quo magis contrarium illud per ipsas contrarias amentiae et rationis notiones eluceret. Sed non solum *παρὰ φύσιν δοκοῦσα εἶναι*, sed etiam *ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν* ad utrumque quod sequitur membrum referri et hinc *ἔπεισε* verbi obiectum repetendum esse patet. Tum vero *τὴν Πελοποννησίων δύναμιν* nihil aliud esse cognoscitur quam supra 16, 6 *Πελοποννησίων τὰ δυνατώτατα*. Cum elegantia enim scriptor *τὴν Πελοποννησίων δύναμιν* et *ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια* quodammodo inter se opponi voluit, quod ut magis conspicuum esset, vocabulorum aequabilitate effecit. De *ὡμίλησε* verbi vi cf. Plat. de Rep. 410 c *οἳ ἂν γυμναστικῇ ὁμιλήσωσι*, 496 a *ὅταν αὐτῇ (τῇ παιδεύσει) πλησιάζοντες ὁμιλῶσι μὴ κατ' ἀξίαν*, 500 c *θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ ὅ γε φιλόσοφος ὁμιλῶν*, Thuc. I 122, 1 *ὁ μὲν εὐοργήτως αὐτῷ (τῷ πολέμῳ) προσομιλήσας βεβαιότερος*. Temere igitur de hoc verbo, quod mira sane licentia societatem

αα' οὐκ ἄγαν χαλεπὴν οὖσαν οὔτε διὰ τὴν τῶν Σικελιωτῶν δύναμιν οὔτε διὰ τοὺς Πελοποννησίους.

λόγοις τε πρέπουσιν ὡμίλησε καὶ ὀργῇ πίστιν παρασχομένῃ ἔπεισε. καὶ νῦν μὴ πεφόβησθε αὐτήν, ἀλλ' ἕως ἐγώ τε ἔτι ἀκμάζω μετ' αὐτῆς καὶ ὁ Νικίας εὐτυχὴς δοκεῖ εἶναι, ἀποχρήσασθε τῇ ἑκατέρου ἡμῶν ὠφελίᾳ. καὶ τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν μὴ 2
μεταγιγνώσκετε ὡς ἐπὶ μεγάλην δύναμιν ἐσόμενον. ὄχλοις τε γὰρ ξυμμίκτοις πολυανδροῦσιν αἱ πόλεις καὶ ῥᾳδίας ἔχουσι τῶν πολιτῶν τὰς μεταβολὰς καὶ ἐπιδοχάς· καί οὐδείς δι' αὐτὸ ὡς περὶ 3

Cap. 17. § 1. παρασχομένηι Pal. Aug., reliqui παρασχομένη, quod et ipsum dativus esse potest, cum antiquiores codd. quod nos subscribimus ι aut adscribant aut omittant.

πεφοβῆσθαι codd., nisi quod πεφοβεῖσθαι Laur. Cass. Ven. Gr., φοβεῖσθαι D. Infin. πεφοβῆσθαι olim cum verbo ἔπεισε iunxerunt; sed hoc ad ea pertinet, quae antea Alcibiades Peloponnesiis persuasit. Emend. Reisk.

§ 2. πολιτειῶν codd. Cf. adn.

efficere interpretatur, dubitavit Class., quod duobus locis, quibus praeter hunc apud Th. cum dat. rei iunctum est, assuescere (cf. tamen adn. 55, 3) significaret. Praeterquam enim quod exempla supra allata obstant, in tanta locorum paucitate nihil omnino tale concludere licet. Et verbum tuentur Bekk. Anecd. p. 110 Θουκυδίδης ἕκτῳ· καὶ λόγοις ὡμίλησα τρέπουσιν (leg. πρεπ.) ἀντὶ τοῦ συνεγενόμην et hunc locum imitatus Ioseph. A. J. XIX 1, 14 λόγοις καθωμίλησε χρηστοῖς. — καὶ νῦν, etiam nunc, oppositum est ταῦτα in init. huius § scripto, quod ad ea respicit, quae priore tempore ante pugnam Mantinensem (16, 6) Alcibiades contra Lacedaemonios fecit. — αὐτήν, scil. τὴν ἐμὴν νεότητα. Haec enim in superiore enuntiato principalis est notio, quae qualis sit addito καὶ ἄνοια indicatur. — Νικίας εὐτυχής. Cf. VII 77, 2. V 16, 1. Eam ob causam a Plutarcho cum Sulla comparatur. — ἀποχρήσασθε. Cf. adn. I 68, 4.

§ 2. ὄχλοις ... πολυανδροῦσιν. Cf. Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 739. — καὶ ῥᾳδίας ... ἐπιδοχάς. „Res publicas [cf. ad.] facile ipsi mutant et facile accipiunt civitatum formas a peregrinis sibi impositas aut fortasse [ut Goell. interpretatus est] facile mutant rerum publicarum formas, facile novas adsciscunt, ita ut μεταβολάς ad temperatas civitatum formas referatur, cum ἐπιδοχάς plane novas substitutas esse significet. De Sicilia tamen haec parum vere dicta sunt, id quod, postquam Athenienses illuc advenerunt, apparuit.“ Arn. Revera Sicilienses ita alienam reipublicae formam aut ab aliis sibi impositam accipere aut ipsos suae substituere solitos esse rerum memoria non comprobatur. Nisi forte quis de Charondae Catinensis legibus ad alias Chalcidicas civitates propagatis (cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 89. Holm. Hist. Sic. I p. 153 sqq.) cogitaverit. Sed eas ab ipso Charonda Chalcidicis civitatibus datas esse Aristot. Pol.

οἰκείας πατρίδος οὔτε τὰ περὶ τὸ σῶμα ὅπλοις ἐξήρτυται οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ μονίμοις κατασκευαῖς, ὅτι δὲ ἕκαστος ἢ ἐκ τοῦ λέγων πείθειν

§ 3. *νομίμοις* codd. Cf. adn.

II 12 (1274a) tradit et magis ad ius privatum et mores emendandos quam ad rempublicam constituendam videntur pertinuisse (cf. Holm. l. l. p. 156). Neque uno exemplo talia facile facta esse ostenderetur. Accedit quod *ἐπιδέχεσθαι*, praeterquam quod excipere (*τὰς πρεσβείας* Dion. Hal. Ant. Rom. I 63) et permittere valet, quae notiones ab hoc loco alienae sunt, ad ea quae habemus adsumere significat. Quomodo autem civitas ad eam quam habet reipublicae formam aliam adsumere potest? Sed forsitan *πολιτειῶν* vocabulo hic civitates (cf. IV 126 2) significari putaveris. At cur civitates tantum receptas vel aliis civitatibus adiunctas esse credamus, cum saepius ex alia civitate in aliam etiam pars incolarum translata sit (cf. Herod. VII 156)? Itaque *πολιτειῶν ἐπιδοχαί* quae sint non expedimus. Persuasum autem habemus novos cives in civitatem receptos veterumque numero adiunctos designari, praesertim cum quae deinde exponuntur non tam ad mutatas civitatum formas quam ad incolarum varietates et vicissitudines respicere videantur, idemque sensit schol., qui *τὸ ἐγγράφειν ῥαδίως ταῖς πολιτείαις ξένους τε καὶ φυγάδας* interpretatus est. Haec autem sententia ut evadat, necesse est *πολιτῶν* scribatur, quod idem simili Herodoti loco VIII 75 *ὡς ἐπεδέκοντο οἱ Θεσπιέες πολιήτας* commendatur. Rem uberius describit Plat. Pol. 293d *ἐάν ... τινας ἐπεισαγόμενοί ποθεν ἄλλους πολίτας ποιοῦντες αὐτὴν* (scil. *τὴν πόλιν*) *αὔξωσιν*. *Τῶν πολιτῶν τὰς μεταβολάς* dictum est ut I 2, 3 *τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων*. Fiunt autem tales *μεταβολαί*, ubi cives expelluntur vel emigrant aut in civitatem redeunt, *ἐπιδοχαί* novis civibus receptis exsistunt. Quibus de rebus cf. Herod. VII 156. Diod. XI 49. 76.

§ 3. *ὡς περὶ οἰκείας πατρίδος*, tanquam de sua patria agatur. Cf. adn. IV 63, 2. — *οὔτε ... ὅπλοις ἐξήρτυται*. Id de Syracusanis oratione ducis ipsorum 41, 3 confirmari adnotat Arn. — *οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ μονίμοις κατασκευαῖς*. Crebris incolarum mutationibus non legitimi (cf. sd.), sed firmi ac stabiles (cf. *κρηπῖδος μονίμου* Plat. Legg. 736e) apparatus impediuntur. Neque Atheniensium interest, utrum legitimi sint belli apparatus necne, modo ne idonei sint ad ipsorum impetum propulsandum. Intellegenda enim sunt opera terrae defendendae causa exstructa, sicut castella aut ipsarum urbium munitiones. Ceterum dubitatum est, utrum *τὰ ἐν τῇ χώρᾳ* pro nominativo habendum esset an pro accusativo. Sed illud nimis durum est et verborum collocatio ostendit *οὐδείς* ad utrumque membrum pariter pertinere, nec III 96, 3. V 7, 5 afferri possunt, ubi suum verbum alterum membrum habeat. Per *ζεῦγμα* autem quoddam (cf. Kuehn. Gram. max. § 597, 2 adn. IV 24, 4) cum *ἐξήρτυται* ad utrumque membrum soli priori conveniens referatur, hinc simile aliquid quod ad alterum accommodetur mente repetendum est, velut facile cogitaveris *οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ μονίμοις κατασκευαῖς χρῆται αἷς ἂν τοὺς πολεμίους ἀμύνοιτο*. — *ὅτι δὲ ἕκαστος ... ἑτοιμάζεται.* *Ὅτι* olim pro pro-

οἴεται ἢ στασιάζων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ λαβὼν ἄλλην
γῆν, μὴ κατορθώσας, οἰκήσειν, ταῦτα ἑτοιμάζεται.
καὶ οὐκ εἰκὸς τὸν τοιοῦτον ὅμιλον οὔτε λόγου 4
μιᾷ γνώμῃ ἀκροᾶσθαι οὔτε ἐς τὰ ἔργα κοινῶς
τρέπεσθαι· ταχὺ δ' ἂν ὡς ἕκαστοι, εἴ τι καθ'
ἡδονὴν λέγοιτο, προσχωροῖεν, ἄλλως τε καὶ εἰ
στασιάζουσιν, ὥσπερ πυνθανόμεθα. καὶ μὴν οὐδ' 5
ὁπλῖται οὔτ' ἐκείνοις ὅσοιπερ κομποῦνται, οὔτε

nomine acceperunt, ad quod tanquam collectivum ταῦτα rettulerunt. Quod quanquam per rationem grammaticam fieri potest (cf. Xen. Cyr. I 6, 11 ὅ τι δ' ἂν πρὸς τοῖς εἰρημένοις λαμβάνῃ τις, ταῦτα τιμὴν νομιοῦσι et Matth. Gr. § 475 a), tamen quominus ita interpretemur sententia obstat. Nam quae quis ex aerario cepit, ea non parantur, sed parata sunt. Deinde hoc enuntiatum oppositum esse debet superiori (καὶ οὐδεὶς ... κατασκευαῖς). Quod ut fiat, si ea tantum ab urbium incolis comparari statuimus, quae emigrantes secum portaturi sint, nullo modo apparet, cur haec de publico sumantur. Itaque Usenerum (Mus. Rhen. XXV p. 587) secuti ὅτι coniunctionem esse volumus. Verba ἐκ τοῦ λέγων πείθειν et στασιάζων inter se respondent, ut Tac. Ann. II 81 modo semet afflictando modo singulos nomine ciens, et participio λαβών (cuius obiectum tam facile cogitatur quam II 97, 4) ita subiecta sunt, ut quibus modis publica pecunia avertatur indicent. Deinde μὴ κατορθώσας, si res ei non prospere successerit, idem valet ac si eius rei poena ab eo repetatur. Postremo ταῦτα, pro quo Class. τοῦτο mavult, ad ἄλλην γῆν οἰκήσειν refertur, de quo pluralis usu cf. 74, 1. 83, 2 adn. I 124, 1; medium autem ἑτοιμάζεται est sibi praeparat (*trifft Vorkehrungen dafür*), qua de significatione cf. VII 31, 5. Herod. VIII 24, deinde Pseudo-Xen. Apol. 8, ubi ipse infinitivus appositus est. Non opus igitur est Useneri coniectura, qui l. l. σχεδιάζεται ex Phot. ἐσχηδίαζον· ἡτοίμαζον pro ἑτοιμάζεται huc inferre voluit. Neque ad sententiam satis apta est. Cum enim antea scriptum sit illos armis et reliquo apparatu non instructos esse (huc enim ταῦτα refert), hic satis commode dici non potest hoc ipsum neglegentius et pro tempore fieri. Itaque loci sententia haec est: sed quia quisque peculatu vel oratione ad persuadendum composita vel per seditionem facto, si res non prospere successerit, se aliam terram habitaturum esse suspicatur, hoc praeparat.

§ 4. μιᾷ γνώμῃ, uno animo, uno consensu, ut I 122, 2.

§ 5. καὶ μήν, tum vero, alteram causam inducit, cur Siciliensium potestas non pro magna sit habenda (ὡς ἐπὶ μεγάλην δύναμιν ἐσόμενον § 2). Cf. Krueg. § 69, 39 adn. 1. Hanc cohaerentiam cum non intellegeret, Class. totum quod ab his particulis incipit enuntiatum spurium esse suspicatus est. — οὐδ' ὁπλῖται ... Hi soli commemorati sunt, quod Graeci eos in bellis maximi aestimabant. Nicias vero 20, 4 et πολλοὺς ὁπλίτας et magnas alias copias Syracusis esse respondet. —

οἱ ἄλλοι Ἕλληνες διεφάνησαν τοσοῦτοι ὄντες
ὅσους ἕκαστοι σφᾶς αὐτοὺς ἠρίθμουν, ἀλλὰ μέ-
γιστον δὴ αὐτοὺς ἐψευσμένη ἡ Ἑλλὰς μόλις ἐν
6 *τῷδε τῷ πολέμῳ ἱκανῶς ὡπλίσθη. τά τε οὖν*
ἐκεῖ ἐξ ὧν ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι τοιαῦτα καὶ
ἔτι εὐπορώτερα ἔσται (βαρβάρους [τε] γὰρ πολλοὺς
ἕξομεν οἳ Συρακοσίων μίσει ξυνεπιθήσονται αὐ-
τοῖς), καὶ τὰ ἐνθάδε οὐκ ἐπικωλύσει, ἢν ὑμεῖς
7 *ὀρθῶς βουλεύησθε. οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν τοὺς*
αὐτοὺς τούτους οὕσπερ νῦν φασὶ πολεμίους ὑπο-
λιπόντας ἂν ἡμᾶς πλεῖν καὶ προσέτι τὸν Μῆδον
ἐχθρὸν ἔχοντες τὴν ἀρχὴν ἐκτήσαντο, οὐκ ἄλλῳ
8 *τινὶ ἢ τῇ περιουσίᾳ τοῦ ναυτικοῦ ἰσχύοντες. καὶ*
νῦν οὔτε ἀνέλπιστοί πω μᾶλλον Πελοποννήσιοι
ἐς ἡμᾶς ἐγένοντο, εἴ τε καὶ πάνυ ἔρρωνται, τὸ

§ 5. *ὅσοι* codd. propemodum omnes, *ὅσους* soli G. marg. D., ex correctura, ut videtur, sed procul dubio recta.

ἡ om. It. Vat. Aug. Cl. T. pr. Cass.

§ 7. *ὑπολειποντας* Pal. It. Vat. H. m. At 10, 1, quo haec respiciunt, *φημὶ γὰρ ὑμᾶς πολεμίους πολλοὺς ἐνθάδε ὑπολιπόντας* cet. Cf. etiam 36, 4 et VIII 82, 2.

μέγιστον...Ἑλλάς, Graecia cum maxime eos (i. e. suos gravis armaturae milites) em entita sit, finxerit, falso praedicaverit. Cf. Xen. Anab. V 7, 35 *τὰ δὲ χρήματα ὅσα ὑπέσχοντο Τιμασίωνι καὶ Θώρακι ἐψευσμένοι ἦσαν*. De singulari *μέγιστον* vid. adn. III 36, 2. „Copias et opes superiorum temporum valde exaggeratas esse ex Thuc. prooem. I 11, 3. 21, 2 discimus." Bloemf. „Cf. V 68, 2 *τῶν δ' αὖ* (*τὸ πλῆθος*) *διὰ τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες ἐς τὰ οἰκεῖα ἠπιστεῖτο.*" Arn. — *ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ*. Haec Thucydidis magis quam Alcibiadis sermoni convenire docet Ullrich. Symb. ad explic. Thuc. p. 57 sq. Cf. V 26, 2. Sed Th. ita Alcibiadem dicentem facere poterat, quod revera bellum non prorsus compositum erat. Nam neque pax per Niciam facta ab omnibus accepta est et hoc ipso tempore, quanquam inter ipsos Athenienses et Lacedaemonios arma quiescebant, in Peloponneso bellum erat. Cf. V 82. 83. 116. VI 7.

§ 6. *τά τε οὖν ἐκεῖ* ... His infra respondet *καὶ τὰ ἐνθάδε*. Itaque *τε* post *βαρβάρους* scriptum non habet quo referatur. Del. Bekk. Cf. adn. V 26, 2. — *ἐπικωλύσει*. Cf. adn. I 144, 2 et de copulato verbo Soph. Philoct. 1242.

§ 8. *καὶ νῦν* oppositum est supra scripto *οἱ πατέρες ἡμῶν*. Cf. adn. § 1. Sententiae enim caput hoc est: etiam nuno classe plurimum valemus. — *ἀνέλπιστοι*, spe destituti, sensu activo, ut ex opposito *εἴ τε καὶ πάνυ ἔρρωνται* patet. — *ἐς ἡμᾶς*. Cf. adn. § 1. — *εἴ τε ... ἔρρωνται*, et si vel maxime animos sump-

μὲν ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ἐσβάλλειν, κἂν μὴ ἐκπλεύ-
σωμεν, ἱκανοί εἰσι, τῷ δὲ ναυτικῷ οὐκ ἂν δύ-
ναιντο βλάπτειν· ὑπόλοιπον γὰρ ἡμῖν ἐστίν ἀν-
τίπαλον ναυτικόν.

ββ'. τὰ προτρεπόμενα τοὺς Ἀθηναίους ἐς τὴν Σικελίαν πλεῖν ἐξαριθμεῖ καὶ τὸν Νικίου ὄκνον ἐξελέγχει.

18. Ὥστε τί ἂν λέγοντες εἰκὸς ἢ αὐτοὶ ἀπο- 1
κνοῖμεν ἢ πρὸς τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους σκηπτόμενοι
μὴ βοηθοῖμεν; οἷς χρεών, ἐπειδή γε καὶ ξυνωμό-
σαμεν, ἐπαμύνειν καὶ μὴ ἀντιτιθέναι ὅτι οὐδὲ
ἐκεῖνοι ἡμῖν. οὐ γὰρ ἵνα δεῦρο ἀντιβοηθῶσι προσ-
εθέμεθα αὐτούς, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἐκεῖ ἐχθροῖς
ἡμῶν λυπηροὶ ὄντες δεῦρο κωλύωσιν αὐτοὺς
ἐπιέναι. τήν τε ἀρχὴν οὕτως ἐκτησάμεθα καὶ ἡμεῖς 2
καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι ἦρξαν, παραγιγνόμενοι προθύ-
μως τοῖς ἀεὶ ἢ βαρβάροις ἢ Ἕλλησιν ἐπικαλουμέ-
νοις· ἐπεί, εἴ γε ἡσυχάζοιεν πάντες ἢ φυλοκρινοῖεν

Cap. 18. § 2. η ante βαρβάροις om. Aug. It. Vat. Mosqu. K. Bar. Ar. Chr. Melius tamen servatur, quod hic sive ... sive dicendum est. Cf. c. 83 στόλοι ἢ Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων.

serunt. Respondet εἴ τε superiori οὔτε. — τὸ ... ἐσβάλλειν ... ἱκανοί εἰσι. De articulo cf. adn. II 53, 3. — ἐκπλεύσωμεν, scil. ἐς τὴν Σικελίαν. — οὐκ ἂν δύναιντο βλάπτειν, scil. ἢν ἐκπλεύσωμεν. — ὑπόλοιπον, scil. praeter classem, quam in Siciliam miserimus.

Cap. 18. § 1. τί ἂν λέγοντες εἰκὸς ... μὴ βοηθοῖμεν, quid probabile dicentes ... auxilium ferre recusemus. Propter hanc recusandi vim in verbis μὴ βοηθοῖμεν latentem praeter consuetudinem μή positum est. Cf. Kuehn. Gr. max. § 518, 2. — αὐτοί, ipsi, quod ad nos ipsos pertineat. Oppositum est infra πρὸς τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους σκηπτόμενοι, adversus socios qui ibi sunt id excusantes, ubi ex τί pronomine ad σκηπτόμενοι subaudiendum est αὐτό. Cf. Plat. Soph. 217b ταῦτα ἐσκήπτετο πρὸς ἡμᾶς. Verba autem τί λέγοντες εἰκός ad utrumque quod sequitur membrum pariter pertinent. Alterius enim sententia haec est: nihil probabile afferre possumus, quod adversus socios excusantes auxilium ferre recusemus, sive quo adversus socios excusemus, quod iis auxilium ferre nolimus. — ἀντιτιθέναι, ἀντιλέγειν, obicere. — οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν. Audi ἐπήμυναν. — προσεθέμεθα αὐτούς] ξυμμάχους ἐποιησάμεθα αὐτούς. Schol.

§ 2. οὕτως explicatur participio παραγιγνόμενοι. Cf. Krueg. Gr. § 59, 1 adn. 1. — ἦρξαν = ἀρχὴν ἐκτήσαντο. Cf. adn. V 91, 2. — φυλοκρινοῖεν. Hoc verbum agnosci ab Hesych. Poll. VIII 111 aliis docuit Abr. „Sensum explanant Anecd. Bekk. p. 71 φυλοκρινεῖν, κυρίως μὲν τὸ τὰς φυλὰς τὰς ἐν ταῖς

οἷς χρεὼν βοηθεῖν, βραχὺ ἄν τι προσκτώμενοι αὐτῇ περὶ αὐτῆς ἂν ταύτης μᾶλλον κινδυνεύοιμεν· τὸν γὰρ προύχοντα οὐ μόνον ἐπιόντα τις ἀμύνεται, ἀλλὰ καὶ μή πως ἔπεισι προκαταλαμβάνει.
3 καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ἐς ὅσον βουλόμεθα ἄρχειν, ἀλλὰ ἀνάγκη, ἐπειδήπερ ἐν τῷδε καθέσταμεν, τοῖς μὲν ἐπιβουλεύειν, τοὺς δὲ μὴ ἀνιέναι, διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὑφ' ἑτέρων [αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι], εἰ μὴ αὐτοὶ ἄλλων ἄρχοιμεν. καὶ

μὴ ὅπως codd., quod ne dicam, non modo valet (cf. Xen. Cyr. I 3, 10), quae notio hic apta non est. Neque μὴ ὅπως pro ὅπως μὴ dictum esse I 5, 1 οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων ostendit aut I 78, 1 ὡς οὐ περὶ βραχέων, qualia exempla Class. attulit. Emend. Haack.

πόλεσι διακρίνειν, σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἄλλο τι διατάττειν καὶ διακρίνειν. Et sensu proprio et non proprio vocabulum hic usurpari poterat, sed sensu proprio dictum existima cum respectu ad gentes Doricam et Ionicam, Graecam et barbaram [nam barbaris auxilium ferri noluerat Nicias 11, 7]". Goell. — βραχὺ ἄν τι ... κινδυνεύοιμεν. De iterato ἄν diverso ab eo, de quo ad I 136, 4 dictum est, vid. adn. V 9, 5. Pro κινδυνεύοιμεν Wex. Epist. crit. p. 40 mavult κινδυνεύοιεν. Cf. tamen Bernh. Synt. p. 423. — προκαταλαμβάνει, antevertit.

§ 3. ταμιεύεσθαι, nostro arbitratu constituere. Cf. Xen. Cyr. III 3, 47. Anab. II 5, 18 et translationem nominis ταμίου 78, 3. — ἐπειδήπερ ἐν τῷδε καθέσταμεν. Schol.: ἤγουν ἐν τῷ ἄρχειν. Immo ἐν τῷ τὴν ἀρχὴν κεκτῆσθαι: cum eo pervenerimus ut imperio potiti simus. — ἀνιέναι, liberos dimittere. Cum reliquis novem apud Th. locis hoc verbum ad res, non ad personas pertineat, Class. ἐπιβουλεύειν vel ἐπιβουλεύοντας subaudit, quasi vero, hoc si fiat, τοὺς δέ non sit obiectum. Frequentissimum est ἀνιέναι τινά et τινάς apud reliquos Atticos scriptores. Cur igitur Th. abiudicetur? — διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὑφ' ἑτέρων. Quae sequuntur αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι del. Usener in Mus. Rhen. XXV p. 587. Non solum propter abundantiam (cf. VII 62, 2) suspecta sunt et ἄν si ad κίνδυνον εἶναι refertur male locatum et quod αὐτοῖς (ipsis) ponere non poterat qui statim εἰ μὴ αὐτοί dicturus erat, sed a reliqua Th. dicendi consuetudine aliena, qui nusquam κίνδυνον εἶναι pro κινδυνεύειν dixerit, et sententiae vim magis minuunt quam augent. Class. quidem ἂν ἀρχθῆναι iungit a κίνδυνον εἶναι locutione aptum, sed infinitivus cum ἄν in enuntiatis aliunde pendentibus non ponitur, nisi verbo dicendi vel putandi subiecta sunt. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 4. Itaque apud Platonem κινδυνεύειν ne iis quidem locis, ubi ad putandi notionem accedit et videri vertitur, qua vi praeditum apud Th. non invenitur, usquam inf. cum ἄν secum habet, quod ibi quoque principalem notionem quodammodo retinet. — ἄλλων perperam del. Usener l. l. Cf. II 11, 8. III 45, 6. V 91, 1. VIII

οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκεπτέον ὑμῖν τοῖς ἄλλοις
τὸ ἥσυχον, εἰ μὴ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐς τὸ
ὁμοῖον μεταλήψεσθε. λογισάμενοι οὖν τάδε μᾶλλον 4
αὐξήσειν, ἐπ' ἐκεῖνα ἢν ἴωμεν, ποιώμεθα τὸν
πλοῦν, ἵνα Πελοποννησίων τε στορέσωμεν τὸ
φρόνημα, εἰ δόξομεν ὑπεριδόντες τὴν ἐν τῷ παρ-
όντι ἡσυχίαν καὶ ἐπὶ Σικελίαν πλεῦσαι· καὶ ἅμα
ἢ τῆς Ἑλλάδος, τῶν ἐκεῖ προσγενομένων, πάσης
τῷ εἰκότι ἄρξομεν, ἢ κακώσομέν γε Συρακοσίους,
ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ξύμμαχοι ὠφελησόμεθα.
τὸ δὲ ἀσφαλές, καὶ μένειν, ἤν τι προχωρῇ, καὶ 5

§ 5. προχωρῇ Mosqu. E. Valla si quid proficiemus vertens; reliqui codd. προσχωρῇ. Parum tutum erit manere, si aliquid se adiunxerit, satis, si res aliquem successum habuerit.

68, 4. — καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκεπτέον . . .] καὶ οὐχ ὁμοίως ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἡσυχίαν ἡμῖν ἐπιτηδευτέον (τὸ γὰρ ἐπισκεπτέον ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδευτέον τέθεικεν), εἰ μὴ καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τοῖς ἄλλοις ἐξομοιωθήσεσθε. Schol. Dat. igitur τοῖς ἄλλοις cum locutione ἐκ τοῦ αὐτοῦ iungendus est. Cf. V 105, 2. Ἐπισκεπτέον tamen proprie non est ἐπιτηδευτέον, sed iudicandum, ratio habenda.

§ 4. τάδε] τὰ ἐνταῦθα πράγματα. Schol. — στορέσωμεν τὸ φρόνημα] τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ τροπικῶν ὀνομάτων τὸ σκληρότατον τοῦτό ἐστιν· ἀλλὰ κατὰ Ἀλκιβιάδην [φησίν]. Schol. „Simile huic Aesch. Prom. 190 στορέσαι τὴν ὀργήν." Abr. „Thucydideam locutionem imitantur Liban. Epist. 125 ἐστόρεσε τὸ φρόνημα τῶν Σκυθῶν et Suid. (s. v. Διογένης) τὸν θυμὸν κατεστόρεσεν . . . Comparetur etiam Plut. Lucull. 5 κατεστόρεσε τὴν φιλοτιμίαν et Caes. 25 τὰς πολλὰς ἀποστάσεις κατεστόρεσε." Bloomf. Tacit. Hist. I 58 stratis militum odiis. — καὶ ἅμα cet. Ante haec non colon, ut apud Bekk., sed comma ponendum esse docet particula τέ post Πελοπονν. posita. Quare hoc quoque membrum cum ἵνα cohaerere debere existimes, et idcirco malis ἄρξωμεν et deinde κακώσωμεν; nam futuri cum ἵνα finali iuncti exempla antiqua aut nulla aut suspecta sunt. Cf. adn. VIII 74, 3. Sed conformatio verborum in altero membro hic ita mutata est, ut καὶ ἅμα cet. enuntiatum per se constans sit, qualis transitus exempla apud Latinos quoque reperiuntur. Cf. adn. V 14, 1. Heusing. ad Cic. de Off. I 3, 5. Brem. ad Cic. de Fin. I 7 et qui ab Ellendt. ad Cic. de Or. II 27, 116 citantur. Add. Bernh. Synt. p. 388. Maiorem autem vim verba eo habent quod per se constant. Cf. adn. III 36, 2.

§ 5. μένειν . . . καὶ ἀπελθεῖν explicandi causa ad τὸ ἀσφαλές apposita articulo carent, quod παρέχειν cum infini-

ἀπελθεῖν, αἱ νῆες παρέξουσι· ναυκράτορες γὰρ
6 ἐσόμεθα καὶ ξυμπάντων Σικελιωτῶν. καὶ μὴ ὑμᾶς
ἡ Νικίου τῶν λόγων ἀπραγμοσύνη καὶ διάστασις
τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους ἀποτρέψῃ, τῷ
δὲ εἰωθότι κόσμῳ, ὥσπερ καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν
ἅμα νέοι γεραιτέροις βουλεύοντες ἐς τάδε ἦραν
αὐτά, καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πειρᾶσθε προαγ-
αγεῖν τὴν πόλιν, καὶ νομίσατε νεότητα μὲν καὶ
γῆρας ἄνευ ἀλλήλων μηδὲν δύνασθαι, ὁμοῦ δὲ
τό τε φαῦλον καὶ τὸ μέσον καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς
ἂν ξυγκραθὲν μάλιστ' ἂν ἰσχύειν, καὶ τὴν πόλιν,

παρέξουσιν ναυκράτορες M.; reliqui *παρέξουσιν αὐτοκράτορες*, quod correxit Valcken. ad Herod. V 36.

§ 6. *ἐπιστρέψῃ* Ar. Chr. Dan. m. I. K., *ἐπιτρέψῃ* D., *ἀποστρέψῃ* reliqui. Sed *ἀποτρέψῃ* requiritur propter 8, 4 (*Νικίας*) *ἀποτρέψαι ἐβούλετο* et 19, 2 *Νικίας γνοὺς ὅτι οὐκ ἂν ἀποτρέψειε*. Cf. adn. IV 80, 1.

tivo iungitur. Cf. III 63, 2. — *ναυκράτορες* ... *ξυμπάντων Σικελιωτῶν*. Cf. Herod. V 36 *ναυκρατέες τῆς θαλάσσης*.

§ 6. *ἡ ... τῶν λόγων ἀπραγμοσύνη*. „I. e. quam ponit, memorat in oratione, illam (*ἀπραγμ.*) laudans et commendans.“ Bau. — *διάστασις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους*. Insolens syntaxis. Neque enim huc afferendi sunt dativi ad substantiva verbalia applicati, quae a verbis, quae cum dativo iunguntur, derivata sunt, de quibus dativis Krueg. Gr. § 48, 12 adn. 4 loquitur. Nam licet cum eadem vi, qua hic *διάστασις* legitur, dictum sit *διαστῆναί τινι*, tamen *διάστασις τοῖς νέοις τῶν πρεσβυτέρων* scriptum esse deberet. Quae cum ita sint, procul dubio *οὖσα* cogitando supplendum est et hoc exemplum cum iis componendum, de quibus agit Kuehn. Gr. max. § 424, 3. Scite Krueg. animadvertit, cum *ἡ Νικίου τῶν λόγων* ad *διάστασις* quoque pertineat, *τῶν νεῶν* obscuritatem habiturum esse ideoque Th. maluisse dativum ponere. *Διάστασις* autem *ἐς τοὺς πρεσβυτέρους*, pro quo exspectaveris *πρὸς τοὺς πρ.*, dictum est ut *ἔχθρα ἔς τινα* II 68, 9. — *ἅμα νέοι γεραιτέροις* pro *νέοι ἅμα γεραιτέροις*, ut contraria iuxta ponantur. Cf. adn. V 80, 3 et de *ἅμα* VII 57, 6. — *βουλεύοντες*. Cf. adn. IV 41, 1. — *ἐς τάδε ἦραν αὐτά*, rem ad hanc magnitudinem auxerunt. De *αὐτά* pronomine indefinite posito neque ad certum quoddam substantivum relato cf. adn. 10, 2. — *καὶ νῦν*. Cf. adn. 17, 8. — *τό τε φαῦλον ... ἀκριβές*. „Manifesto refertur haec gnome ad triplicem aetatem, iuvenilem, virilem, senilem, ut dubium tamen sit, *φαῦλον* ad senilem (inutilem), *ἀκριβές* ad iuvenilem [spectet], an contra; nam *μέσον* quidem virilem esse sat liquet. *Πάνυ ἀκριβές* tamen senili dignius fuerit ...; senum enim *ἀκρίβεια* est, non iuvenum; et naturae ordinem sequatur enumeratio graduum.“ Bau. — *ἂν ξυγκρα-*

ἐὰν μὲν ἡσυχάζῃ, τρίψεσθαί τε αὐτὴν περὶ αὐτὴν ὥσπερ καὶ ἄλλο τι καὶ πάντων τὴν ἐπιστήμην ἐγγηράσεσθαι, ἀγωνιζομένην δὲ αἰεὶ προσλήψεσθαί τε τὴν ἐμπειρίαν καὶ τὸ ἀμύνεσθαι οὐ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ μᾶλλον ξύνηθες ἕξειν. παράπαν τε γιγνώσκω 7
πόλιν μὴ ἀπράγμονα τάχιστ' ἂν μοι δοκεῖν ἀπραγμοσύνης μεταβολῇ διαφθαρῆναι, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τούτους οἰκεῖν οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢν καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύωσιν."

Ἀθηναίους ὡρμημένους στρατεύειν Νικίας ἔτι

19. Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἀλκιβιάδης εἶπεν. οἱ δ' 1
Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες ἐκείνου τε καὶ τῶν Ἐγεσταίων καὶ Λεοντίνων φυγάδων, οἳ παρελθόντες

ἂν μὲν ἡσυχάζῃ codd. Cf. sd. IV 46, 3.

θὲν μάλιστ' ἂν ἰσχύειν. De repetito ἂν cf. adn. I 136, 4. VIII 46, 2. — τρίψεσθαι αὐτὴν περὶ αὐτήν, ipsam per se attritum iri. Cf. VIII 46, 2. — ὥσπερ καὶ ἄλλο τι. Cf. I 142, 9. — καὶ πάντων τὴν ἐπιστήμην ἐγγηράσεσθαι, et in eo (i. e. et cum per se ipsam atteratur) futurum esse, ut civitas omnium rerum intellegentia senesceret. Pro verbi ἐγγηράσεσθαι subiecto non ἐπιστήμην, sed πόλιν accipiendum est, ad quod deinde ἀγωνιζομένην referatur. Nam τὴν ἐπιστήμην ἐγγηράσεσθαι pariter intellegitur atque apud Herod. III 33 τὰς φρένας ὑγιαίνειν, et ἐγγηράσεσθαι est ἐν τῷ τρίβεσθαι sive τριβομένην γηράσεσθαι, ut in Xen. verbis εἰ ἀποδημοῖεν καὶ ἐναπόλοιντο (Hist. Gr. III 1, 4) ἐναπόλοιντο valet ἐν τῷ ἀποδημεῖν sive ἀποδημοῦντες ἀπόλοιντο. Verbum γηράσκειν autem non solum de rebus, sed etiam de personis sensu translato dici ostendit Soph. OR. 872 μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει. Cf. Liv. XXIX 3, 15 Hannibalem et fama senescere et viribus. — οὐ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ cum ἀμύνεσθαι iunge. — μᾶλλον, potius. — ξύνηθες ἕξειν, ut consuetum habere Sal. Jug. 85, 7.

§ 7. γιγνώσκω cum infin. iunctum est censeo (cf. adn. I 43, 2) neque solum ad eam quam quis habet, sed etiam ad eam quam quis dicit sententiam pertinet (*ich erkläre*). Cf. Xen. Hist. Gr. III 1, 12 ἀκούσας ταῦτα ὁ Φαρνάβαζος ἔγνω δεῖν τὴν γυναῖκα σατραπεύειν. Itaque non redundat quod sequitur μοὶ δοκεῖν. — πόλιν μὴ ἀπράγμονα ... μεταβολῇ, civitatem negotiosam, si negotium cum otio commutet. Ita recte Portus. — οἳ ἂν ... πολιτεύωσι. In eandem sententiam Cleo III 37, 3 χείροσι νόμοις ἀκινήτοις χρωμένη πόλις κρείσσων ἐστὶν ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις. Dativi cum adverbio διαφόρως iungendi sunt: ratione constitutis moribus et legibus minime contraria.

Cap. 19. § 1. φυγάδων cum solo Leontinorum nomine coniunge. Nam Segestani exsules

ἐδέοντό τε καὶ τῶν ὁρκίων ὑπομιμνῄσκοντες ἱκέτευον βοηθῆσαι σφίσι, πολλῷ μᾶλλον ἢ πρότερον
2 ὥρμηντο στρατεύειν. καὶ ὁ Νικίας γνοὺς ὅτι ἀπὸ μὲν τῶν αὐτῶν λόγων οὐκ ἂν ἔτι ἀποτρέψειε, παρασκευῆς δὲ πλήθει, εἰ πολλὴν ἐπιτάξειε, τάχ' ἂν μεταστήσειεν αὐτούς, παρελθὼν αὐτοῖς αὖθις ἔλεγε τοιάδε.

μεταστῆσαι ἐπιχειρεῖ.

1 20. „Ἐπειδὴ πάντως ὁρῶ ὑμᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, ὡρμημένους στρατεύειν, ξυνενέγκοι μὲν ταῦτα ὡς βουλόμεθα, ἐπὶ δὲ τῷ παρόντι ἃ γιγνώσκω
2 σημανῶ. ἐπὶ γὰρ πόλεις, ὡς ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι, μέλλομεν ἰέναι μεγάλας καὶ οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων οὐδὲ δεομένας μεταβολῆς ᾗ ἂν ἐκ

δεύτερος λόγος Νικίου, ὃς πρῶτον μὲν τὸ μέγεθος τῆς τῶν Σικελιωτῶν δυνάμεως ἐπεξέρχεται.

Cap. 19. § 2. αὐτοῖς αὖθις Cass. Aug. Cl. Ven. Pal. Vat. M. H. Reg. al. plerique. Vulgo αὐτοῖς sine αὖθις, αὖθις sine αὐτοῖς It. et Cam. „Nulla causa est, cur αὖθις omnibus libris scriptis consentientibus recipi non debeat. [Nam de κακοφωνίᾳ cf. adn. I 15, 2. V 30, 2.] Αὐτοῖς an retinendum sit, dubitari potest. Nam ... Thucydides multis aliis locis, quibus παρελθών adhibet, αὐτοῖς omittit (I 67, 5. 72, 2. 79, 2. 85, 3. 119. 139, 4 et alibi saepe); ubi autem eo vel alio dativo utitur, dativos plerumque ad verbum aliquod sequens ... refert (VI 15, 5. 32, 3. 35, 2)... Itaque et in hac scriptura, παρελθὼν αὐτοῖς αὖθις ἔλεγε τοιάδε, αὐτοῖς referendum [videatur] ad sequens verbum ἔλεγε, αὖθις autem ad praecedens παρελθών; quod aliquanto durius est... Sed quia infra 72, 2 dicit παρελθὼν αὐτοῖς Ἑρμοκράτης ἐθάρσυνε, ubi αὐτοῖς omnino referri debet ad παρελθών, ratio illa, ob quam id huic loco non convenire videri poterat, infirma est et numero msstorum aliquid dari potest." Duk. Cum loco 72, 2 cf. argum. Demosth. Olynth. II μέλλουσι δὲ περὶ τὴν ἔξοδον καὶ δεδιόσιν ... παρελθὼν ὁ Δημοσθένης πειρᾶται θαρσύνειν τὸν δῆμον, ubi huius syntaxis non memor Frankius argutatur. Dativus aut commodi est aut ex ipso verbo suspensus. Cf. Krueg. Gr. § 48, 11 adn. 9.

οὔτε pro οὐδὲ et deinde οὐδ' ἂν codd. Emend. Bekk. Cf. adn.

non erant. Cf. adn. 12, 1. Sed forsitan Th. Λεοντίνων τινῶν scripserit. — τῶν ὁρκίων ὑπομιμνῄσκοντες. Cf. III 86, 3. VI 6, 2. Diod. XII 83, 3. Plat. Menex. 243 a. — ὥρμηντο στρατεύειν. De re cf. Plut. Nic. 12.

§ 2. καὶ ὁ Νικίας cet. Cf. Aristid. I p. 381. — ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων. „Ab eadem oratione progressus, eadem usus, τοῖς αὐτοῖς λόγοις." Bau. Cf. adn. II 77, 1. VII 29, 1. — μεταστήσειεν, de sententia deduceret. — ἔλεγε. Cf. adn. I 72, 3.

Cap. 20. § 1. ἐπὶ τῷ παρόντι idem atque ἐν τῷ παρόντι valent. Cf. adn. 46.

§ 2. οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων. Ita ut αἱ ὑπήκοοι promptae sint ad Athenienses liberatores recipiendos. — οὐδὲ

βιαίου τις δουλείας ἄσμενος ἐς ῥᾴω μετάστασιν
χωροίη, οὔτ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως
ἀντ' ἐλευθερίας προσδεξαμένας, τό τε πλῆθος, ὡς
ἐν μιᾷ νήσῳ, πολλάς, τὰς Ἑλληνίδας. πλὴν γὰρ 3
Νάξου καὶ Κατάνης, ἃς ἐλπίζω ἡμῖν κατὰ τὸ
Λεοντίνων ξυγγενὲς προσέσεσθαι, ἄλλαι εἰσὶν ἑπτά,
καὶ παρεσκευασμέναι τοῖς πᾶσιν ὁμοιοτρόπως μά-
λιστα τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ
ἃς μᾶλλον πλέομεν, Σελινοῦς καὶ Συράκουσαι.
πολλοὶ μὲν γὰρ ὁπλῖται ἔνεισι καὶ τοξόται καὶ 4
ἀκοντισταί, πολλαὶ δὲ τριήρεις καὶ ὄχλος ὁ πλη-
ρώσων αὐτάς· χρήματά τ' ἔχουσι τὰ μὲν ἴδια,

Cap. 20. § 2. προσδεξαμένας It. Vat. Aug. M. Cl. Ven., προσδεξομένας vulgo. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 10.

δεομένας μεταβολῆς κ. τ. λ. Distinguitur interna tanquam ac domestica libertas, qua urbes Sicilienses utuntur rerum mutatione non egentes (cf. VII 55, 2), a libertate externa, quam ab Atheniensium imperio defensuri sunt. Coniungenda igitur cum sint verba ὑπηκόους ἀλλήλων et δεομένας . . . χωροίη in eandem sententiam negativam, ab hac autem discernendum quod deinde cum negatione sequitur ἂν . . . προσδεξαμένας, Bekkeri emendatio (cf. sd.) vera est. Cf. L. Herbst. in Phil. XVI p. 329 sqq. — ἐς ῥᾴω μετάστασιν, in alium tolerabiliorem (cf. VII 75, 6) statum. Nam μετάστασις a μεταβολῇ discreta hic non est mutatio ipsa, sed mutatus reipublicae status. Cf. adn. II 48, 3. IV 74, 4. — ἂν προσδεξαμένας, non subituras esse. Cf. Plat. Tim. 52 a φθορὰν οὐ προσδεχόμενον. — τό τε πλῆθος . . . τὰς Ἑλληνίδας] καθ' ὑπερβατόν· (rectius τὸ ἑξῆς·) ἐπὶ γὰρ πόλεις . . . μέλλομεν ἰέναι μεγάλας τό τε πλῆθος, ὡς ἐν μιᾷ νήσῳ, πολλάς, τὰς Ἑλληνίδας. Schol. De ὡς restringente vid. adn. IV 84, 2. Τὰς Ἑλληνίδας autem sonant Graecas dico et significant ea quae de urbibus dicta sunt, contra quas sunt profecturi, ad Graecas tantum Siciliae urbes pertinere. Haec vis efficitur collocatione et articulo adiecto. Cf. 21, 2 et L. Herbst. l. l. p. 333 sq. Non abesse posse τὰς Ἑλληνίδας proxima ostendunt, ubi Graecae enumerantur urbes.

§ 3. τὸ Λεοντίνων ξυγγενές. Cf. c. 3. — ἄλλαι . . . ἑπτά] Συράκουσαι, Σελινοῦς, Γέλα, Ἀκράγας, Μεσσήνη, Ἱμέρα, Καμάρινα. Schol. — καὶ παρεσκευασμέναι, eaeque instructae. De hoc παρασκευάζειν verbi usu cf. adn. II 11, 6. — μᾶλλον, magis quam contra alias, praecipue.
§ 4. πολλοὶ . . . ὁπλῖται ἔνεισι. Refelluntur Alcibiadis verba 17, 5. — πολλαὶ τριήρεις. Syracusanorum LXXX

τὰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐστι [Σελινουντίοις]· Συρακοσίοις δὲ καὶ ἀπὸ βαρβάρων τινῶν ἀπαρχὴ ἐσφέρεται· ᾧ δὲ μάλιστα ἡμῶν προέχουσιν, ἵππους τε πολλοὺς κέκτηνται καὶ σίτῳ οἰκείῳ καὶ οὐκ ἐπακτῷ χρῶνται.

§ 4. ἀπαρχῆς φέρεται It. Vat. Pal. Aug. M. Cl. Mosqu., ἀπαρχῆι φέρεται Cass., ἀπαρχὴ φέρεται Lugd. I., ἀπαρχὴ φαίνεται D., reliqui ἀπ' ἀρχῆς φέρεται, vulgo ἀπαρχὴ ἐσφέρεται Pro genuina librorum scriptura habendum est ἀπαρχῆς vel ἀπ' ἀρχῆς φέρεται. Cf. adn.

commemorantur VII 22, 1. — ἐν τοῖς ἱεροῖς] ἤγουν τὰ κοινά. ἔθος γὰρ τοῖς παλαιοῖς τὰ κοινὰ χρήματα ἐν τοῖς ἱεροῖς ταμιεύειν. Schol. Sed non solum publica pecunia intellegenda est, sed etiam donaria templorum et sacri thesauri. Alibi Th. quae ἐν τοῖς ἱεροῖς et ἐν τῷ κοινῷ sunt discernit. Cf. 6, 3. 8, 2. — Σελινουντίοις, ut vidit Weidner Parerg. p. 18, delendum est. Cur enim omnium illarum urbium opes in Selinuntiorum templis asservatas esse credamus? — ἀπὸ βαρβάρων τινῶν. Hi sunt Siculorum nonnulli. Cf. III 103, 1. VI 88, 4. — ἀπαρχὴ ἐσφέρεται. scil. τῶν ἐκ τῆς γῆς. Cf. Plat. Legg. 806 d γεωργίαι δὲ ἐκδεδομέναι δούλοις ἀπαρχὴν τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀποτελοῦσιν, ubi de Helotibus Spartanorum sermo est. Itaque Syracusani regionis alicuius, qua potiti erant, agrum ita Siculis possidendum atque fruendum permiserant, ut hi pro vectigali certam quandam frugum partem conferrent. Neque enim de solis primitiis diis vel manibus oblatis ἀπαρχήν dici locus Platonis ostendit. Verbum autem ἐσφέρειν generalem conferendi vim habet, ut VIII 45, 5. Aliter III 19, 1, ubi cf. adn., similiter ἀπαρχὰς ἐπιφέρειν III 58, 4. Nihil contra nostram rationem efficitur Boeckhii disputatione (Oec. civ. II 623 sq.), cum ne nos quidem ἀπαρχήν pro tributo accipiamus. Vulgatam autem scripturam cum Bekk. secuti sumus, quod neque ἀπ' ἀρχῆς φέρεται neque ἀπαρχῆς φέρεται ullam habet explicationem. Nam illud qui esse volunt antiquitus vel iam diu (*von Alters her*) contribuitur, non satis respexerunt ἀπ' ἀρχῆς de tempore dictum diverso sensu ab initio significare; qui vero interpretantur propter imperium vel ex imperio (*in Folge ihrer Herrschaft*) alienam praepositioni ἀπό notionem tribuunt. Quod autem Class. dubitavit, an altera lectio defendi posset, si a primitiis nonnullorum barbarorum confertur verteremus, monendum est ἀπαρχήν eam ipsam esse partem, quae de toto, priusquam hoc consumatur, contribuendi causa demitur. — ἵππους ... πολλοὺς κέκτηνται. Contra atque Athenienses, qui equos ex Boeotia, Thessalia, aliunde commercabantur. Vid. Wachsm. Antiqu. Gr. II p. 47. — σίτῳ ... οὐκ ἐπακτῷ χρῶνται. At Athenienses frumentum ex Ponto maxime importasse constat. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Ath. I p. 110 sqq. Wachsm. l. d. p. 44. Ἐπακτός similiter legitur VII 28, 1. Cf. ἐπάξονται I 81, 2 et nostrum *zuführen*, *Zufuhr*. Ἐπείσακτος de hoc frumento dixit Demosth. XX 31 et XVIII 87, ubi σίτῳ inquit πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθ' ἐπεισάκτῳ.

ἔπειτα πρὸς τὴν τοιαύτην δύναμιν αἰτεῖ παρασκευὴν ἀξιόχρεων ὁπλιτῶν τε καὶ τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν καὶ νεῶν καὶ ἄλλων.

21. Πρὸς οὖν τοιαύτην δύναμιν οὐ ναυτικῆς καὶ φαύλου στρατιᾶς μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ πεζὸν πολὺν ξυμπλεῖν, εἴπερ βουλόμεθα ἄξιον τῆς διανοίας δρᾶν καὶ μὴ ὑπὸ ἱππέων πολλῶν εἴργεσθαι τῆς γῆς, ἄλλως τε καὶ εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις φοβηθεῖσαι καὶ μὴ ἀντιπαράσχωσιν ἡμῖν φίλοι τινὲς γενόμενοι ἄλλοι ἢ Ἐγεσταῖοι ᾧ ἀμυνούμεθα 1
ἱππικόν (αἰσχρὸν δὲ βιασθέντας ἀπελθεῖν ἢ ὕστερον ἐπιμεταπέμπεσθαι τὸ πρῶτον ἀσκέπτως βουλευσαμένους), αὐτόθεν δὲ παρασκευῇ ἀξιόχρεῳ ἐπιέναι, γνόντας ὅτι πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν μέλλομεν πλεῖν, καὶ οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ στρα- 2

Cap. 21. § 1. ἢν pro εἰ Ar. Chr. Dan. D. 48. Cf. adn. Krueg. ad. Dion. p. 271. Hart. de Part. II p. 301.
στρατευσάμενοι It. Vat. Pal. Aug. M. Cass. Reg. Lugd. Gr. Sed expeditionem non fecerunt, sed facturi sunt. Cf. adn.

Cap. 21. § 1. **φαύλου.** Infra 31, 3 feminina flexio est φαύλη. Cf. IV 9, 1. Matth. Gr. § 118 adn. 1. — **καὶ πεζὸν . . . ξυμπλεῖν.** „Mutata constructio; debebat enim pergere ἀλλὰ καὶ πεζοῦ πολλοῦ συμπλέοντος [ξυμπλευσομένου]. Sed δεῖ dupliciter sumitur, opus est et oportet.“ Gottl. secundum Abr. — **ἄξιον,** i. e. ἄξιόν τι, quod pronomen invitis membranis olim hic addebatur. Cf. adn. IV 60, 2. L. Herbst. l. l. p. 335. — **εἴργεσθαι τῆς γῆς,** prohiberi quominus in terram exeant (cf. VII 11, 4 οὐδὲ γὰρ τῆς χώρας ἐπὶ πολὺ διὰ τοὺς ἱππέας ἐξερχόμεθα) eaque ad commeatum faciendum utantur. Cf. III 86, 3. V 82, 5. adn. I 141, 4. — **εἰ ξυστῶσιν.** Cf. Soph. OT. 198. 874. OC. 1443. Ant. 710. Stahl. Quaest. gram. p. 11 sq. — **ἀντιπαράσχωσιν.** Vicissim suppeditatur equitatus adversus multos hostium equites.

§ 2. **αἰσχρόν.** Pro comparativo positum esse falso opinatur Matth. Gr. § 457 adn. 1. Utrumque turpe esse Nicias dicit, et vi repulsum discedere et postea novas copias arcessere. — **αὐτόθεν . . . ἐπιέναι,** illico (cf. adn. I 141, 1) . . . aggredi, a superiore quidem δεῖ pendet, sed oppositum est parenthesi, quae praecessit. Eodem modo δέ ad praegressam parenthesim refertur VIII 29, 2, ubi cf. adn. Post αὐτόθεν Herwerd. (Stud. Thuc. p. 83) et Madvig. (Advers. crit. I p. 325) δεῖ addunt, quo verbis αἰσχρὸν δὲ . . . βουλευσαμένους in parenthesim redactis facile caremus. — **καὶ οὐκ . . . στρατευσόμενοι** pariter atque ὅτι . . . μέλλομεν πλεῖν a γνόντας pendere volumus, pro quo cogitari possit ἐπειδὰν γνῶμεν. Cf. adn. V 41, 2. Parum considerate Class. στρατευσόμενοι verbis μέλλομεν πλεῖν subiungit, quasi vero Athenienses navibus profecturi id propositum habeant, ut iniquiore modo quam intra fines imperii sui expeditionem faciant; deinde notionum similitudo ostendit μέλλομεν

τευσόμενοι καὶ ὅτε ἐν τοῖς τῇδε ὑπηκόοις [ξύμμαχοι] ἤλθετε ἐπί τινα, ὅθεν ῥᾴδιαι αἱ κομιδαὶ ἐκ τῆς φιλίας ὧν προσέδει, ἀλλὰ ἐς ἀλλοτρίαν πᾶσαν ἀπαρτήσαντες, ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ τεσσάρων τῶν χειμερινῶν ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν.

Pro *ὅτε* codd. *οὐκ* habent, quod non agnoscit schol. liberius tamen interpretatus quam ut quid legerit satis constet.
ἀπαρτήσοντες Laur. Pal. M. Cass. Gr. Ar. Cl. Chr. Dan. Ven. C. D. E. G. K. corr. Aug., *ἀπαρτίσοντες* F. Cf. adn.

πλεῖν et *στρατευσόμενοι* ex aequo posita esse. — *καὶ ὅτε* Portum secuti emendavimus. Nam cum iungendum sit *ἐν τῷ ὁμοίῳ καί* (pari condicione atque), *οὐκ* corruptum esse patet. Delevit negationem Herm. ad Vig. p. 772, *οὗ* coniecit L. Herbst. l. l. p. 337, *εἰ* Goeller. Postremum Class. praetulit, ne de facta re sermo esset. Sed si res pro condicione esset, non diceretur si profecti essetis contra aliquem, sed si proficisceremini. Nam *ἐπί τινα ἔρχεσθαι* idem est atque ipsum *στρατεύεσθαι*. Cur autem non dicatur eam quam Athenienses suscepturi sint expeditionem graviorem esse ac maius periculum afferre quam quas intra fines imperii sui fecerint? Etenim ab initio belli ipsis his finibus eorum expeditiones revera se continuerunt. — *ἐν τοῖς τῇδε ὑπηκόοις*, in regionibus hic (cf. *ἐνθάδε* 12, 1) vobis subiectis. Itaque *τοῖς ὑπηκόοις* neutrius generis est. — *ξύμμαχοι*, quod Valla vertendo non expressit, sententiae repugnat, cum Athenienses multo plures res sociorum auxilio usi quam ipsi aliis auxilium praestantes ibi gesserint. Neque intellegitur, cur altero genere excluso hae tantum res cum expeditione Siciliensi comparentur. Itaque *ξύμμαχοι* ad *ὑπηκόοις* videtur adscriptum esse. Hoc ut defenderet, Class. *εἰ τοῖς τῇδε ὑπηκόοις ξύμμαχοι κ. τ. λ.* scripsit et *ὅθεν* quod sequitur ad *τινά* rettulit, ita ut valeat ex cuius terra. Sed quae usui erant sibi supportaverunt non ex hostium, sed ex amicorum terra, idque dum in hostium terra bellum gerunt; deinde *ὅθεν* ad personam referri ulla ratione posse exemplis non probatur; denique maxime dubium est, num apte Athenienses dicantur subiectis sibi civitatibus socii esse (nam falsum est quod Class. putat *ὑπηκόοις* idem esse posse atque *ξυμμάχοις*). — *ὅθεν* ad *ἐν τοῖς τῇδε ὑπηκόοις* refertur. — *ἀπαρτήσαντες*] *ἀντὶ τοῦ ἀπαρτηθέντες, ἀπελθόντες, καὶ πολὺ τῆς οἰκείας χωρισθέντες*. Schol. Ad hanc intransitivam verbi vim comprobandam recte Class. attulit Dion. Cass. LI 4, 2 *ἅτε καὶ πολὺ ἀπὸ σφῶν ἀπαρτῶντος αὐτοῦ*. Repudianda igitur Popponis coniectura *ἀπάραντες* et Meinekii (Herm. III p. 359) *ἀπαντήσαντες*, quorum alterum, ut Class. recte animadvertit, ideo insuper non convenit, quia ad id potissimum tempus pertinet quo naves ancoram solvunt atque a terra discedunt, alterum ea de causa alienum est, quod in eo ubique obviam eundi notio latet. Oppositum autem cum sit *ἀλλὰ ... ἀπαρτήσαντες* verbis *οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ καὶ ὅτε ... ἤλθετε ἐπί τινα*, pariter atque haec participio *στρατευσόμενοι* subiunctum est. Vertendum igitur est: intellegentes non pari

22. Ὁπλίτας τε οὖν πολλούς μοι δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς ἄγειν καὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων, τῶν τε ὑπηκόων καὶ ἤν τινα ἐκ Πελοποννήσου δυνώμεθα ἢ πεῖσαι ἢ μισθῷ προσαγαγέσθαι, καὶ τοξότας πολλοὺς καὶ σφενδονήτας, ὅπως πρὸς τὸ ἐκείνων ἱππικὸν ἀντέχωσι, ναυσί τε καὶ πολὺ περιεῖναι, ἵνα καὶ τὰ ἐπιτήδεια ῥᾷον ἐσκομιζώμεθα, τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν σῖτον ἐν ὁλ-

condicione vos expeditionem facturos esse atque cum in regionibus hic vobis subiectis aliquem bello petivistis, sed in prorsus (cf. 37, 2. Plat. Prot. 317b) alienam aversos (scil. expeditionem facturos esse). — οὐδὲ . . . ἄγγελλον . . . ἐλθεῖν. Ne nuntium quidem, qui nova auxilia imploret, venire, nedum belli subsidia illuc mitti facile posse dicit. Οὐδέ igitur insolentius traiectum cum vv. ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν iungendum est. — τεσσάρων τῶν χειμερινῶν. Hos esse Pyanepsionem, Posideonem, Gamelionem, Anthesterionem docet Dodw. Annal. Thuc. ad VI 75. Cf. adn. II 1. V 76, 1. Herodot. II 68 τοὺς χειμεριωτάτους μῆνας τέσσαρας. Circumscribendi causa additum est τῶν χειμερινῶν, quod per aestatem breviore tempore nuntius transire poterat. Cf. τὰς Ἑλληνίδας 20, 2.

Cap. 22. καὶ τῶν ξυμμάχων, τῶν τε ὑπηκόων. Male Port. et Haas.: tum ex sociis tum etiam ex iis, qui nostro imperio parent; nam sociorum quoque plerique imperio Atheniensium subiecti erant. „Verte sociis, sive ex iis qui etc. sive quem alium. Vid. 43. 69, 3. VII 20, 1. 57, 9." Dobr. — τινὰ . . . προσαγαγέσθαι. Persuadendo Mantinenses et Argivos vult conciliari (29, 3. 43), mercede Arcades (VII 57, 9). — ναυσί τε . . . περιεῖναι a χρῆναι pendet. Perperam Bekk. et Krueg. ναυσὶ δέ malunt. Nam saepissime post τὲ — καί iuncturam (ὁπλίτας τε . . . καὶ τοξότας) apud Th. tertium aliquid per τέ particulam adnectitur. — τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν σῖτον ἐν ὁλκάσι . . . ἄγειν, aliud autem etiam hinc frumentum in navibus onerariis . . . advehere. Hanc vim interdum ὁ δέ habet vocabulis quae ad praedicatum quod dicitur pertinent interpositis a nomine suo disiunctum. Scilicet hic quoque καὶ αὐτόθεν cum ἄγειν coniungendum est. Cf. Aesch. Prom. 782 τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ χάριν θέσθαι θέλησον, Choëph. 60 ῥοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ Δίκας ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάει, τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου μένει χρονίζοντας ἄχη, Soph. OR. 1229 ὅσα κεύθει, τὰ δ' αὐτίκ' εἰς τὸ φῶς φανεῖ κακά, Plat. Phil. 36e ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς οὐκ εἰσὶν ἡδοναί; = nonne falsae, aliae autem voluptates verae sunt? Aliud autem frumentum, quod huic opponatur, supra τὰ ἐπιτήδεια indicat. Mutato enim membrorum ordine cogitari potest ναυσί τε καὶ πολὺ περιόντας σῖτον τὸν μὲν ἐσκομίζεσθαι, τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν ἐν ὁλκάσιν ἄγειν. Nam non diversa esse τὰ ἐπιτήδεια et τὸν σῖτον infra τὰ ἐπιτήδεια ostendit sententiae necessitate ad eundem frumenti commeatum pertinens. Quod vero μέν abest, ad quod τὸν δέ respiciat, cf. Krueg. Gr. § 50, 1

κάσι, πυροὺς καὶ πεφρυγμένας κριθάς, ἄγειν καὶ σιτοποιοὺς ἐκ τῶν μυλώνων πρὸς μέρος ἠναγκασμένους ἐμμίσθους, ἵνα, ἤν που ὑπὸ ἀπλοίας ἀπολαμβανώμεθα, ἔχῃ ἡ στρατιὰ τὰ ἐπιτήδεια (πολλὴ γὰρ οὖσα οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι), τά τε ἄλλα ὅσον δυνατὸν ἑτοιμάσασθαι καὶ μὴ ἐπὶ ἑτέροις γίγνεσθαι, μάλιστα δὲ χρήματα αὐτόθεν ὡς πλεῖστα ἔχειν. τὰ δὲ παρ' Ἐγεσταίων, ἃ λέγεται ἐκεῖ ἑτοῖμα, νομίσατε καὶ λόγῳ ἂν μάλιστα ἑτοῖμα εἶναι.

1 23. Ἢν γὰρ αὐτοὶ ἔλθωμεν ἐνθένδε μὴ ἀντί- καὶ ὅτι μόλις οὕτως οἷοί
παλον μόνον παρασκευασάμενοι, πλήν γε πρὸς τε ἔσονται

adn. 12. Kuehn. Gr. max. § 527 adn. 4. Non licet intellegere frumentum hic paratum, ita ut *αὐτόθεν* per notissimam attractionem pro *αὐτόθι* positum sit (cf. adn. I 62, 4). Nam cum paratum Athenis tum fuisse frumentum, quo ad expeditionem faciendam uterentur, neque antea memoratum neque per se notum sit, articulus explicari nequit, tum vero etiam orator omnino non de iis loquitur, quae ad bellum parata, sed paranda sint. Emendatione tamen hunc locum non egere (*τοῦ δὲ . . . σίτου* coni. Arn., *τὰ δέ* Krueg., *πρὸς δέ* Herw. Stud. Thuc. p. 83) nostra ostendit interpretatio. — *πεφρυγμένας κριθάς*. Pro his *κάχρυς* rescribere vult Pierson. ad Moer. s. v., ubi legitur *κάχρυς Ἀττικοί, κριθαὶ πεφρυγμέναι Ἕλληνες*. Sed cur Attici alterum non dixerint, non liquet, cum neque *κριθή* neque *φρύγειν* ab eorum usu alienum fuerit. — *σιτοποιούς*. Cf. adn. II 78, 3. — *πρὸς μέρος ἠναγκασμένους ἐμμίσθους*. „Pistores *ἠναγκασμένοι ἔμμισθοι* appellantur, quia mercedem quidem accipiebant, sed vi comparabantur. Is, cui hoc dicendi genus scrupulum iniecit, multos homines invitos mercede militare ignoravit. *Πρὸς μέρος* Duk. recte pro rata portione interpretatur; neque vero ad copiam frumenti [aut hominum navibus impositorum], sed eo refertur, quod pro portione ex singulis pistrinis comprehendendi erant, „*ἐκ τῶν μυλώνων πρὸς μέρος*“. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 395. — *ἀπολαμβανώμεθα*, intercepti teneamur. Cf. Wessel. ad Herodot. II 115. — *πολλὴ γὰρ . . . ὑποδέξασθαι*. „Magnus cum sit exercitus, non erit cuiusque urbis, i. e. cuivis commodus (Germ. *keine Sache für jeden Ort*), ut eum recipiat.“ Bau., qui deteriores explicationes addidit. Hanc iure probat Matth. Gr. § 316b. Cf. etiam Krueg. Gr. § 61, 6 adn. 8. Madv. Synt. § 150 adn. 2. — *μὴ ἐπὶ ἑτέροις γίγνεσθαι*, non aliis obnoxios fieri eorum auxilio egentes. — *τὰ παρ' Ἐγεσταίων*. Cf. Krueg. Gr. § 50, 8 adn. 14. — *ἃ λέγεται . . . ἑτοῖμα*. Vid. 8, 2. — *λόγῳ*] λόγῳ, φησίν, ἑτοῖμα εἶναι, ταῖς δ' ἀληθείαις οὔ. Schol. Praepositum *καί* ad superius *λέγεται* referri recte existimat Haack.

Cap. 23. § 1. *αὐτοί* = *μὴ ἐπὶ ἑτέροις γενόμενοι*. — *ἀντίπαλον*. Cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 6. 7. — *πλήν γε . . . τὸ ἱππικόν*. Patet hic partem

περιγίγνεσθαι δείκνυσιν.

τὸ μάχιμον αὐτῶν τὸ ἱππικόν, ἀλλὰ καὶ ὑπερ-
βάλλοντες τοῖς πᾶσι, μόλις οὕτως οἷοί τε ἐσό-
μεθα τῶν μὲν κρατεῖν, τὰ δὲ καὶ διασῶσαι. πόλιν 2
τε νομίσαι χρὴ ἐν ἀλλοφύλοις καὶ πολεμίοις
οἰκιοῦντας ἰέναι, οὓς πρέπει τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ᾗ
ἂν κατάσχωσιν εὐθὺς κρατεῖν τῆς γῆς ἢ εἰδέναι
ὅτι, ἢν σφάλλωνται, πάντα πολέμια ἕξουσιν. ὅπερ 3
ἐγὼ φοβούμενος καὶ εἰδὼς πολλὰ μὲν ἡμᾶς δέον

excipi, qua Athenienses Siciliensibus pares esse nullo modo possint. Sed vitio in codd. hic locus infectus est, sive *ὁπλιτικόν* adiectivum esse volumus iterato articulo substantivo suo *τὸ μάχιμον* adiunctum, sive *τὸ ὁπλιτικόν* pro obiecto accipimus subaudientes *μὴ ἀντίπαλον παρασκευασάμενοι.* Nam illud si ponimus, non militibus gravis armaturae, sed equitibus maxime superare Sicilienses in hac ipsa oratione dicuntur (20, 4. 21, 1) neque quicquam huc pertinet quod 37, 1 *ὁπλίτας ἰσοπλήθεις* Athenienses habituros esse Athenagoras negat, quippe cuius consilio conveniat eorum opes et copias dicendo quam maxime deminuere. Neque magis dici potest, id quod Class. opinatur, Siciliensium copiis Athenienses non pares posse gravis armaturae milites opponere, quoniam haec non iusta est exceptio. Nam etiamsi gravi armatura omnibus Siciliensium copiis Athenienses pares non essent, possunt toto exercitu, et si hoc quoque non possent, omnino pares esse non possent, quod tamen Nicias sumit. Profecto ita copiarum comparatio instituenda est, ut pars cum parte, non pars cum toto componatur. Quid enim, si gravis Atheniensium armatura par sit Siciliensi? Nonne tum *ἀντίπαλος* est, etiamsi omnes Siciliensium copias non aequiparet? Si vero ne tum quidem est, quid tandem ab Atheniensium parte *ἀντίπαλον* Siciliensibus esse potest, cum de comparando pari equitatu omnino non cogitetur (cf. 22)? Verum procul dubio Urlichsius vidit, qui in Phil. XVII p. 347 *τὸ ἱππικόν* emendavit. Ita enim exceptio ea est, ut Athenienses equestres Siciliensium copias non aequaturi esse dicantur. Similiter *τὸ μάχιμον* dixit Herod. VII 186. Plat. Tim. 25d. Legg. 830c; articulus iteratur, ut de equestri tantum copiarum parte sermonem esse distinctius enuntietur (cf. IV 77, 2 *τὸ ξυμμαχικὸν τὸ ἐκείνῃ* et adn. 20, 2. 21, 2). — *τῶν μὲν ... διασῶσαι*, aliis potiri, alia (quibus potiti erimus) etiam in tuto collocare (aor. incohat.) Falso schol. *τὰ μὲν οἰκεῖα διασῶσαι, τῶν δὲ ἐκεῖ πραγμάτων κρατῆσαι.*

§ 2. *πόλιν τε νομίσαι χρὴ ... οἰκιοῦντας ἰέναι*, et cogitare oportet profecturos esse qui urbem ... conditURI sint. Cf. VII 75, 5. Ita *οὓς* quod sequitur habet quo commode referatur. Nam *ἡμᾶς* subaudiri *κατάσχωσιν* et *σφάλλωνται*, quae tertiae personae sunt, vetant. Non posse *κατοίκισιν Λεοντίνων* (33, 2. 77, 1) verbo *οἰκίζειν* significari recte Krueg. monuit. Neque eius potissimum rei causa Athenienses expeditionem susceperunt. — *κατάσχωσιν*, appulerint. — *κρατεῖν τῆς γῆς*. Contrarium *εἴργεσθαι τῆς γῆς* 21, 1. Cf. III 6, 2. 18, 3.

εὖ βουλεύσασθαι, ἔτι δὲ πλείω εὐτυχῆσαι (χαλε-
πὸν δὲ ἀνθρώπους ὄντας), ὅτι ἐλάχιστα τῇ τύχῃ
παραδοὺς ἐμαυτὸν βούλομαι ἐκπλεῖν, παρασκευῇ
4 δὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἀσφαλής [ἐκπλεῦσαι]. ταῦτα
γὰρ τῇ τε ξυμπάσῃ πόλει βεβαιότατα ἡγοῦμαι καὶ
ἡμῖν τοῖς στρατευσομένοις σωτήρια. εἰ δέ τῳ ἄλ-
λως δοκεῖ, παρίημι αὐτῷ τὴν ἀρχήν."
1 24. Ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα εἶπε, νομίζων τοὺς μεγάλη ὁρμὴ τῶν Ἀθηναίων πρὸς τὸ στρατεύειν.
Ἀθηναίους τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων [ἢ] ἀπο-
τρέψειν, ἤ, εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι, μάλιστ'
2 ἂν οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι. οἱ δὲ τὸ μὲν ἐπι-

Cap. 23. § 3. εὖ, quod etsi non necessarium aptum tamen est ad sententiam, om. It. Vat. Aug. Cass. Cl. Ven. G.
Cap. 24. § 1. μάλιστα οὕτως codd. Cf. ad. III 24, 1.

§ 3. πλείω εὐτυχῆσαι. Similiter IV 17, 4. VII 77, 3. Cf. οὐκ ἐλάσσω πταίει I 122, 1, τὸν βάρβαρον τὰ πλείω σφαλέντα I 69, 5. — χαλεπὸν ... ὄντας, i, e. χαλεπὸν δὲ ἡμᾶς ἀνθρώπους ὄντας εὐτυχῆσαι πολλά. — παρασκευῇ ... ἐκπλεῦσαι. „Ἀπὸ τῶν εἰκότων refer ad ἀσφαλής pro εἰκότως, ... tutus, quantum ... conici sperarique possit, *nach Möglichkeit, nach aller menschlichen Wahrscheinlichkeit.*" Bau. Cf. adn. I 141, 1. Praeter necessitatem ἀσφαλεῖ Dobr. Cf. II 11, 5. Ἐκπλεῦσαι a Valla non iteratum probabiliter impugnant Dobr. et Krueg. Turpiter enim verbum repetitur, et cur hic aoristum positum esse credamus? Class., ut ἐκπλεῦσαι servari possit, ἀσφαλεῖ scribit eoque refert ἐκπλεῦσαι apparatum intellegens qui securitatem praebeat. Sed Niciae sufficere non potest securitas navibus proficiscendi (rem perficiendi notionem licentius Class. supponit), sed tutum praestare vult totius expeditionis eventum.

§ 4. παρίημι αὐτῷ τὴν ἀρχήν. Idem fecit IV 28, 3.

Cap. 24. § 1. τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων, rerum quas postularet multitudine. — [ἢ] ἀποτρέψειν. Propter intolerabilem collocationem ἢ delet Cob. Mnemos. XI p. 258. Namque τοὺς Ἀθηναίους ad alterum membrum pertinere non potest, et dissimilia sunt exempla, in quibus ut I 16. III 67, 6. 96, 3. V 7, 5. VI 18, 1. VIII 46, 1 praeter rationem ab initio institutam proprium deinde alteri membro verbum additur. — ἢ ... ἐκπλεῦσαι, sin aliter, se, si expeditioni interesse cogeretur (i. e. si Athenienses se imperium deponere non sinerent), maxime ita tuto profecturum esse. Itaque ἢ idem est quod εἰ δὲ μή (cf. adn. V 63, 3) et quae huic voculae inest condicioni altera deinde subiungitur; στρατεύεσθαι autem de duce exercitus pariter dictum est V 63, 3. Temere Weidner Parerg. p. 10 ἢ servans εἰ ἀναγκάζοιτο στρατεύεσθαι delet, quo ne efficitur quidem, ut τοὺς Ἀθηναίους ad alterum membrum pariter pertineat; nam prioris obiectum, alterius subiectum esset. — οὕτως, i. e. si tot res postularet, ad τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων respicit.

§ 2. τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν

θυμοῦν τοῦ πλοῦ οὐκ ἐξῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς, πολὺ δὲ μᾶλλον ὥρμηντο καὶ τοὐναντίον περιέστη αὐτῷ· εὖ τε γὰρ παραινέσαι ἔδοξε καὶ ἀσφάλεια νῦν δὴ καὶ πολλὴ ἔσεσθαι. καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκ- 3
πλεῦσαι· τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ' ἃ ἔπλεον ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν, τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι· ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος καὶ στρατιώτης ἔν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν καὶ

§ 2. νῦν δὲ It. Vat. Pal. Aug. Cass. C. G. pr. Cl. Cf. adn.
§ 3. γὰρ om. Vat. F. Cf. adn.

. . . οὐκ ἐξῃρέθησαν. De participio vid. adn. III 10, 1. 43, 4, de ἐξῃρέθησαν, cui hic, ut Eur. Alc. 69, syntaxis similis verbi ἀφῃρέθησαν data est, Matth. Gr. § 424, 1. — ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς, propter molestam apparatus magnitudinem. Idem fere est atque § 1 τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων. — περιέστη. Cf. adn. I 76, 4. — νῦν δὴ καὶ, *jetzt erst recht*. Cf. Plat. Lach. 179 a.

§ 3. ὁμοίως cum τοῖς πᾶσι iunge. — τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις, scil. ἔρως ἐνέπεσε. Cf. Vahlen. ad Aristot. Poët. p. 93 sqq., qui multa ex Aristot. huiusmodi exempla collegit. Nec dissimile 68, 3, ubi pariter sententiae partes singillatim explicentur. — οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν . . ., δύναμιν. De accusativis absolutis cum ὡς cohaerentibus vid. Matth. Gr. § 568, 3. Krueg. Gr. § 56, 9 adn. 10. Οὐδὲν σφάλλεσθαι ita dictum est ut σφάλλεσθαί τι. Denique placere quidem potest Kruegeri coniectura οὐδέν γ' ἂν; sed pro necessaria ne ipse quidem habuit. — τῇ ἡλικίᾳ. Hic, ut saepe, est aetas iuvenilis, militaris Cf. VII 60, 3. VIII 75, 3. — ὄψεως καὶ θεωρίας. Res significantur quae in remota terra videntur et spectantur. Cf. I 10, 3. II 88, 3. Aesch. Prom. 802. — καὶ εὐέλπιδες ὄντες. Haec verba κατὰ σύνεσιν conformata sunt, quasi praecesserit καὶ ἐπεθύμησαν οἱ πάντες ὁμοίως ἐκπλεῦσαι· οἱ μὲν γὰρ πρεσβύτεροι . . ., οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ κ. τ. λ. Cf. adn. III 36, 2. Eadem deinde ratione nominativo usus pergit ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος, ad quae subaudiendum est εὔελπις ὤν. — στρατιώτης cum ἀργύριον οἴσειν iungendum est. Multitudo sperabat se etiam (i. e. praeter ea, quae supra de omnibus senioribus et iunioribus dicta sunt) militantem (nos *auch als Soldat*) et in praesenti mercedem habituram et in perpetuum stipendia sibi comparaturam esse. Legitimus tamen sententiae progressus in altero membro aliquanto mutatus est, quem si retinuisset, scribere poterat καὶ προσκτησάμενος δύναμιν αἴδιον τὴν μισθοφορὰν καταστήσειν. — οἴσειν. Cf. adn. III

προσκτήσεσθαι δύναμιν, ὅθεν ἀίδιον μισθοφο-
4 ρὰν ὑπάρξειν. ὥστε διὰ τὴν ἄγαν τῶν πλειόνων ἐπιθυμίαν, εἴ τῳ ἄρα καὶ μὴ ἤρεσκε, δεδιὼς μὴ ἀντιχειροτονῶν κακόνους δόξειεν εἶναι τῇ πόλει ἡσυχίαν ἦγε.

Νικίας λέγει ἥντινα δύναμιν αἰτεῖται.

1 25. Καὶ τέλος παρελθών τις τῶν Ἀθηναίων καὶ παρακαλέσας τὸν Νικίαν οὐκ ἔφη χρῆναι προφασίζεσθαι οὐδὲ διαμέλλειν, ἀλλ' ἐναντίον ἁπάντων ἤδη λέγειν ἥντινα αὐτῷ παρασκευὴν Ἀθη-
2 ναῖοι ψηφίσωνται. ὁ δὲ ἄκων μὲν εἶπεν ὅτι καὶ μετὰ τῶν ξυναρχόντων καθ' ἡσυχίαν μᾶλλον βουλεύσοιτο, ὅσα μέντοι ἤδη δοκεῖν αὐτῷ, τριήρεσι μὲν οὐκ ἔλασσον ἢ ἑκατὸν πλευστέα εἶναι (αὐτῶν δ' Ἀθηναίων ἔσεσθαι ὁπλιταγωγοὺς ὅσαι ἂν δοκῶσι, καὶ ἄλλας ἐκ τῶν ξυμμάχων μεταπεμπτέας εἶναι), ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασιν Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πεντακισχιλίων μὲν οὐκ ἐλάσσοσιν,

προσκτήσεσθαι Ar. Chr. m., reliqui προσκτήσασθαι. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 7.
Cap. 25. § 1. ψηφίσονται It. Pal. Aug. M. Cass. Cl. Ven. Reg. Mosqu. T. Cf. adn.

17, 4. — ὅθεν ἀίδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν, qua re (i. e. facultatibus ea re auctis) futurum esse, ut in perpetuum stipendia sibi suppeditarent. De infin. cf. Krueg. Gr. § 55, 4 adn. 9.

§ 4. τῶν πλειόνων. Nimiae plurimorum cupiditati reliqui resistere non audebant.

Cap. 25. § 1. τὶς τῶν Ἀθηναίων. Hunc fuisse Demostratum oratorem, τὸν μάλιστα τῶν δημαγωγῶν ἐπὶ τὸν πόλεμον παροξύνοντα τοὺς Ἀθηναίους, tradit Plut. Nic. 12. — ἤδη, statim. Cf. 29, 2. — ψηφίσωνται. De coniunctivo vid. Matth. Gr. § 516, 3. Krueg. Gr. § 54, 7.

§ 2. ἄκων μὲν εἶπεν. Acute Krueg. ἄκων μέν, εἶπε δ'. Certe haec dicta sunt pro plenioribus ἄκων μὲν εἶπεν, εἶπε δέ. Cf. ἄκων μέν, κατοίσω δέ Luci. D. D. 8, ἄκοντες μέν, ἔφερον δέ Herodi. VIII 6, 2. adn. VII 15, 2. Similiter tamen atque hic sine δέ Plut. Alc. 18 ὁ δὲ Νικίας ἄκων μὲν ᾑρέθη στρατηγός. Latine scripseris ille, quamvis invitus, dixit. Cf. Herm. ad Vig. adn. 584. Matth. Gr. § 622, 3. — ὅσα ... δοκεῖν. Cf. Aristoph. Pac. 857. Matth. Gr. § 545, 2. Kuehn. Gr. max. § 585, 5 adn. 3. — αὐτῶν δ' Ἀθηναίων ... εἶναι. Comparatis locis 31, 3 et 43 sententiam hanc esse cognoscitur, de centum triremibus Atticis quot ipsi videantur ad milites transportandos idoneas debere esse, praeter illas centum autem alias ex sociis arcessendas esse. De ipsis navibus ὁπλιτ-

ἤν δέ τι δύνωνται, καὶ πλείοσι· τὴν δὲ ἄλλην
παρασκευὴν ὡς κατὰ λόγον καὶ τοξοτῶν τῶν
αὐτόθεν καὶ ἐκ Κρήτης καὶ σφενδονητῶν καὶ ἤν
τι ἄλλο πρέπον δοκῇ εἶναι ἑτοιμασάμενοι ἄξειν.

ψήφισμα Ἀθηναίων. ἡ παρασκευὴ γίγνεται.

26. Ἀκούσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐψηφίσαντο 1
εὐθὺς αὐτοκράτορας εἶναι καὶ περὶ στρατιᾶς πλή-
θους καὶ περὶ τοῦ παντὸς πλοῦ τοὺς στρατηγοὺς
πράσσειν ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι Ἀθη-
ναίοις. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ παρασκευὴ ἐγίγνετο, 2
καὶ ἔς τε τοὺς ξυμμάχους ἔπεμπον καὶ αὐτόθεν
καταλόγους ἐποιοῦντο. ἄρτι δ' ἀνειλήφει ἡ πόλις
ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς νόσου καὶ τοῦ ξυνεχοῦς πολέμου
ἔς τε ἡλικίας πλῆθος ἐπιγεγενημένης καὶ ἐς χρη-
μάτων ἄθροισιν διὰ τὴν ἐκεχειρίαν, ὥστε ῥᾷον
πάντα ἐπορίζετο. καὶ οἱ μὲν ἐν παρασκευῇ ἦσαν.

τῶν Ἑρμῶν περικοπή.

27. Ἐν δὲ τούτῳ ὅσοι Ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι 1

αγωγοῖς vid. ibi adn. — *ἤν δέ τι δύνωνται*, sed si qua ratione possent. Cf. III 63, 2. Frustra *δ' ἔτι* Abr. et Dobr. — *ὡς κατὰ λόγον*, scil. *ἂν ἑτοιμάσαιντο*, pro rata parte. Similiter apud *ὡς ἕκαστος* verbum subauditur, de quo cf. Krueg. Gr. § 69, 63 adn. 7. — *τοξοτῶν τῶν αὐτόθεν*. Cf. II 13, 8. — *σφενδονητῶν*. Ex Rhodo. Vid. 43, 2. — *ἑτοιμασάμενοι*. In nominativo pluralis noli haerere. „Nicias tam de se quam de ceteris ducibus loquitur.“ Haack. Aliquotiens hunc transitum a singulari ad pluralem reperiri, cum de imperatore eiusque collegis diceretur, vidimus ad I 91, 5. Cf. etiam adn. 49, 2.

Cap. 26. § 1. *ἐψηφίσαντο . . . αὐτοκράτορας εἶναι*. Demostrato auctore. Vid. Plut. Nic. 12 et Alcib. 18, ubi *αὐτοκράτορας εἶναι καὶ τῆς παρασκευῆς καὶ τοῦ πολέμου παντός*. Cf. Diod. XIII 2, 2.

§ 2. *καταλόγους ἐποιοῦντο*. Cf. 31, 3. — *ἀπὸ τῆς νόσου*] ἤγουν τῆς λοιμώδους. Schol. Cf. II 47. — *ἐς χρημάτων ἄθροισιν*. Septem milia talentum in thesauro reposita esse affirmant Andoc. III 8 et Aeschin. II 175. Iusto maiorem autem summam pecuniae memorasse oratores censet Krueger ad Andoc. Becker. p. 266. Vid. tamen Manso Spart. II p. 499 et Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 586 sq. — *διὰ τὴν ἐκεχειρίαν* cum *ἀνειλήφει* iunge. — *ἐν παρασκευῇ ἦσαν*. Cf. adn. II 80, 3.

Cap. 27. § 1. *ἐν δὲ τούτῳ*. „Et quidem mensis *ἕνῃ καὶ νέᾳ*, ut docet Plut. in Alcib. [20], *νουμηνίᾳ* autem, ut vult Diod. [XIII 2, 3.] Proinde mensis, quicunque demum is fuerit, civili novilunio. Certe Thargelionis vel Scirophorionis.“ Dodw. „Novissima nocte aut Elaphebolionis (10—11 Apr.) aut Munychionis (10—11 Mai.) aut Thargelionis (8—9 Iun.).“ Droysen. Mus. Rhen. III p. 164, ubi vide plura. Contra rem novilunio factam esse negat fidem Plutarchi et Diodori narrationi derogans Grot. Hist. Gr. VII p. 271 (vers. germ.

ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων (εἰσὶ δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον, ἡ τετράγωνος ἐργασία, πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίοις προθύροις καὶ ἐν ἱεροῖς) μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖ-
2 στοι περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα. καὶ τοὺς δρά-

ζήτησις τῶν δρασάντων. ὑπόνοια τοῦ δήμου.

IV p. 153) eique in hac re adstipulatur Weisweiler de Causa Hermocopidarum (dissert. Monasteriensis a. 1878) p. 67 sqq., qui scelus medio fere Scirophorione patratum esse contendit. — ὅσοι Ἑρμαῖ... De omni hoc flagitio et causa Hermocopidarum exposuerunt Wachsm. Antiq. Gr. I p. 626 sqq. Droysen. Mus. Rhen. III p. 161 sqq. Grot. l. l. p. 229 sqq. (vers. germ. p. 129 sqq.) Hertzberg. Alcibiad. p. 162 sqq. Goetz. in Annal. phil. suppl. VIII, Weisweiler libello modo memorato. De Hermarum forma vid. Winckelm. Hist. art. antiqu. I c. 1 § 9. 10 et Muell. Enchirid. archaeol. § 97. — ἐν τῇ πόλει. Maxime in foro ad Dipylum versus, ubi Hermarum vicus. Conf. Leak. Topogr. Athen. ed. germ. 2 p. 89. 185 sqq. Add. Krus. Hell. II 1 p. 112. 114. Bursian. Geogr. I p. 286 sq. Curt. Wachsmuth. de Urb. Athen. I p. 203 sq. — ἡ τετράγωνος ἐργασία. „Themistius Orat. XXVI p. 316 πρὸ μὲν Δαιδάλου τετράγωνος ἦν οὐ μόνον ἡ τῶν Ἑρμῶν ἐργασία, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἀνδριάντων. Vid. ibi Petav. et Menag. ad haec Diogenis Laert. V 82: ἰδοὺ τετράγωνος Ἑρμῆς ... Ἐργασία et ἐργάσασθαι θεόν apud Poll. I 11 et 15 sunt inter vocabula propria de his, qui statuas deorum faciunt." Duk. Formam quadratam horum Hermarum confirmari compluribus locis Pausaniae, qui saepe eos nominans plerumque addat τετράγωνος, eundemque IV 33, 4 hanc formam quadratam Ἀθηναίων εἶναι ab iisque reliquos Graecos didicisse tradere pluribus demonstrat Bloomf. in transl., ubi propter hunc locum Pausaniae κατὰ τὸ ἐπιχώριον (more domestico) mutata interpunctione ad vv. ἡ τετράγωνος ἐργασία referri iubet, quod per collocationem fieri posse negat Krueg. Articuli ἡ vim Arn. hanc esse docet: notum illud opus ex lapide quadrato, seu notae illae figurae quadratae. Quod denique tota interiectio non satis suo loco legitur, de eo cf. adn. III 57, 1. — οἱ πλεῖστοι. Omnes praeter unum ante Phorbantis heroum positum, τὸν Ἑρμῆν τὸν Ἀνδοκίδου. Ita certe oratores. Cf. Andoc. I 62. Pseudo-Lys. VI 11. 12. Hi tamen fortasse rem auxerunt; nam illum inter perpaucos integrum mansisse scribit Plut. Alc. 21, quod Thucydideo οἱ πλεῖστοι congruentius est. Cum oratoribus tamen facit Nepos Alc. 3 et ipse Plut. Nic. 13. — περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα] ἰστέον ὅτι Παυσανίας ἐν τῇ διαπεπονημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ [de quo grammatico Pausania cf. Suid. et Phot. Biblioth. cod. 153] τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς Ἑρμᾶς περικοπῆναί φησι καὶ τοὺς τοῦτο δράσαντας Ἑρμοκοπίδας [„cf. Suid. h. v. et schol. Aristoph. Av. 767 atque ad Lysistr. 1095." Duk.] καλεῖσθαι. Schol. „Diodorus Sic. XIII 2, 3 nihil aliud quam τοὺς Ἑρμᾶς περικοπῆναι dicit [cf. Andoc. l. d. et 15. 34. 37. Demosth. XXI 147]; Plutarchus in Alc. 18 itidem ut Thuc. τὰ πρόσωπα περικοπῆναι [sive ἀκρωτηριασθῆναι]. De αἰδοίοις ex historicis, quod sciam, non constat; sed e Pausania grammatico apud schol. et ex Aristoph. Lysistr. 1095 intellegitur." Duk. Cf. Phot. v. Ἑρμοκοπίδαι. Περικοπῆναι sit-

σαντας ᾔδει οὐδείς, ἀλλὰ μεγάλοις μηνύτροις δη-
μοσίᾳ οὗτοί τε ἐζητοῦντο καὶ προσέτι ἐψηφίσαντο,
καὶ εἴ τις ἄλλο τι οἶδεν ἀσέβημα γεγενημένον,
μηνύειν ἀδεῶς τὸν βουλόμενον καὶ ἀστῶν καὶ
ξένων καὶ δούλων. καὶ τὸ πρᾶγμα μειζόνως ἐλάμβα- 3
νον· τοῦ τε γὰρ ἔκπλου οἰωνὸς ἐδόκει εἶναι, καὶ
ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ἅμα νεωτέρων πραγμάτων καὶ δή-
μου καταλύσεως γεγενῆσθαι.

μήνυμα μετοίκων.

28. *Μηνύεται οὖν ἀπὸ μετοίκων τέ τινων καὶ* 1

ne decuti, an circumcidi, mutilari, dubitans Heilm. iure alterum praefert, addens a Nepote rem aliter narrari haec scribente [Alc. 3]: accidit una nocte, ut omnes Hermae deicerentur.

§ 2. *ᾔδει οὐδείς.* „*Ἐλέχθη ὅτι Κορίνθιοι διὰ τοὺς Συρακουσίους ἀποίκους ὄντας, ὡς ἐπισχέσεως ἐσομένης πρὸς τῶν οἰωνῶν ἢ μεταγνώσεως τοῦ πολέμου, ταῦτα δράσειαν.* Plut. in Alc. [l. d.]“ Huds. Cf. Philochor. apud schol. Aristoph. Phot. v. *Ἑρμοκοπίδαι*, Plut. de X orat. p. 317. — *μεγάλοις μηνύτροις.* Cf. Andoc. I 27 *ἦσαν (τὰ μήνυτρα) κατὰ τὸ Κλεωνύμου ψήφισμα χίλιαι δραχμαί, κατὰ δὲ τὸ Πεισάνδρου μύριαι.* Dativi similes sunt dativo *τῷ κινδύνῳ* 12, 1, ubi cf. adn. — *οἶδεν.* Modus et tempus orationi rectae consentanea sunt. — *μηνύειν.* De *μηνύσει* cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 133, 4. Schoem. Antiqu. iur. p. 281, 1. — *ἀδεῶς.* De hac *ἀδείᾳ* accuratius disputavit Weisweil. l. l. p. 12 sq.

§ 3. *τὸ πρᾶγμα μειζόνως ἐλάμβανον*, rem gravius accipiebant, *sie nahmen die Sache ernstlicher auf.* Cf. 53, 3. Plut. Alc. l. c. *ὀργῇ ἅμα καὶ φόβῳ τὸ γεγονὸς λαμβάνοντες*, res ... in maius accipitur Tac. Hist. II 7. Bernh. Synt. p. 338. sd. IV 106, 1. — *τοῦ τε ... οἰωνός.* Plutarchum in Nic. 13 aliarum complurium rerum, quae ominosae existimatae sint, mentionem facere adnotat Bloomf. — *ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ... καταλύσεως*, propter coniurationem rerum novarum statusque popularis evertendi causa factam. Paulo post 28, 2 *ἐπὶ δήμου καταλύσει* et Andoc. I 36 *ἐπὶ τῇ τοῦ δήμου καταλύσει*; Plut. Alc. 20 *ὡς ἀπὸ μιᾶς ἐπὶ νεωτερισμῷ συνωμοσίας πεπραγμένα.* Add. Nep. Alc. 3 et infra 60, 1.

Cap. 28. § 1. *μηνύεται οὖν ἀπὸ ...* De *ἀπὸ* cf. adn. I 17, 1. L. Herbst. adv. Cob. p. 50. „Andocides loco indicato scribit primum [I 12 a Pythonico testem producente Andromachum servum] de mysteriorum imitatione, deinde [15] a Teucro inquilino de Hermis truncatis et sacris pollutis, [tum 16 ab Agariste de mysteriis factis, postea 17 a Lydo Phereclis servo de eadem re,] denique [37] a Dioclide de Hermis indicium factum. Horum igitur [qui post Pythonicum detulerunt] indicia secundum Thucydidem posteriora fuerunt discessu Alcibiadis in Siciliam [idque confirmat Plut. Alc. 20. Neque igitur alium indiciorum ordinem statuere debebat Droys. p. 171 sqq., cuius rationes refutavit Weisweil. l. l. p. 39 sqq.] Servos illos *ἀκολούθους* vocat Thucydides, i. e. pedisequos, qui dominos

ἀκολούθων περὶ μὲν τῶν Ἑρμῶν οὐδέν, ἄλλων δὲ ἀγαλμάτων περικοπαί τινες πρότερον ὑπὸ νεωτέρων μετὰ παιδιᾶς καὶ οἴνου γεγενημέναι, καὶ τὰ μυστήρια ἅμα ὡς ποιεῖται ἐν οἰκίαις ἐφ' ὕβρει· ὧν καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπῃτιῶντο. *Ἀλκιβιάδης μεταίτιος γίγνεται.*

2 καὶ αὐτὰ ὑπολαμβάνοντες οἱ μάλιστα τῷ Ἀλκιβιάδῃ ἀχθόμενοι ἐμποδὼν ὄντι σφίσι μὴ αὐτοῖς τοῦ δήμου βεβαίως προεστάναι, καὶ νομίσαντες, εἰ αὐτὸν ἐξελάσειαν, πρῶτοι ἂν εἶναι, ἐμεγάλυνον καὶ ἐβόων ὡς ἐπὶ δήμου καταλύσει τά τε μυστικὰ καὶ ἡ τῶν Ἑρμῶν περικοπὴ γένοιτο καὶ οὐδὲν εἴη

sectati testes et fortasse adiutores eorum petulantiae ac lasciviae fuerant; nam *ἀκόλουθοι* proprie dicuntur servi, qui dominos sectantur. Vid. Casaub. . . ad Theophr. Charact. c. 11. . . et Periz. ad Aelian. Var. Hist. XIV 14." Duk. — *ἄλλων δὲ ἀγαλμάτων περικοπαί.* Hinc petiit Plut. Alc. 19. Apud oratores de hac re quicquam nos legere non meminimus. — *μετὰ . . . οἴνου.* Cf. adn. V 69, 2. — *ἐν οἰκίαις.* In Polytionis domo, ut tradunt Isocr. XVI 6. Andoc. I 12. Plut. Symp. 1, 4, 3. Et illam quidem domum nominaverat Andromachus, sed Charmidis et Phereclis postea addiderunt Agariste et Lydus. Vid. Andoc. I 16. 17. Quo pluralis numeri usus satis explanatur. Male Nep. Alc. 3 in domo *sua* facere mysteria dicebatur.

§ 2. *τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπῃτιῶντο.* Quo iure id factum sit, explicant Droys. Mus. Rhen. III p. 184 sqq. et IV p. 36 sqq. Weisweil. l. l. p. 34 sqq. Certe violatorum Hermarum culpa vacuus fuit. Cf. Grot. Hist. Gr. VII p. 240 (vers. germ. IV 186). — *καὶ αὐτὰ ὑπολαμβάνοντες* . . . „Si vulgatam retines, verte: atque haec (indicia) excipientes ii, qui A. oderant, quod ipsis impedimento esset . . . et quod putarent. De *ὑπολαμβάνω* vid. V 49, 4 et schol. VIII 105, 3. Herodot. VI 27." Dobr. Qui verba *καὶ νομίσαντες* non recte cum ceteris iunxit. Debent cohaerere *ὑπολαμβάνοντες καὶ νομίσαντες.* Neque vero in temporum diversitate haerebis, cum *νομίσαι* sensu incohativo sit opinionem concepisse, in eam opinionem adductum esse, ut putarent. *Ὑπολαμβάνειν* autem utique hic est in usum suum, pro occasione arripere (*aufgreifen*). Simile est Luci. Calumn. 17 *ὑπολαμβάνοντες τὴν ἐπιθυμίαν προσεξέκαιον εὐθὺς καὶ ἀνεζωπύρουν*; dissimilia exempla a Dobr. allata nec schol. satis accurate *προσδεχόμενοι ὥστε πιστεύειν* interpretatus est. — *οἱ . . . ἀχθόμενοι.* Ex his Androclem *τὸν δημαγωγὸν ὄντα ἐχθρὸν ἐν τοῖς μάλιστα τοῦ Ἀλκιβιάδου* nominat Plut. Alc. 19. Cf. Andoc. I 27. De eo vid. Thuc. VIII 65, 2. Droys. l. d. p. 208. Weisweil. l. d. p. 31 sq. 66. — *ἐμποδὼν ὄντι σφίσι μὴ αὐτοῖς . . . προεστάναι,* quod sibi impedimento esset, quo minus ipsi . . . praeessent, *weil er sie hinderte ihrerseits vorzustehen.* Cf. Krueg. Gr. § 51, 6 adn. 4. — *ἐμεγάλυνον*, scil. *αὐτά.* —

αὐτῶν ὅ τι οὐ μετ' ἐκείνου ἐπράχθη, ἐπιλέγοντες τεκμήρια τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἐς τὰ ἐπιτηδεύματα οὐ δημοτικὴν παρανομίαν.

καὶ πρὶν ἐκπλεῖν κρίνεσθαι μάτην ἐπιχειρεῖ.

29. *Ὁ δ' ἔν τε τῷ παρόντι πρὸς τὰ μηνύματα ἀπελογεῖτο καὶ ἑτοῖμος ἦν πρὶν ἐκπλεῖν κρίνεσθαι [εἴ τι τούτων εἰργασμένος ἦν] (ἤδη γὰρ καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἐπεπόριστο), καὶ εἰ μὲν τούτων τι εἴργαστο, δίκην δοῦναι, εἰ δ' ἀπολυθείη, ἄρχειν.* 1 *καὶ ἐπεμαρτύρετο μὴ ἀπόντος περὶ αὐτοῦ διαβολὰς ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἤδη ἀποκτείνειν, εἰ ἀδικεῖ, καὶ ὅτι σωφρονέστερον εἴη μὴ μετὰ τοιαύτης αἰτίας, πρὶν διαγνῶσι, πέμπειν αὐτὸν ἐπὶ τοσούτῳ στρατεύματι.* 2 *οἱ δ' ἐχθροὶ δεδιότες τό τε στράτευμα μὴ εὔνουν ἔχῃ, ἣν ἤδη ἀγωνίζηται,* 3

Cap. 29. § 3. Pro verbis *μὴ εὔνουν ἔχῃ* schol., qui adnotat *φοβού-*

ἐπιλέγοντες, praeterea afferentes. — *τὴν ἄλλην . . . παρανομίαν.* Vid. 15, 4.

Cap. 29. § 1. *ἑτοῖμος ἦν . . . κρίνεσθαι.* De re cf. Xen. Hist. Gr. I 4, 14. — *εἴ τι τούτων εἰργασμένος ἦν* interpretandi causa factum est ex eo quod mox legitur *εἰ μὲν τούτων τι εἴργαστο* et male scriptoris verbis additum. Si enim pro condicione id accipis, non si id fecisset, in iudicium venire paratus erat, sed hoc ipsum iudicio disceptandum committere volebat. Si vero interrogationem obliquam esse statuis, cum indicativo *εἰ εἰργασμένος ἐστίν* dicendum erat. Nam huc afferi neque III 32, 2 potest *εἰ ἄνδρας διέφθειρεν* (significat enim quod (cf. adn.) viros interfecisset) neque I 134, 1 *γνῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει*, ubi pariter atque in reliquis exemplis a Kuehn. Gr. max. § 595, 3 allatis non obliquam habemus enuntiationem relativam. Recte igitur verba del. Herw. Stud. Thuc. p. 83. — *ἤδη γὰρ . . . ἐπεπόριστο*, omnia enim iam parata erant et profectio proxime instabat. Itaque haec rei explicatio ad *πρὶν ἐκπλεῖν* refertur. De verbis *τὰ τῆς παρασκευῆς* cf. VIII 77. adn. II 60, 1. — *εἰ μὲν . . . εἴργαστο . . . εἰ δ' ἀπολυθείη*, si quid horum fecisset (at nihil se commisisse) . . ., sin absolutus fuerit (idque facile sperari posse). — *ἄρχειν*, scil. *ἠξίου*, quod ex *ἑτοῖμος ἦν* repetendum est. Cf. adn. § 2.

§ 2. *καὶ ἐπεμαρτύρετο.* De re hic et ad § 3 cf. Plut. Alc. 19 et Nep. Alc. 4. „*Ἐπεμαρτύρετο* . . . ad infinitivos subiectos [relatum] notat obsecrabat, obtesta[batur], . . . ad *ὅτι σωφρ. εἴη* significat [aut inde secundum adn. IV 8, 2 repetendum est] affirmabat, demonstrabat." Bau. — *ἀπόντος περὶ αὐτοῦ.* Attende insolentiorem collocationem ideo tamen non damnandam, quod *περὶ* etiam alibi genetivo postponitur. Cf. II 36, 4. — *πρὶν διαγνῶσι.* Cf. adn. 10, 5. — *ἐπὶ . . . στρατεύματι*, scil. *ἄρχοντα.* Cf. Xen. Cyr. I 2, 5. Matth. Gr. § 586 *β'*.

§ 3. *μὴ εὔνουν ἔχῃ*, ne

ὅ τε δῆμος μὴ μαλακίζηται, θεραπεύων ὅτι δι' ἐκεῖνον οἵ τ' Ἀργεῖοι ξυνεστράτευον καὶ τῶν Μαντινέων τινές, ἀπέτρεπον καὶ ἀπέσπευδον, ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες, οἳ ἔλεγον νῦν μὲν πλεῖν αὐτὸν καὶ μὴ κατασχεῖν τὴν ἀναγωγήν, ἐλθόντα δὲ κρίνεσθαι ἐν ἡμέραις ῥηταῖς, βουλόμενοι ἐκ μείζονος διαβολῆς, ἣν ἔμελλον ῥᾷον αὐτοῦ ἀπόντος ποριεῖν, μετάπεμπτον [κομισθέντα] αὐτὸν ἀγωνίσασθαι. καὶ ἔδοξε πλεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην.

1 30. Μετὰ δὲ ταῦτα θέρους μεσοῦντος ἤδη ἡ ἀναγωγὴ ἐγίγνετο ἐς τὴν Σικελίαν. τῶν μὲν οὖν

οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸν Πειραιᾶ καταβαίνουσιν ὡς.

μενοι τὸ στράτευμα ὡς οὐκ εὔνουν αὐτοῖς· γράφεται δὲ ἔν τισι μὴ εὔνουν ἔχῃ, καὶ ἀκουστέον μὴ ἄρα εὔνουν ᾖ τὸ στράτευμα τῷ Ἀλκιβιάδῃ, in parte librorum aliam scripturam invenisse apertum est. Sed quid pro illis ibi legerit, satis certo cognosci nequit; fortasse μὴ εὔνουν οὐκ ᾖ. Servandum utique est quod nunc libri omnes praebent. Cf. adn.

ἀγωγήν It. Vat. Aug. M. m. Cass. Gr. Cl. Ven. B. C. G. H. Cf. adn. IV 29, 1.

sibi faventem haberet exercitum, i. e. ne exercitus a partibus eius staret. Cf. III 30, 3. 47, 2. IV 78, 2. — ἀγωνίζηται, i. e. δικάζηται, ut extr. cap. iterum. — μαλακίζηται. Plut. περὶ τὴν κρίσιν ἀμβλύτερος γένηται. Cf. de hoc usu verbi μαλακίζεσθαι III 37, 2. 40, 7. — θεραπεύων, colens illum. — δι' ἐκεῖνον. Cf. V 45 sqq. VI 16, 6. — οἵ τ' Ἀργεῖοι ... Μαντινέων τινές. De numero utrorumque vid. c. 43. Neglegentius Plutarchus l. d. ambos mille fuisse dicit. Add. Paus. VIII 8, 4. — ἀπέτρεπον καὶ ἀπέσπευδον, rem (τὸ ἤδη ἀγωνίζεσθαι αὐτόν) avertebant atque contra nitentes impediebant. Imperf. de conatu. Cf. Cass. Dion. XLVI 17, 7 ἀπέτρεψεν ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀπέσπευσεν. — ἐνιέντες, immittentes (in contionem), subornantes. — ἔλεγον, iubebant, suadebant. Cf. adn. II 71, 4 et de similibus verbis adn. I 131, 1. II 24, 1. III 15, 1. — ἐλθόντα, reversum. Cf. IV 65, 3. Plat. Prot. 310c. — κρίνεσθαι ἐν ἡμέραις ῥηταῖς. Rogaverunt, ne accusatio admitteretur, sed iudicium de ea faciendum in aliud tempus differretur. Cf. Weisweil. l. l. p. 33 sq. — κομισθέντα propter inanem molestiam (nihil enim ad sententiam addit) pro interpretamento habendum est. Del. Herwerd. l. l.

Cap. 30. § 1. θέρους μεσοῦντος ἤδη. Scirophorione mense rem factam esse arbitratur Dodw. Idque eo confirmat Droys. l. d. p. 170, quod Isaeus VI 14 Arimnesto archonte classem in Siciliam profectam esse dicat. Cf. Clint. Fast. Hell. ad a. 415. — ἡ ἀναγωγὴ ἐγίγνετο. Similiter imperfectum ἀνήγοντο legitur 32, 2. Scriptor in re describenda commoratur. Cf. infra

ἀναξόμενοι. προπέμπει δ' αὐτοὺς ὁ ὅμιλος ἅπας ὁ ἐν τῷ ἄστει.

ξυμμάχων τοῖς πλείστοις καὶ ταῖς σιταγωγοῖς ὁλκάσι καὶ τοῖς πλοίοις καὶ ὅση ἄλλη παρασκευὴ ξυνείπετο πρότερον εἴρητο ἐς Κέρκυραν ξυλλέγεσθαι, ὡς ἐκεῖθεν ἀθρόοις ἐπὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦσιν· αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι καὶ εἴ τινες τῶν ξυμμάχων παρῆσαν ἐς τὸν Πειραιᾶ καταβάντες ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ ἅμα ἕῳ ἐπλήρουν τὰς ναῦς ὡς ἀναξόμενοι. ξυγκατέβη δὲ καὶ ὁ ἄλλος 2
ὅμιλος ἅπας ὡς εἰπεῖν ὁ ἐν τῇ πόλει καὶ ἀστῶν καὶ ξένων, οἱ μὲν ἐπιχώριοι τοὺς σφετέρους αὐτῶν ἕκαστοι προπέμποντες, οἱ μὲν ἑταίρους, οἱ δὲ ξυγγενεῖς, οἱ δὲ υἱέας, καὶ μετ' ἐλπίδος τε ἅμα ἰόντες καὶ ὀλοφυρμῶν, τὰ μὲν ὡς κτήσοιντο, τοὺς δ' εἴ ποτε ὄψοιντο, ἐνθυμούμενοι ὅσον πλοῦν ἐκ τῆς σφετέρας ἀπεστέλλοντο·

31. Καὶ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ὡς ἤδη ἔμελλον 1
μετὰ κινδύνων ἀλλήλους ἀπολιπεῖν, μᾶλλον αὐτοὺς ἐσῄει τὰ δεινὰ ἢ ὅτε ἐψηφίζοντο πλεῖν· ὅμως δὲ

Cap. 30. § 2. υἱεῖς codd. Emend. Wecklein. Cur epigr. p. 21.
Cap. 31. § 1. ἀπολείπειν Ven. Reg. Sed cf. adn. III 92, 2. V 98.

ἐπλήρουν. — τοῖς πλοίοις] τοῖς μικροῖς, ἃ δὴ καὶ λεπτὰ ἄλλοθι εἶπεν. Schol. — ἄκραν Ἰαπυγίαν. Hoc promunturium, quo longissime in maria excurrere Italiam Plinius dicit, ab aliis Salentinum, hodie Capo di St. Maria di Leuca appellatur. Sine articulo ἄκρα Ἰαπ. legitur etiam c. 33. 44. VII 33 et apud alios. — τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦσιν. De ellipsi κόλπου nominis vid. ad. III 107, 1, de hac notione διαβάλλειν verbi adn. II 83, 3.

§ 2. ξυγκατέβη, cum iis descenderat. Cf. Diod. XIII 3, 1. — ὡς εἰπεῖν. Cf. adn. I 1, 2. — οἱ μὲν ἐπιχώριοι. Huic μέν respondet id δέ, quod legitur 31, 1 in verbis οἱ δὲ ξένοι καὶ ὁ ἄλλος ὄχλος. — ἰόντες. Iunge προπέμποντες καὶ ἰόντες et μετ' ἐλπίδος τε ἅμα καὶ ὀλοφυρμῶν. — τὰ μὲν ... ὄψοιντο. Sic interpretare: illa quidem (res Siculas) in suam potestatem se redacturos esse (sperantes), hos (suos) vero num unquam rursus essent visuri, (dubitantes). Prius enim enuntiatum ὡς κτήσοιντο ex ἐλπίδος pendet, alterum εἴ ὄψοιντο cum ὀλοφυρμῶν cohaeret. Pariter ἰδεῖν rursus videre significat Soph. OR. 824. Phil. 1392. — πλοῦν ... ἀπεστέλλοντο ita dicta sunt ut ὁδὸν ἐλθεῖν, ὁδὸν στέλλεσθαι, similia.

Cap. 31. § 1. καὶ ... ἐσῄει. Rem ita persequitur scriptor, ut a participiis ad enuntiationem primariam et per se constantem

τῆς παρούσης ῥώμης [διὰ τὸ πλῆθος ἑκάστων ὧν
ἑώρων] τῇ ὄψει ἀνεθάρσουν. οἱ δὲ ξένοι καὶ ὁ
ἄλλος ὄχλος κατὰ θέαν ἧκεν ὡς ἐπὶ ἀξιόχρεων
καὶ ἄπιστον διάνοιαν. παρασκευὴ γὰρ αὕτη, πολυτέλεια τῆς παρασκευῆς.
πρώτη ἐκπλεύσασα μιᾶς πόλεως δυνάμει Ἑλληνικῇ,
πολυτελεστάτη δὴ καὶ εὐπρεπεστάτη τῶν ἐς ἐκεῖ-
2 νον τὸν χρόνον ἐγένετο. ἀριθμῷ δὲ νεῶν καὶ
ὁπλιτῶν καὶ ἡ ἐς Ἐπίδαυρον μετὰ Περικλέους καὶ
ἡ αὐτὴ ἐς Ποτείδαιαν μετὰ Ἅγνωνος οὐκ ἐλάσσων
ἦν· τετράκις γὰρ χίλιοι ὁπλῖται αὐτῶν Ἀθηναίων
καὶ τριακόσιοι ἱππῆς καὶ τριήρεις ἑκατὸν καὶ Λεσ-

τῇ παρούσῃ ῥώμῃ codd., aspectu praesentis potentiae Valla. Cf. adn.

transeat. Cf. IV 55, 3. — *τῆς παρούσης ῥώμης . . . τῇ ὄψει ἀνεθάρσουν.* Molestam et inanem quam in codd. habemus verborum abundantiam Class. artificiosa ratione excusare studet. Dicit enim vocabulum *ῥώμη* apud Th. non robur significare, sed roboris sensum eaque de causa *τὴν παροῦσαν ῥώμην* et *τὸ πλῆθος ἑκάστων* diversa esse. Sed quid hic sibi velit praesens roboris sensus (licentius Class. vertit *das Bewusztsein des gegenwärtigen Uebergewichts*) non assequimur, cum animi confidentia propter multitudinem earum rerum, quas ante oculos habebant, concepta prorsus eadem res sit. Deinde vero ex hac interpretatione Class. *τῇ ὄψει* cum *ἑώρων* iungere coactus est, ubi cum omni vi careat (longe diversum est propter oppositionem (cf. adn.) III 112, 4 neque quicquam cum hoc loco simile habet II 11, 7), quam maxime languidum est. Atque ad *ἀνεθάρσουν* id referri cum collocatio tum similitudo verborum *τῇ ὄψει τοῦ θαρσεῖν τὸ πλεῖστον εἰληφότες* IV 34, 1 ostendit. Leni facta emendatione, quam ipsa verborum structura postulat (nam duo dativi hic in idoneam sententiam cum verbo *ἀνεθάρσουν* iungi nequeunt), continuo interpretamentum scriptoris verbis insertum esse cognoscitur. Apud Th. autem vocabulum *ῥώμη* etiam robur valere IV 18, 3. VII 63, 4 ostendunt, ubi nisi interpretandi artificiis uti malis, aliter id intellegere non possis. — *κατὰ θέαν.* Cf. adn. V 7, 3. — *ὡς ἐπὶ . . . διάνοιαν*, tanquam ad contemplandum memorabilem atque incredibilem conatum. — *πρώτη . . . Ἑλληνικῇ*, qui primus unius urbis (apparatus. Cf. Krueg. Gr. § 47, 9 adn. 5) profectus est copiis Graecis, i. e. hic apparatus primus fuit unius urbis (apparatus), in quo copiae ex universa Graecia collectae profectae sunt. Falso igitur *ἡ πρώτη* Dobr.

§ 2. *ἡ ἐς Ἐπίδαυρον . . . καὶ ἡ αὐτὴ ἐς Ποτείδαιαν.* Vid. II 56, 2. 58, 1. — *πολλοί.* Sic, non *ἄλλοι*, quod Krueg. coniecit, scribens non ad proxima superiora *Λεσβίων καὶ Χίων*, sed ad remotiora *τετρακισχίλιοι ὁπλῖται αὐτῶν Ἀθηναίων* videtur respicere. Significantur enim socii, qui naves non praebebant. Ceterum hi socii II 56, 2 commemorati non sunt.

βίων καὶ Χίων πεντήκοντα καὶ ξύμμαχοι ἔτι πολ-
λοὶ ξυνέπλευσαν· ἀλλὰ ἐπί τε βραχεῖ πλῷ ὡρμή- 3
θησαν καὶ παρασκευῇ φαύλῃ, οὗτος δὲ ὁ στόλος
ὡς χρόνιός τε ἐσόμενος καὶ κατ' ἀμφότερα, οὗ
ἂν δέῃ, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ἅμα ἐξαρτυθείς, τὸ
μὲν ναυτικὸν μεγάλαις δαπάναις τῶν τε τριηράρ-
χων καὶ τῆς πόλεως ἐκπονηθέν, τοῦ μὲν δημο-
σίου δραχμὴν τῆς ἡμέρας τῷ ναύτῃ ἑκάστῳ δι-
δόντος καὶ ναῦς παρασχόντος κενὰς ἑξήκοντα μὲν
ταχείας, τεσσαράκοντα δὲ ὁπλιταγωγοὺς καὶ ὑπ-
ηρεσίας ταύταις τὰς κρατίστας, τῶν δὲ τριηράρ-

Cap. 31. § 3. τῶν δὲ τριηράρχων Ven. et in marg. Cl.; reliqui δὲ om. Illud legendum esse primus docuit Heilm.

§ 3. ἐπὶ βραχεῖ πλῷ ... καὶ παρ. φαύλῃ, ad brevem expeditionem et cum tenui apparatu. Dativus παρασκευῇ igitur non pendet ex ἐπί. — οὗτος δὲ ὁ στόλος. Ex superioribus repetendum est ὡρμήθη. Class. mavult mutilum esse enuntiatum et verbo finito carens, quale nullum apud Th. invenitur, ea ut videtur de causa, quia hic ὡρμήθη posterioris temporis sit quam supra ὡρμήθησαν. Sed cur non de posteriore tempore ipse aor. subaudiatur, cum 9, 2 (cf. adn.) etiam futurum ex aoristo supplendum sit? — οὗ ἂν δέῃ. Haec cum prout opus fuerit significare non possint, aut, id quod Iacobs. fecit, de loco explicanda sunt: εἴτε κατὰ γῆν εἴτε κατὰ θάλασσαν, aut, quoniam haec notio vv. κατ' ἀμφότερα καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ satis expressa est, convertenda quocunque opus est. — τὸ μὲν ναυτικόν. His multo post τὸ δὲ πεζόν patet respondere. — τῶν τριηράρχων. De his vid. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 699 sqq. Herm. Antiqu. Gr. I § 162, 7 sqq. Schoem. Antiq. Iur. p. 326 sq. Antiqu. Gr. I p. 489. Thucydidis aetate, nt ipse docet, „respublica naves et stipendium ordinarium virorum eas complentium dabat; trierarchae eas instruebant seu armabant et, ut bonos gubernatores et remiges haberent, publicum stipendium augere consueverant.“ Arn. — δραχμὴν ... διδόντος. Cf. adn. III 17, 2. VI 8, 1. VIII 45, 2. Manso Spart. II p. 457 sq. dubitat, qui hic sint nautae. Ex illis autem locis, sicut ex proximis τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν, hoc nomen hic non angustius valere, sed complecti remiges apparet. — ναῦς ... κενάς. Id est armamentis carentes seu navium alveos (*den Rumpf der Schiffe*). Vid. Boeckh. l. d. p. 712. Qui ibidem III p. 201 dubitari posse dicit, an magna pars armamentorum ligneorum (ξυλίνων, non κρεμαστῶν) navium vocabulo iam significetur. Aliter νῆες κεναί (i. e. ἀνδρῶν κεναί VII 77, 7) dicuntur I 27, 2. II 90, 6. 93, 4. — ταχείας ... ὁπλιταγωγούς. De differentia triremium ταχειῶν, quas πρὸς ναυμαχίαν ἐπιτηδείους explicat schol. 43, et στρατιωτίδων (43) sive ὁπλιταγωγῶν vid. Boeckh. Oec. civ. I p. 386 sq. Cf. interpr. Demosth. IV 16 et 22 et de ὁπλιταγωγοῖς adn. 43. — ὑπηρεσίας. Cf. adn. I 143,

χων ἐπιφοράς τε πρὸς τῷ ἐκ δημοσίου μισθῷ διδόντων τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν [καὶ ταῖς ὑπηρεσίαις] καὶ τἄλλα σημείοις καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένων, καὶ ἐς τὰ μακρότατα προθυμηθέντος ἑνὸς ἑκάστου ὅπως αὐτῷ τινι εὐπρεπείᾳ τε ἡ ναῦς μάλιστα προέξει καὶ τῷ ταχυναυτεῖν, τὸ δὲ πεζὸν καταλόγοις τε χρηστοῖς ἐκκριθὲν καὶ ὅπλων καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα σκευῶν
4 μεγάλῃ σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους ἁμιλληθέν. ξυνέβη δὲ πρός τε σφᾶς αὐτοὺς ἅμα ἔριν γενέσθαι, ᾧ

Seclusa non legit schol., cuius verba infra in adn. attulimus. Si omni remigio merces aucta esset, non possent praeter hoc quibus idem factum esset summi ordinis remiges commemorari. Cf. A. de Velsen Sched. crit. p. 19 sqq.

1. VIII 1, 2. — ἐκ δημοσίου. Similiter κοινόν sine articulo legitur I 80, 4 οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν, ubi cf. adn. Add. adn. V 50, 4. Aliter infra § 5. — τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν. Summo remigum ordini. Cf. adn. IV 32, 2. „Οἱ δὲ θρανῖται μετὰ μακροτέρων κωπῶν ἐρέττοντες πλείονα κόπον ἔχουσι τῶν ἄλλων· διὰ τοῦτο τούτοις μόνοις ἐπιδόσεις ἐποιοῦντο οἱ τριηράρχαι, οὐχὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἐρέταις." Schol. — σημείοις. „Potest cogitari de παρασήμοις et tutelis [quas tutelas omissas cupit Bloomf.] navium." Duk. „Wesselingius [quoque] ad Diod. Sic. XIII 3, 2 dubitat, an sint quaedam ornamenta ex prora prominentia, cuiusmodi ἀκροστόλιον aut παράσημον. Quae interpretatio haud dubie optima est." Bloomf., apud quem vide plura de insignibus navium. Cf. praeter alios Heyn. ad Verg. Aen. X 171. Schuetz. ad Aesch. Sept. 210. Guhl. et Koner Vit. Graec. et Rom. I p. 287. Deinde κατασκευαί sunt armamenta. — ἐς τὰ μακρότατα] ἐπὶ πλεῖστον. Schol. Aptior videtur significatio summopere quam in longissimum, et μακρός non raro est μέγας. Cf. adn. III 39, 3. Paulo aliter ἐπὶ μακρότατον dicitur. Cf. adn. I 1, 2. — καταλόγοις χρηστοῖς ἐκκριθέν] καταλόγοις ἀκριβέσι δοκιμασθὲν καὶ προκριθέν. Schol. Et idem: χρηστοῖς] ἀληθέσι, βεβασανισμένοις. „Dubium est, intelleganturne κατάλογοι delectus ipse, opus scribendorum militum, an indices et commentarii, *Listen*, *Rollen* ... Utrumque [enim] notat κατάλογος, indices tamen magis." Bau. Cf. adn. 43. Alteri tamen interpretationi magis favet dativus. — σκευῶν, vestitus. Cf. adn. I 8, 1. — ἁμιλληθέν, cum inter se certasset (peditatus). Nonnullis quidem scriptoribus hoc deponens medium est, ut Eur. Hel. 1471 et Dioni Cass. XLIII 23 et Aristidi I p. 149, sed Eur. Hel. 165 et Plat. Legg. 968b ut hic Thucydidi deponens passivum. Cf. Matth. Gr. § 496, 5b p. 1109, ubi semper hoc verbum deponens passivum esse male traditur, et Krueg. Gr. § 40.

§4. ἔριν ... προσετάχθη, ut certarent in eo munere (s. de eo negotio), cui quis-

κρατῆράς τε κεράσαντες παρ' ἅπαν τὸ στράτευμα
καὶ ἐκπώμασι χρυσοῖς τε καὶ ἀργυροῖς οἵ τε ἐπι-
βάται καὶ οἱ ἄρχοντες σπένδοντες. ξυνεπηύχοντο 2
δὲ καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ὁ ἐκ τῆς γῆς τῶν τε πο-
λιτῶν καὶ εἴ τις ἄλλος εὔνους παρῆν σφίσι.
παιανίσαντες δὲ καὶ τελεώσαντες τὰς σπονδὰς
ἀνήγοντο, καὶ ἐπὶ κέρως τὸ πρῶτον ἐκπλεύσαν-
τες ἅμιλλαν ἤδη μέχρι Αἰγίνης ἐποιοῦντο. καὶ
οἱ μὲν ἐς τὴν Κέρκυραν, ἔνθαπερ καὶ τὸ ἄλλο
στράτευμα τῶν ξυμμάχων ξυνελέγετο, ἠπείγοντο
ἀφικέσθαι.

Συρακόσιοι βουλεύονται περὶ τοῦ ἐπίπλου τῶν Ἀθηναίων.

Ἐς δὲ τὰς Συρακούσας ἠγγέλλετο μὲν πολλα- 3
χόθεν τὰ περὶ τοῦ ἐπίπλου, οὐ μέντοι ἐπιστεύετο
ἐπὶ πολὺν χρόνον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ γενομένης ἐκ-
κλησίας ἐλέχθησαν [τοιοίδε] λόγοι ἀπό τε ἄλλων,

Cap. 32. § 2. ξυνεπεύχοντο codd. Cf. sd. IV 54, 1. παιανίσαντες Ar. Chr. C. corr. Aug., reliqui παιωνίσαντες. Cf. sd. IV 43, 3.

43 adn. 1. — κρατῆρας ... σπένδοντες. Hunc morem veterum illustrari locis Arri. Anab. VI 3, 1. Diod. XIII 3, 2 aliis docent interpretes. De ἐπιβάταις vid. adn. III 95, 2. Cum naves πλήρεις essent, remiges iam in iis erant nec simul libabant.

§ 2. ὁ ἐκ τῆς γῆς. De attractione cf. adn. I 8, 2. Krueg. Gr. § 50, 8 adn. 13. — σφίσι. Cf. adn. I 20, 1. — ἐπὶ κέρως, longa navium serie. Cf. adn. II 90, 4. — ἅμιλλαν ἐποιοῦντο, „i. e. naves ... cum in altum pervectae essent, non suum quaeque locum in illa longa serie servabant, sed inter se certabant, quae prima Aeginam perveniret.“ Arn.

§ 3. τὰ περὶ τοῦ ἐπίπλου. Similiter paulo post πιστεύειν τὰ περὶ τῆς στρατείας et εἰδέναι τὰ περὶ αὐτῶν. Cf. Bernh. Synt. p. 262 et adn. VIII 14, 2. — [τοιοίδε] λόγοι ita collocatum est, ut ad ἀπό τε ἄλλων et καὶ Ἑρμοκράτης ... ἔλεγε ... τοιάδε (= καὶ ἀπὸ Ἑρμοκράτους) pariter pertineat. Id tamen per sententiam fieri nequit, cum neque aliorum orationes praeter Hermocratis et unius Athenagorae deinde afferantur neque ipsa Hermocratis oratio talis fuerit quales omnium aliorum orationes, sed cum iis tantum consenserit, qui nuntio de Atheniensium expeditione allato fidem habebant. Neque haec repugnantia ita tollitur, si cum Class. τοιοίδε verbis τῶν μὲν ... λεγόντων explicari volumus. Nam non solum haec verba ad hanc rationem non conformata sunt,. sed ne sic quidem fieri potest, quin sententiae atque orationes aliorum cum Hermocratis contione convenire dicantur. Sed satis apparet τοιοίδε a stolido quodam librario interpretandi causa ex inferiore τοιάδε adscriptum esse. Cf. VIII 14, 2. — ἀπό τε ἄλλων. De ἀπό vid. adn. I 17, 1. Post τέ

τῶν μὲν πιστευόντων τὰ περὶ τῆς στρατείας [τῆς τῶν Ἀθηναίων], τῶν δὲ τὰ ἐναντία λεγόντων, καὶ Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος παρελθὼν αὐτοῖς, ὡς σαφῶς οἰόμενος εἰδέναι τὰ περὶ αὐτῶν, ἔλεγε καὶ παρῄνει τοιάδε.

1 33. „Ἄπιστα μὲν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινές,
δόξω ὑμῖν περὶ τοῦ ἐπίπλου τῆς ἀληθείας λέγειν,
καὶ γιγνώσκω ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι
ἢ λέγοντες ἢ ἀπαγγέλλοντες οὐ μόνον οὐ πείθου-
σιν, ἀλλὰ καὶ ἄφρονες δοκοῦσιν εἶναι· ὅμως δὲ
οὐ καταφοβηθεὶς ἐπισχήσω κινδυνευούσης τῆς
πόλεως, πείθων γε ἐμαυτὸν σαφέστερόν τι ἑτέρου
2 εἰδὼς λέγειν. Ἀθηναῖοι γὰρ ἐφ' ἡμᾶς, ὃ πάνυ
θαυμάζετε, πολλῇ στρατιᾷ ὥρμηνται καὶ ναυτικῇ
καὶ πεζῇ, πρόφασιν μὲν Ἐγεσταίων ξυμμαχίᾳ καὶ

λόγος Ἑρμοκράτους, ἐν ᾧ πρῶτον μὲν τοὺς Ἀθηναίους ἐν τάχει μὲν παρέσεσθαι § α'—γ', οὐ μέντοι ἄγαν γε φοβεροὺς δεῖν εἶναί φησιν § δ'—ς'.

Cap. 33. § 2. ὑμᾶς in plurimis et optimis libris. „Bened. malebat ὑμᾶς propter sequens θαυμάζετε. Sed hoc argumentum non valet, cum sane ad omnes Syracusanos Athenienses accederent, ergo etiam ad Hermocratem, non autem omnes de ea re mirati dubitarent, certe non idem Hermocrates.“ Haack.

πεζικῇ vulgo, πεζῇ ex solo G. enotatum. Sed πεζικόν apud Atticos quidem scriptores id est quod ad exercitum vel pugnam pedestrem pertinet. Quare πεζὴ στρατιά I 141, 4. V 2, 3. VII autem rursus in altero membro leviter mutata est oratio. Cf. adn. I 16. III 36, 2. — τῆς τῶν Ἀθηναίων non solum inutilia et absurda sunt, postquam nudum περὶ τοῦ ἐπίπλου de eadem re dictum praecessit, sed ita addita, quasi etiam de aliorum hic expeditione cogitari possit (cf. adn. 15, 2). — παρελθὼν αὐτοῖς. Cf. ad. 19, 2. — ὡς . . . οἰόμενος εἰδέναι. Si aut ὡς omittendum aut εἰδώς scribendum fuisse, cum illo ὡς notio verbi οἰόμενος iam contineatur (cf. Matth. Gr. § 568), putes, haec exempla meliora te docebunt: VII 40, 3 τά τε ἄλλα διεπράσσοντο καὶ τὰ ἀμφὶ τὸ ἄριστον, ὡς τῆς γε ἡμέρας ταύτης οὐκέτι οἰόμενοι ἂν ναυμαχῆσαι, IV 114, 4 ὡς ἡγούμενος. Cf. Herod. VII 213. Plat. Ap. 35a. Luci. Di. Mort. 14. Latine coniunctivo quia crederet expresseris.

Cap. 33. § 1. περὶ τοῦ ἐπίπλου τῆς ἀληθείας, i. e. περὶ τῆς τοῦ ἐπίπλου ἀληθείας, ut μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως I 32, 2. Cf. Bernh. Synt. p. 54. — λέγοντες ad ea pertinet, quae ex suo indicio dicunt, ἀπαγγέλλοντες ad ea, quae comperti renuntiant. — ὅμως δέ . . .] ἤγουν, ὅμως οὐ καθέξω ἐμαυτὸν ἤδη κινδύνου ἐπερχομένου τῇ πόλει, καταφοβηθεὶς τὸ δόξαι ἄπιστα φθέγγεσθαι καὶ ἐκ τούτου ἄφρονα (rectius ἄφρων) ὑπειλῆφθαι. Schol. — πείθων γε. Cf. adn. IV 65, 4.

§ 2. πρόφασιν. Cf. adn. III 111, 1. — ξυμμαχία . . . κατοικίσει. „Dilogiam habet

Λεοντίνων κατοικίσει, τὸ δὲ ἀληθὲς Σικελίας ἐπιθυμίᾳ, μάλιστα δὲ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ἡγούμενοι, εἰ ταύτην σχοῖεν, ῥᾳδίως καὶ τἆλλα ἕξειν.
ὡς οὖν ἐν τάχει παρεσομένων, ὁρᾶτε ἀπὸ τῶν 3
ὑπαρχόντων ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτοὺς καὶ μήτε καταφρονήσαντες ἄφρακτοι ληφθήσεσθε μήτε ἀπιστήσαντες τοῦ ξύμπαντος ἀμελήσετε. εἰ 4
δέ τῳ καὶ πιστά, τὴν τόλμαν αὐτῶν καὶ δύναμιν μὴ ἐκπλαγῇ. οὔτε γὰρ βλάπτειν ἡμᾶς πλείω οἷοί τε ἔσονται ἢ πάσχειν, οὔθ' ὅτι μεγάλῳ στόλῳ ἐπέρχονται ἀνωφελές, ἀλλὰ πρός τε τοὺς ἄλλους Σικελιώτας πολὺ ἄμεινον (μᾶλλον γὰρ ἐθελήσουσιν ἐκπλαγέντες ἡμῖν ξυμμαχεῖν), καὶ ἢν ἄρα ἢ κατεργασώμεθα αὐτοὺς ἢ ἀπράκτους ὧν ἐφίενται

7, 2. 12, 1. 15, 1. 16, 1. 22, 1. 79, 1 (cf. IV 6, 2. VI 103, 1. VII 42, 6) et *πεζὴν μάχην* Plat. Legg. 707c, sed *ὅπλα πεζικά* Plat. Legg. 753b, *ἀγαθοὺς τὰ πεζικά* Xen. Cyr. I 3, 15. Nihil valet quod Thom. Mag. hic *πεζικῇ* legit, quippe qui multo posterior fuerit antiquioribus codd. Th.

κατοικήσει perperam in optimis libris.

§ 4. *ἀνωφελεῖς* codd. Cf. adn.

dativi structura: in *ξυμμαχίᾳ* est ob societatem, iure, officio societatis, in *κατοικίσει* est pro *ἐπί* consilii nota. Causam tamen indicat utrobique, impellentem alteram, alteram consilii." Bau. Cf. *κακώσει καὶ* ... *προσποιήσει* III 82, 1. Matth. Gr. § 398b. Frustra igitur *ἐπ' Ἐγ. ξυμμαχίᾳ* Herw. Stud. Thuc. p. 84. — *τὸ δὲ ἀληθές*, revera autem. Cf. Plat. Parm. 128c. Tim. 22c.

§ 3. *ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων* ... *ἀμυνεῖσθε αὐτούς*, quomodo opibus quas habetis (cf. adn. 31, 6) usi eos repellatis. Relativa non raro postponi vidimus ad III 39, 2 (cf. adn. IV 4, 1); de verbis *ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων* cf. adn. II 62, 5. IV 18, 2. — *ληφθήσεσθε*, deprehendamini. Cf. V 65, 5. VI 10, 4. — *τοῦ ξύμπαντος*, rerum summam.

§ 4. *πιστά*, scil. *αὐτά ἐστι*. Remotius est quam quod ex initio orationis, quo sane hic respicitur, repetatur *δόξω λέγειν*. — *ἀνωφελές*. Codd. scriptura *ἀνωφελεῖς*, nisi ad sequentia animum advertimus, defendi quidem potest simili exemplo 84, 3 *ὁ Χαλκιδεὺς ξύμφορος ἡμῖν ἀπαράσκευος ὢν* (= *ὅτι ἀπαράσκευός ἐστι*), de quo cf. Krueg. Gr. § 61, 5 adn. 8; sed cum *ὅτι μεγάλῳ στόλῳ ἐπέρχονται* pro subiecto sit posterioris *πολὺ ἄμεινον*, etiam in priore membro non potest esse enuntiatio causalis, sed item pro subiecto habendum est. Quod ut fiat, *ἀνωφελές* emendavimus, de quo restituendo Dobr. cogitavit. — *πρός τε τοὺς ἄλλους Σικ.*, quasi infra secuturum sit *καὶ πρὸς*

ἀπώσωμεν (οὐ γὰρ δὴ μὴ τύχωσί γε ὧν προσδέχονται φοβοῦμαι), κάλλιστον δὴ ἔργον ἡμῖν ξυμ-
5 βήσεται καὶ οὐκ ἀνέλπιστον ἔμοιγε. ὀλίγοι γὰρ δὴ στόλοι μεγάλοι ἢ Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀπάραντες κατώρθωσαν. οὔτε γὰρ πλείους τῶν ἐνοικούντων καὶ ἀστυγειτόνων ἔρχονται (πάντα γὰρ ὑπὸ δέους ξυνίσταται), ἤν τε δι' ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ σφαλῶσι, τοῖς ἐπιβουλευθεῖσιν ὄνομα, κἂν περὶ σφίσιν αὐτοῖς τὰ πλείω πταίωσιν, ὅμως καταλείπ-
6 ουσιν. ὅπερ καὶ Ἀθηναῖοι αὐτοὶ οὗτοι, τοῦ Μήδου παρὰ λόγον πολλὰ σφαλέντος, ἐπὶ τῷ ὀνόματι ὡς ἐπὶ Ἀθήνας ᾔει ηὐξήθησαν, καὶ ἡμῖν οὐκ ἀνέλπιστον τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι.

ἔργον Cl. Ven. C. F. Lugd. Mosqu. K. Ar. Chr. corr. Aug. M., vulgo ἔργων. „Ἔργον cum Bened. praetulimus, nam sic solet loqui ubique Thucydides; altera ratio ab eo aliena, si recte memini." Haack. Ex ea τὸ κάλλιστον τῶν ἔργων potius diceretur.

§ 6. τοιοῦτον Cl. Ven. Reg. Bas. Gr. D. I. E. Laur. K. m. Ar. Chr. Thom. Mag., quod apud Atticos multo frequentius est. Apud Thuc. tamen τοιοῦτο legitur etiam III 89, 5 (ubi unus Cl. τοιοῦτον) in iisdem verbis τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι et e libris restitutum est VII 86, 4. Et cum ne tragicis quidem prorsus abiudicandum sit (cf. Wecklein. Cur. epigr. p. 29), apud Th. quoque videtur tolerandum esse.

ἡμᾶς. Cf. adn. 32, 3. — οὐ γὰρ . . . φοβοῦμαι = οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε φοβοῦμαι μὴ κ. τ. λ., nam id quidem certe non vereor ne etc. — καὶ οὐκ ἀνέλπιστον ἔμοιγε adiectum est extra eam rationem, quae inter κάλλιστον . . . ξυμβήσεται et praegressam condicionem intercedit.

§ 5. ἀστυγειτόνων. Cum sententia generalis sit, nec ceteri Σικελιῶται praeter Syracusanos nec Carthaginienses et Ἰταλιῶται, quorum alterutros schol. significari putat, intellegendi sunt. — πάντα, scil. omnes incolae et vicini. — περὶ σφίσιν αὐτοῖς τὰ πλείω πταίωσιν. Cf. adn. I 69, 5.

§ 6. ὅπερ . . . ηὐξήθησαν, i. e. ἥνπερ αὔξησιν ηὐξήθησαν. Cf. adn. 11, 2. 17, 1. — ἐπὶ τῷ ὀνόματι . . . ηὐξήθησαν] καὶ γὰρ τὸν Μῆδον, ὑπὸ πάντων νενικημένον τῶν Ἑλλήνων, ὑπὸ μόνων τῶν Ἀθηναίων ἡττῆσθαι νενομίσθαι [λέγει] διὰ τοῦτο, ὅτι ἐπ' Ἀθήνας λόγος ἦν στρατεύειν αὐτόν. Schol. Pro ᾔει noli ἴοι propter Porti et Haasii interpretationes desiderare; Athenienses enim non ideo, quia fama erat a Medo Athenas (unas) bello peti, sed finito bello quia eas (unas) bello petitas esse praedicabatur, incrementa ceperunt, id quod et historia docet et superioribus τοῖς ἐπιβουλευθεῖσιν . . . ὄνομα καταλείπουσιν, quae hoc exemplo confirmantur, con-

ἔπειτα Συρακοσίοις παραινεῖ ξυμμάχους τε σφίσι ποιεῖσθαι § α' — γ' καὶ ἀπαντῆσαι Ἀθηναίοις ἐς Τάραντα καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν, οὗπερ τὰς ὠφελίας λέγει § δ' — η'.

34. *Θαρσοῦντες οὖν τά τε αὐτοῦ παρασκευαζώμεθα καὶ ἐς τοὺς Σικελοὺς πέμποντες τοὺς μὲν μᾶλλον βεβαιωσώμεθα, τοῖς δὲ φιλίαν καὶ ξυμμαχίαν πειρώμεθα ποιεῖσθαι, ἔς τε τὴν ἄλλην Σικελίαν πέμπωμεν πρέσβεις, δηλοῦντες ὡς κοινὸς ὁ κίνδυνος, καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὅπως ἢ ξυμμαχίαν ποιώμεθα [ἡμῖν] ἢ μὴ δέχωνται Ἀθηναίους.* 1

δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐς Καρχηδόνα ἄμεινον εἶναι πέμψαι. οὐ γὰρ ἀνέλπιστον αὐτοῖς, ἀλλ' ἀεὶ διὰ φόβου εἰσὶ μή ποτε Ἀθηναῖοι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔλθωσιν, ὥστε τάχ' ἂν ἴσως νομίσαντες, εἰ τάδε προήσονται, κἂν σφεῖς ἐν πόνῳ εἶναι, ἐθελήσειαν ἡμῖν ἤτοι κρύφα γε ἢ φανερῶς [ἢ] ἐξ ἑνός γέ του τρόπου ἀμῦναι. δυνατοὶ δ' εἰσὶ μάλιστα τῶν νῦν, βουληθέντες· χρυσὸν γὰρ καὶ ἄργυρον πλεῖστον κέκτηνται, ὅθεν ὅ τε πόλεμος καὶ τἆλλα εὐπορεῖ. 2

πέμπωμεν δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα καὶ ἐς Κόρινθον, δεόμενοι δεῦρο κατὰ τάχος 3

sentaneum est. Cf. adn. 29, 1. Ceterum attende diversam vim vocis *ὄνομα* supra atque hic.

Cap. 34. § 1. *τοὺς μὲν... τοῖς δέ.* Illi sunt *ὑπήκοοι*, hi *αὐτόνομοι*. Cf. 88, 4 et III 108, 1. — *ἔς τε τὴν ἄλλην Σικελίαν*] *οὐχὶ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ Ἑλλήνων οἰκουμένην. προεῖπε γὰρ περὶ τῶν βαρβάρων.* Schol. Ergo *πρὸς τοὺς Σικελιώτας.* — *ποιώμεθα [ἡμῖν]* perperam vertunt nobis conciliemus, quod esset *ξυμμαχίαν προσποιώμεθα*, et ne sic quidem *ἡμῖν* adderetur. Immo cum dativo scribendum erat ξ. *ποιώμεθα αὐτοῖς.* Sed *ἡμῖν* aut ex insequentibus litteris errore repetitis factum esse putamus (cf. adn. V 14, 4) aut in margine ad *ὡς κοινὸς ὁ κίνδυνος* adscriptum fuit et alieno loco in scriptoris verba immigravit. Class. vulgatam *ποιῶνται* reduxit nulla codd. auctoritate confirmatam; nec facile, ut putat, *ποιώμεθα* ad similitudinem *πειρώμεθα* longius remoti scribi poterat. Lenius *ξυμμαχίδα* Coraes; sed etiam sic *ἡμῖν* abundat. — *μὴ δέχωνται*, scil. *οἵ τε Σικελιῶται καὶ Ἰταλιῶται.*

§ 2. *ἄμεινον.* Cf. adn. I 118, 3. — *οὐ γὰρ ... αὐτοῖς*, non enim praeter opinionem id (*ἡ στρατεία τῶν Ἀθηναίων*) iis accidit. — *τάχ' ἂν ἴσως.* Cf. adn. 10, 4. — *τάδε*] *τὰ καθ' ἡμᾶς.* Schol. Cf. adn. 36, 2. — *ἤτοι κρύφα γε ἢ φανερῶς.* De particulis *ἤτοι ... γε ... ἢ* cf. adn. II 40, 2. — *[ἢ] ἐξ ἑνός γέ του τρόπου*, una certe aliqua ratione. Cf. *ἑνί γέ τῳ τρόπῳ* Plat. Phaedr. 242b. Men. 96d. Recte schol. *ἐν δὲ τῷ ἢ ἐξ ἑνός γέ ⟨του⟩ τρόπου περιττὸς ὁ ἢ σύνδεσμος· παρὰ γὰρ τὸ ἢ κρύφα ἢ φανερῶς ἀμῦναι τρίτον οὐδέν ἐστιν.*

4 *βοηθεῖν καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον κινεῖν. ὃ δὲ μάλιστα ἐγώ τε νομίζω ἐπίκαιρον, ὑμεῖς τε διὰ τὸ ξύνηθες ἥσυχον ἥκιστ' ἂν ὀξέως πείθοισθε, ὅμως εἰρήσεται. Σικελιῶται γὰρ εἰ θέλοιμεν ξύμπαντες, εἰ δὲ μή, ὅτι πλεῖστοι μεθ' ἡμῶν, καθελκύσαντες ἅπαν τὸ ὑπάρχον ναυτικὸν μετὰ δυοῖν μηνοῖν τροφῆς ἀπαντῆσαι Ἀθηναίοις ἐς Τάραντα καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν, καὶ δῆλον ποιῆσαι αὐτοῖς ὅτι οὐ περὶ τῆς Σικελίας πρότερον ἔσται ὁ ἀγὼν ἢ τοῦ ἐκείνους περαιωθῆναι τὸν Ἰόνιον, μάλιστ' ἂν αὐτοὺς ἐκπλήξαιμεν καὶ ἐς λογισμὸν καταστήσαιμεν ὅτι ὁρμώμεθα μὲν ἐκ φιλίας χώρας φύλακες (ὑποδέχεται γὰρ ἡμᾶς Τάρας), τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς πολὺ περαιοῦσθαι μετὰ πάσης τῆς*

Cap. 34. § 4. *τῇ Σικελίᾳ* codd. Cf. adn.

§ 3. *τὸν ἐκεῖ πόλεμον*, bellum illic nondum prorsus compositum (cf. 36, 4), illic gerendum ac iam tumens. Cf. 78, 2.

§ 4. *ἐγώ τε . . . ὑμεῖς τε.* De duplici *τέ . . . τέ* cf. adn. III 54, 4. — *πείθοισθε.* Cum hoc quoque verbo superius *ὅ* cohaeret. — *ὅτι πλεῖστοι.* Ex superioribus *εἰ θέλοιμεν* repete *εἰ θέλοιεν*.—*καθελκύσαντες . . . ναυτικόν*, deducta . . . classi. — *ἄκραν Ἰαπυγίαν.* Cf. 30, 1. — *οὐ περὶ τῆς Σικελίας . . . ὁ ἀγών.* Non *περί τινι*, sed *περί τινος μάχεσθαι* (II 41, 5. VI 68, 3), *πολεμεῖν* (I 140, 4), *ἀγωνίζεσθαι* (II 63, 1. VI 16, 6. 78, 1. VIII 52, 1), *ἀγῶνα εἶναι* (II 42, 1. III 44, 1. 53, 2. V 9, 10. 101. VI 11, 6. 68, 3. VII 61, 1) Th. dixit pariterque reliqui prosae orationis scriptores. Praeterea hic dat. in codd. traditus in genetivum mutandus erat propter proximum *τοῦ ἐκείνους περαιωθῆναι*, quippe quod item a praepositione *περί* pendeat. — *τὸν Ἰόνιον.* Cf. ad. III 107, 1. — *ὁρμώμεθα.* Ne rationis contrariae causa hic *ἡμεῖς μὲν ὁρμώμεθα* et deinde *αὐτοῖς δὲ τὸ πέλαγος* exspectes, monemus in opposita sententia duo membra ex aequo collocata esse, quorum si logicam rationem sequamur, alterum alteri subiciendum sit. Cogitaveris enim *ὅτι ὁρμώμεθα μὲν . . . φύλακες, τὸ δὲ πέλαγος ἐπεὶ αὐτοῖς πολύ ἐστι . . ., ῥᾳδίως ἂν ἐπιθοίμεθα κ. τ. λ.*, i. e. quanquam ex amica terra proficiscamur custodiendi atque defendendi causa, tamen, cum tam longinquum sit iis iter maritimum, ut naves vix una contineri possint, nos facile classem eorum aggressuros esse, si lente et disiuncta paulatim accedat. — *ὑποδέχεται ἡμᾶς* = *ὑποδοχὴ* (receptaculum, statio) *ἡμῖν ἐστι.* Cf. Krueg. Gr. § 53, 1 adn. 3. — *μετὰ πάσης* = *μετ' ἀθρόας.* In iis quae sequuntur verbis oppositum est *κατ' ὀλίγον* (cf. V 9, 2 *κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κιν-*

παρασκευῆς (χαλεπὸν δὲ διὰ πλοῦ μῆκος ἐν τάξει μεῖναι) καὶ ἡμῖν ἂν εὐεπίθετος εἴη, βραδεῖά τε καὶ κατ' ὀλίγον προσπίπτουσα· εἰ δ' αὖ τῷ ταχυναυτοῦντι ἀθροωτέρῳ κουφίσαντες προσβάλοιεν, εἰ μὲν κώπαις χρήσαιντο, ἐπιθοίμεθ' ἂν κεκμηκόσιν, εἰ δὲ μὴ δοκοίη, ἔστι καὶ ὑποχωρῆσαι ἡμῖν ἐς Τάραντα, οἱ δὲ μετ' ὀλίγων ἐφοδίων ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ περαιωθέντες ἀποροῖεν ἂν κατὰ χωρία ἐρῆμα, καὶ ἢ μένοντες πολιορκοῖντο ἂν ἢ πειρώμενοι παραπλεῖν τήν τε ἄλλην παρασκευὴν

βραχεῖά τε It. Vat. Pal. Aug. Mosqu. Parm. C. G. H. pr. Cl. γρ. m.

κατὰ λόγον codd. nisi quod κατ' ολίγον Ven. marg. Cl. Praeterea κατ' ὀλίγον schol. legit, qui interpretatur βραδέως τε πλέουσα διὰ τὸν ἐν τῷ πελάγει κάματον καὶ οὐκ ἀθρόα.

δυνεύειν) et huc refertur ἀθροωτέρῳ. — ἐν τάξει μεῖναι, ordinem servare nec disiungi. — εὐεπίθετος εἴη, scil. ἡ παρασκευή.

§ 5. ἀθροωτέρῳ. Id est ἀθροωτέρῳ ὄντι, γενομένῳ. Cf. adn. I 49, 5. Non videtur igitur opus esse Kruegeri coniectura ἀθροώτεροι. Accedit quod ἀθροωτέρῳ magis accommodatur ad μετὰ πάσης (= ἀθρόας) τῆς παρασκευῆς, quo hic respicitur. — κουφίσαντες, sensu intransitivo impedimentis exonerati, expediti. Cf. Cass. Dion. L 33, 4 ὅπως κουφίσαντες διαφύγωσι. — ἔστι = ἔξεστι. Indic. praesentis, quod etiam praeter appositam condicionem utique iis Tarentum se recipere licet. Cum autem haec omnia a locutione ἐς λογισμὸν καταστήσαιμεν pendeant, pro praesenti tempore id cogitatur quo Sicilienses Atheniensibus Tarentum obviam erunt profecti. — κατὰ χωρία ἐρῆμα. Oram Tarento vicinam. — πολιορκοῖντο ἄν. „Abr. ad πολιορκοῖντο ex ἀποροῖεν supplet τῇ ἀπορίᾳ, inopia prementur, vexabuntur et oppugnabuntur.“ Beck. Eam sane oportet esse vim vulgatae. Nam includi atque obsideri nullo modo possunt, quoniam Sicilienses Tarentum se receperunt. Fatendum tamen, etsi ipsa notio verbo πολιορκεῖν ab Abr. attributa apud Xen. Comm. II 1, 13. 17. Plat. de Rep. 458 a. Legg. 708 b. Plut. Caes. 39 invenitur, apud Thucydidem, ut ea efficeretur, Abreschianum supplementum aut simile non videri bene omitti potuisse, quia sine eo nimia oritur orationis ambiguitas. Bloomfieldius significationem partim propriam partim translatam esse vult, quia Syracusani Athenienses, etsi non proprie obsidere, tamen circumvolitare naviglis et ita premere et commeatu intercludere potuerint. Quae solo verbo πολιορκεῖν significari multo minus possunt. Class. dubitat, an Th. ταλαιπωροῖντο scripserit. Sed malumus ambiguam translationis tolerare obscuritatem quam audaciorem admittere coniecturam. — τὴν ἄλλην παρασκευήν. Praeter τὸ ταχυ-

ἀπολίποιεν ἂν καὶ τὰ τῶν πόλεων οὐκ ἂν βέβαια
6 ἔχοντες εἰ ὑποδέξοιντο ἀθυμοῖεν. ὥστ' ἔγωγε
τούτῳ τῷ λογισμῷ ἡγοῦμαι ἀποκλῃομένους αὐτοὺς
οὐδ' ἂν ἀπᾶραι ἀπὸ Κερκύρας, ἀλλ' ἢ διαβου-
λευσαμένους καὶ κατασκοπαῖς χρωμένους ὁπόσοι
τ' ἐσμὲν καὶ ἐν ᾧ χωρίῳ, ἐξωσθῆναι ἂν τῇ ὥρᾳ
ἐς χειμῶνα, ἢ καταπλαγέντας τῷ ἀδοκήτῳ κατα-
λῦσαι ἂν τὸν πλοῦν, ἄλλως τε καὶ τοῦ ἐμπειρο-
τάτου τῶν στρατηγῶν, ὡς ἐγὼ ἀκούω, ἄκοντος
ἡγουμένου καὶ ἀσμένου ἂν πρόφασιν λαβόντος,
7 εἴ τι ἀξιόχρεων ἀφ' ἡμῶν ὀφθείη. ἀγγελλοίμεθα
δ' ἂν εὖ οἶδ' ὅτι ἐπὶ τὸ πλεῖον· τῶν δ' ἀνθρώ-
πων πρὸς τὰ λεγόμενα καὶ αἱ γνῶμαι ἵστανται,
καὶ τοὺς προεπιχειροῦντας ἢ τοῖς γε ἐπιχειροῦσι
προδηλοῦντας ὅτι ἀμυνοῦνται μᾶλλον πεφόβηνται,
8 ἰσοκινδύνους ἡγούμενοι. ὅπερ ἂν νῦν Ἀθηναῖοι
πάθοιεν. ἐπέρχονται γὰρ ἡμῖν ὡς οὐκ ἀμυνου-

νοῦντων. — καὶ τὰ τῶν πόλεων ...] καὶ οὐκ εἰδότες βεβαίως εἰ αἱ πόλεις ὑποδέξονται αὐτοὺς ἀθυμοῖεν ἄν. Schol.

§ 6. τούτῳ τῷ λογ. ... ἀποκλῃομένους, hac ratiocinatione cohibitos sive deterritos. — διαβουλευσαμένους, re diu multumque deliberata. — ᾧ, i. e. ᾧτινι. Cf. adn. I 136, 3. — ἐξωσθῆναι ἂν τῇ ὥρᾳ ἐς χειμῶνα, fore, ut anni tempore exclusi in hiemem incidant, i. e. „a rebus opportuno tempore gerendis eos (sera) anni tempestate prohibitum et illas in hiemem extrahere coactum iri. Cf. Herodot. I 131 ἐκκληϊόμενοι τῇ ὥρῃ et Caes. B. G. VII 11 diei tempore exclusus in posterum oppugnationem differt.“ Arn. Sermonem imitari Appianum I 778 verbis ἐξωσθῆναι ἕως χειμὼν ἐπέπεσεν adnotat Bloomf. — πρόφασιν, scil. τοῦ καταλῦσαι τὸν πλοῦν. — τι ἀξιόχρεων. De copiis intellexit Portus, quod fieri posse iniuria negat Bloomf.

§ 7. ἀγγελλοίμεθα ... ἐπὶ τὸ πλεῖον. Ἀγγέλλεσθαι insolentius personaliter quod dicunt sic positum est, ut ei nec infinitivus additus sit nec participium. Ἐπὶ τὸ πλεῖον autem idem valent atque alibi ἐπὶ τὸ μεῖζον. Cf. adn. I 10, 3. Add. Dion. Cass. XLI 21, 4, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀγγέλλεσθαι, XLVII 24, 1 ἐπὶ τὸ φοβερώτερον ἀγγέλλεσθαι, Plut. Crass. 18 πρὸς τὸ δεινότερον ἐξαγγέλλεσθαι. De εὖ οἶδ' ὅτι verbis medio sermoni hic ut § 9 et 38, 1 interpositis vid. Matth. Gr. § 660 g. — ἵστανται, constituuntur, adaptantur. „A vento ductum, ad quem vela conversa consistant, constituantur.“ Bau. Cf. IV 56, 2. — ἢ ... γε, aut certe, aut saltem, non quam. — ἰσοκινδύνους, pares periculo (sustinendo).

§ 8. ὅπερ, i. e. τὸ πεφοβῆσθαι. — ἂν ... πάθοιεν

μένοις, δικαίως κατεγνωκότες ὅτι αὐτοὺς οὐ μετὰ Λακεδαιμονίων ἐφθείρομεν· εἰ δ' ἴδοιεν παρὰ γνώμην τολμήσαντας, τῷ ἀδοκήτῳ μᾶλλον ἂν καταπλαγεῖεν ἢ τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς δυνάμει.
ἐπίλογοι. πείθεσθε οὖν, μάλιστα μὲν ταῦτα τολμήσαντες, 9
εἰ δὲ μή, ὅτι τάχιστα τἄλλα ἐς τὸν πόλεμον ἑτοιμάζειν, καὶ παραστῆναι παντὶ τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ δείκνυσθαι, τὸ δ'. ἤδη τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας ὡς ἐπὶ κινδύνου πράσσειν χρησιμώτατον ἂν ξυμβῆναι. οἱ δὲ ἄνδρες καὶ ἐπέρχονται καὶ ἐν πλῷ εὖ οἶδ' ὅτι ἤδη εἰσὶ καὶ ὅσον οὔπω πάρεισιν."

οἱ Συρακόσιοι ἐρίζουσι. παρέρχεται οὖν Ἀθηναγόρας. 35. Καὶ ὁ μὲν Ἑρμοκράτης τοσαῦτα εἶπε. τῶν 1
δὲ Συρακοσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν

(εἰ πείθοισθέ μοι). — κατεγνωκότες, contemptim de nobis sentientes, contemnentes. — παρὰ γνώμην] παρὰ τὴν δόξαν αὐτῶν. Schol. — τολμήσαντας. Cf. adn. II 48, 1. — τῷ ἀδοκήτῳ ... Cf. II 89, 6. — τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς, i. e. τῇ ἀληθεῖ.

§ 9. πείθεσθε ... τολμήσαντες, oboedite mihi ... haec ausi, i. e., ne in aoristo haereas, his audacter susceptis. — ἑτοιμάζειν, καὶ παραστῆναι a πείθεσθε pendent: oboedite mihi in eo, ut quam celerrime reliqua ad bellum gerendum paretis et quisque sibi persuadeat vel in animum inducat. Saepius sic παραστῆναι Th. dixit. Cf. IV 61, 2. 95, 2. VI 68, 3. 78, 1. — καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας. Cf. Matth. Gr. § 378 adn. 2. Krueg. Gr. § 47, 24 adn. 3. VIII 82, 1. — ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ] ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ καὶ τῇ κατ' αὐτὸν ἀνδρείᾳ. Schol. Heilmannus quidem verbis *in der Stärke seiner wirklichen Gegenanstalten* expressit; sed diligentissime bellum parandum esse proximis satis declaratur, coutemptio hostium autem quomodo hac re demonstretur, non liquet. — ἤδη. Cf. adn. 25, 1. — τὰς μετὰ φόβου παρασκευάς. Cf. II 11, 5. — ἐπὶ κινδύνου in periculo, tempore periculi, cum periculum adest valere docet Arn., et hac praepositione cum genetivo iuncta condiciones, in quibus homines versentur, significari similiter, sed copiosius explicat Haas. Lucubr. Thuc. p. 65 comparans exempla ἐπ' εἰρήνης, ἐπὶ σχολῆς, ἐφ' ἡσυχίας. Add. ἐπὶ κινδύνων Xen. Mag. Equ. 4, 5. — χρησιμώτατον ξυμβῆναι. Cf. adn. V 92. — ὅσον οὔπω. Cf. adn. IV 125, 1.

Cap. 35. § 1. ὁ δῆμος ... ἦσαν. Hanc structuram, qua vix ullus scriptor Graecus non utitur, immerito vituperat Dionys. Hal. p. 802. Cf. adn. III 80, 1. — οἱ μέν. Ex superioribus

*οἱ Ἀθηναῖοι οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγεται, οἱ δέ,
εἰ καὶ ἔλθοιεν, τί ἂν δράσειαν αὐτοὺς ὅ τι οὐκ
ἂν μεῖζον ἀντιπάθοιεν; ἄλλοι δὲ καὶ πάνυ κα-
ταφρονοῦντες ἐς γέλωτα ἔτρεπον τὸ πρᾶγμα· ὀλί-
γον δ' ἦν τὸ πιστεῦον τῷ Ἑρμοκράτει καὶ φο-*
2 *βούμενον τὸ μέλλον. παρελθὼν δ' αὐτοῖς Ἀθη-
ναγόρας, ὃς δήμου τε προστάτης ἦν καὶ ἐν τῷ
παρόντι πιθανώτατος τοῖς πολλοῖς, ἔλεγε τοιάδε.*
1 36. *„Τοὺς μὲν Ἀθηναίους ὅστις μὴ βούλεται
οὕτω κακῶς φρονῆσαι καὶ ὑποχειρίους ἡμῖν γε-
νέσθαι ἐνθάδε ἐλθόντας, ἢ δειλός ἐστιν ἢ τῇ
πόλει οὐκ εὔνους· τοὺς δὲ ἀγγέλλοντας τὰ τοιαῦτα
καὶ περιφόβους ὑμᾶς ποιοῦντας τῆς μὲν τόλμης*

ὃς διδάσκει πρῶτον μὲν ὅτι οὐκ εἰκὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἄνδρας ξυνετούς, ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθεῖν.

Cap. 35. § 1. Pro *οὐδ'* in multis libris mss. male *οἱ δ'*. *ἃ λέγει, τοῖς δέ* codd. Cf. adn.

ἐν ἔριδι ἦσαν repete *ἐρίζοντες*, i. e. *ἐριστικῶς λέγοντες*, contendentes. — *οἱ μὲν ... ἃ λέγεται, οἱ δέ.* Codd. scripturam (cf. ed.) sic excusat Duk: „est durum nominativis *οἱ μέν* et *ἄλλοι δέ* interponi dativum *τοῖς δέ*. Sed quia primo nominativo *οἱ μέν* non apponitur verbum, sed supplendum relinquitur, hic quoque orationem potius apto aliquo ad sententiam verbo explendam quam scripturam receptam mutandam arbitror.“ Itaque Abr. audiri iubet *ἦν ἔρις*, i. e. *λόγος ἐριστικός, ἐρώτησις ἐριστική*. Sed invenitur quidem nominativus ita ad casum obliquum appositus, si pro hoc cum alio eiusdem sententiae verbo nominativus cogitari potest (cf. adn. III 36, 2. VI 24, 3. Eur. Phoen. 1463; V 79, 1 propter orationem obliquam pro nominativo accusativus positus est), sed desunt exempla casus obliqui sic ad nominativum appositi. Deinde Athenienses venturos esse non ipse Hermocrates indicavit, sed eius rei nuntius allatus est (32, 3), quem ille verum esse contendit (33, 1—4). Itaque aptius hic nuntius verus non esse dicitur. Quae cum ita sint, recepimus Madvigii emendationem (Adv. crit. I p. 326), quam assensu suo comprobavit Class. — *αὐτούς*, ipsos, i. e. *τοὺς Συρακοσίους*. Quare etiam *σφᾶς* scribi potuit. Cf. adn. V 32, 5. 40, 2. — *ὅ τι ... ἀντιπάθοιεν.* Krueger. *ὅτου* legendum conicit, quo opus esse non videtur. Interpretare *was sie nicht in einem höhern Grade ihrerseits erleiden würden.* Cf. 40, 1. — *ὀλίγον δ' ἦν τὸ πιστεῦον.* Cf. adn. II 45, 1.

§ 2. *δήμου προστάτης.* Cf. adn. III 70, 3. — *πιθανώτατος τοῖς πολλοῖς.* Cf. III 36, 5 et ibi adn.

Cap. 36. § 1. *τοὺς μὲν ... οὕτω.* Hexameter. Cf. adn. II 49, 5. — *τοὺς μὲν Ἀθηναίους* relativo praecedit propter oppositum *τοὺς δὲ ἀγγέλλοντας*. Cf. adn. III 39, 2. — *καὶ ὑποχειρίους ἡμῖν γενέσθαι = ὥστε ... γενέσθαι.* Pariter nos: *so thöricht sein und sich in unsere Gewalt geben.*

οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας, εἰ μὴ οἴονται
ἔνδηλοι εἶναι. οἱ γὰρ δεδιότες ἰδίᾳ τι βούλονται 2
τὴν πόλιν ἐς ἔκπληξιν καθιστάναι, ὅπως τῷ
κοινῷ φόβῳ τὸν σφέτερον ἐπηλυγάζωνται. καὶ νῦν
αὗται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται, ⟨αἳ⟩ οὐκ ἀπὸ
ταὐτομάτου, ἐκ δὲ ἀνδρῶν οἵπερ ἀεὶ τάδε κινοῦσι

Cap. 36. § 2. τὸ σφέτερον codd., τὸν σφέτερον schol. explicans ὅπως κοινῇ φοβήσαντες ἅπαντας τὸν ἴδιον φόβον ἀποκρύψωνται et Valla vertens ut publico metu suum occultent, idemque videtur legisse Dexippus, qui (in Histor. Gr. min. ed. Dindorf. I p. 196) hunc locum imitatus ὅπως ἂν τὸ σφέτερον δέος ἐπηλυγάζησθε scribit. Cf. adn.

§ 2. οἱ γὰρ δεδιότες ... ἐπηλυγάζωνται. Postquam orator eos, qui Atheniensium adventum nuntiantes Sicilienses perterrerent, audacia minime excellere declaravit, iam generali sententia usus hoc ita comprobat, ut qui privatim aliquid timeant eos civitatem dicat studere in eundem metum conicere, ut communi timore suum obtegant, i. e. ut omnium timorem excitantes efficiant, ut ipsorum ignavia non cognoscatur; deinde proximis verbis hanc causam ita proposito iudicio applicat, ut etiam in nuntiis illis eam valere diserte significet. Perperam igitur Class. de vi demonstrativa articuli cogitat. Neque enim hic articuli ante γάρ usus poëticus et Herodoteus (cf. Stein. ad I 172) Atticis prosae orationis scriptoribus tribui potest et falso Class. I 69, 2 allegat, de quo cf. adn. et Annal. phil. a. 1863 p. 472. a. 1868 p. 178. Codd. scriptura τὸ σφέτερον idonea sententia caret. Nam grammaticis legibus repugnat quod δέος ex φόβῳ vel participio δεδιότες repetere volunt, neque omnino sensum, animum, commoda, consilia sua cogitare possumus, quod talia qua ratione ad privatum timorem pertineant haud facile intellegitur. Verbum ἐπηλυγάζεσθαι derivatur ab ἠλύγη, quae est σκιά (Hesych.), σκότος (Suid.). — τοῦτο δύνανται. Cf. adn. I 141, 1. Post haec verba „qui structurae hiatum eo explicari aut tolerari posse existimant, quod pronomen τοῦτο verbis insequentibus (οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου ... ξύγκεινται) illustretur, ii haud dubie falluntur. Nam verba τοῦτο δύνανται (hoc valent, eo tendunt) aperte ad nihil aliud respiciunt quam ad id quod modo dictum erat: βούλονται τὴν πόλιν ἐς ἔκπληξιν καθιστάναι. Ea autem quae sequuntur: οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου ... ξύγκεινται non consilium aliquod, quo falsi nuntii tendant, sed originem indicant, unde nati sint. Quam ob rem cum nullo modo ad explicandum illud τοῦτο possint referri, mihi quidem pronomen αἵ post verbum δύνανται, cuius postrema syllaba facile absorberi potuit, inserendum esse videtur.“ Class. Symb. crit. p. 12. Cf. adn. V 71, 1. — ἐκ δὲ ἀνδρῶν. Cf. adn. III 69, 1. — οἵπερ ἀεὶ τάδε κινοῦσι, qui iidem semper haec (nostras res) turbant, hic turbas excitant. Cf. adn. 34, 2. Rem orator ipse infra 38, 2 sic explicat: οὓς ... ἀεὶ ἐπίσταμαι ἤτοι λόγοις γε τοιοῖσδε καὶ ἔτι τούτων κακουργοτέροις ἢ ἔργοις

3 ξύγκεινται. ὑμεῖς δὲ ἢν εἶ βουλεύησθε, οὐκ ἐξ ὧν οὗτοι ἀγγέλλουσι σκοποῦντες λογιεῖσθε τὰ εἰκότα, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἄνθρωποι δεινοὶ καὶ πολλῶν ἔμπειροι, ὥσπερ ἐγὼ Ἀθηναίους ἀξιῶ, δρά-
4 σειαν. οὐ γὰρ αὐτοὺς εἰκὸς Πελοποννησίους τε ὑπολιπόντας καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον μήπω βεβαίως καταλελυμένους ἐπ' ἄλλον πόλεμον οὐκ ἐλάσσω ἑκόντας ἐλθεῖν, ἐπεὶ ἔγωγε ἀγαπᾶν οἴομαι αὐτοὺς ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐπ' ἐκείνους ἐρχόμεθα, πόλεις τοσαῦται καὶ οὕτω μεγάλαι.

1 37. Εἰ δὲ δή, ὥσπερ λέγονται, ἔλθοιεν, ἱκανωτέραν ἡγοῦμαι Σικελίαν Πελοποννήσου διαπολεμῆσαι ὅσῳ κατὰ πάντα ἄμεινον ἐξήρτυται, τὴν δὲ ἡμετέραν πόλιν αὐτὴν τῆς νῦν στρατιᾶς, ὥς φασιν, ἐπιούσης, καὶ εἰ δὶς τοσαύτη ἔλθοι, πολὺ κρείσσω εἶναι· οἷς γ' ἐπίσταμαι οὔθ' ἵππους ἀκολουθήσοντας οὐδ' αὐτόθεν πορισθησομένους εἰ μὴ ὀλίγους τινὰς παρὰ Ἐγεσταίων, οὔθ' ὁπλίτας ἰσο- *ἔπειτα δὲ ὅτι, εἰ καὶ ἔλθοιεν, νικηθήσονται.*

Cap. 37. § 1. οὐδ' ὁπλίτας codd. Emend. Haack. et Bekk.; nam οὔθ' ἵππους . . . οὔθ' ὁπλίτας inter se respondere perspicuum est.

ἰσοπληθεῖς multi libri. Cf. Herodian. II p. 851.

βουλομένους καταπλήξαντας τὸ ὑμέτερον πλῆθος αὐτοὺς τῆς πόλεως ἄρχειν. — ξύγκεινται. Cf. adn. 32, 1.

§ 3. ἐξ ὧν. Cf. adn. III 38, 4. VI 83, 8. — ἄνθρωποι ... ἔμπειροι. Cf. Isocr. XII 229 ἄνδρα δεινὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον. — ὥσπερ ... ἀξιῶ, scil. ἂν δρᾶσαι. Dicit se existimare Athenienses eodem modo quo homines sollertes multarumque rerum peritos acturos esse. Itaque non opus est Kruegeri coniectura οἵουσπερ.

§ 4. ὑπολιπόντας. Cf. 10, 1. 17, 7. — καταλελυμένους. Medium de bello quod ipsi habeut nondum composito. Cf. Herod. VII 146.

Cap. 37. § 1. εἰ δὲ δή, si vero utique, si vero nihilominus. Cf. III 40, 4. — διαπολεμῆσαι, ad debellandum, ad bellum profligandum. — ὅσῳ. Cf. adn. III 11, 1. — τῆς νῦν στρατιᾶς ἐπιούσης = τῆς νῦν ἐπιούσης στρατιᾶς. Cf. adn. I 90, 1. — οἷς γε = ἐπεὶ ἐκείνοις γε (τοῖς Ἀθηναίοις). Cf. adn. IV 26, 4. 61, 1. — οὔθ' ἵππους ἀκολουθήσοντας. Cf. adn. 23, 1 et 34. — οὔθ' ὁπλίτας ... ἐλθόντας, neque gravis armaturae milites nostris numero pares, quippe qui navibus advenerint (quoniam navibus vecti erunt). Itaque Athenienses secum non habituros esse peditatum graviter armatum suo parem inde orator concludit, quod navibus haud facile tantae copiae

πλήθεις τοῖς ἡμετέροις ἐπὶ νεῶν γε ἐλθόντας (μέγα
γὰρ τὸ καὶ αὐταῖς ταῖς ναυσὶ κούφαις τοσοῦτον
πλοῦν δεῦρο κομισθῆναι), τήν τε ἄλλην παρα-
σκευήν, ὅσην δεῖ ἐπὶ πόλιν τοσήνδε πορισθῆναι,
οὐκ ὀλίγην οὖσαν. ὥστε (παρὰ τοσοῦτον γιγνώ- 2
σκω) μόλις ἄν μοι δοκοῦσιν, εἰ πόλιν ἑτέραν τοσ-
αύτην ὅσαι Συράκουσαί εἰσιν [ἔλθοιεν ἔχοντες]
καὶ ὅμορον οἰκήσαντες τὸν πόλεμον ποιοῖντο, οὐκ

transportantur quantae terra proficiscuntur. Cf. adn. IV 85, 7. Cur Class. spreta legitima et simplici ratione ἐλθόντας non ad ὁπλίτας, sed contra sermonis leges (longe diversum est V 79, 1) ad οἷς rettulerit, non intellegimus. Ceterum Athenagoram id sequi apparet, ut Atheniensium copias ac vires dicendo quam maxime deminuat. Cf. adn. 23, 1. — μέγα γὰρ... κομισθῆναι antehac in unum enuntiatum cum proximis verbis τήν τε ἄλλην... οὖσαν coniunximus, ut difficile esse diceretur tantum exercitum simul cum tanto apparatu transportare. Sed repugnat κούφαις, quoniam, si reliquus apparatus simul vehitur, naves non sunt impedimentis vacuae (cf. adn. 34, 5); deinde debilior est τέ iunctura, pro qua potius καὶ ἅμα exspectes. Itaque Abr. et Class. secuti nunc haec verba in parenthesim redegimus, ita ut insequentibus τήν τε ἄλλην... οὖσαν tertium membrum ad οὐθ᾿ ἵππους κ. τ. λ. et οὐθ᾿ ὁπλίτας κ. τ. λ. adiungatur item ab ἐπίσταμαι verbo pendens. Verba καὶ αὐταῖς ταῖς ναυσὶ κούφαις, etiam ipsis navibus expeditis, idem valent atque ipsis navibus, etiamsi impedimentis non sunt oneratae (cf. adn. V 99); πλοῦς autem copiarum navalium expeditionem significat (cf. 26, 1). — τήν τε ἄλλην ... οὖσαν, et reliquum apparatum, quantum opus sit contra civitatem tam potentem instrui, haud exiguum esse ideoque haud facile ab iis comparari posse. Hoc membrum liberiore modo enuntiationi relativae adnexum est, de quo cf. adn. 10, 2. 11, 1.

§ 2. παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, cum tanta differentia iudico, tantum sententia differo ab iis, qui vobis nuntiato Atheniensium adventu terrorem incutere student (schol. παρὰ τοσοῦτον διαφέρομαι τοῖς τὰ ἕτερα διαγγέλλουσι). Cf. adn. III 49, 4. Omni probabilitate caret quod Herwerd. (Stud. Thuc. p. 84) coniecit παρ᾿ ὅσον γιγνώσκω. — μόλις ἄν ... οὐκ ἄν. De iterato ἄν cf. adn. I 136, 4. — [ἔλθοιεν ἔχοντες]. In ἔλθοιεν primus offendit Class. idque suo iure. Quomodo enim in Siciliam ita aliquis venire potest, ut urbem ibi habeat in eaque sedes collocaverit? Videlicet qui in urbe, quam ibi habeat, consederit, eum iam antea eo venisse oportet. Sed etiam deleto ἔλθοιεν molestum remanet ἔχοντες. Certe multo aptius quam πόλιν ἔχοντες καὶ ὅμορον οἰκήσαντες inverso ordine πόλιν ὅμορον οἰκήσαντες καὶ ἔχοντες diceretur. Cum autem nullo sententiae damno abesse possit, simul cum ἔλθοιεν id ex interpretamento irrepsisse et Th. verbis eximendum esse putamus. Dicit orator Athenienses ne tum quidem perniciem effugituros esse, si in urbe aeque magna et finitima consederint indeque tanquam ἐξ ὁρμητηρίου

ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι, ἤ πού γε δὴ ἐν πάσῃ πολεμίᾳ Σικελίᾳ (ξυστήσεται γάρ) στρατοπέδῳ τε ἐκ νεῶν ἱδρυθέντι καὶ ἐκ σκηνιδίων καὶ ἀναγκαίας παρασκευῆς οὐκ ἐπὶ πολὺ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἱππέων ἐξιόντες. τό τε ξύμπαν οὐδ' ἂν κρατῆσαι αὐτοὺς τῆς γῆς ἡγοῦμαι· τοσούτῳ τὴν ἡμετέραν παρασκευὴν κρείσσω νομίζω.

1 38. Ἀλλὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, οἵ τε Ἀθηναῖοι γιγνώσκοντες τὰ σφέτερα αὐτῶν εὖ οἶδ' ὅτι σῴζουσι, καὶ ἐνθένδε ἄνδρες οὔτε ὄντα οὔτε ἂν
2 γενόμενα λογοποιοῦσιν, οὓς ἐγὼ οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἀεὶ ἐπίσταμαι ἤτοι λόγοις γε τοιοῖσδε καὶ ἔτι τούτων κακουργοτέροις ἢ ἔργοις βουλομένους καταπλήξαντας τὸ ὑμέτερον πλῆθος αὐτοὺς τῆς

εἶτα ὅτι ταῦτα λογοποιοῦσιν ἄνδρες νεωτεροποιοὶ καὶ ἄρχειν ἐφιέμενοι.

§ 2. τὸ δὲ ξύμπαν codd. Cf. adn. III 40, 4.

profecti bellum gerant. — ἤ πού γε δή. Cf. adn. I 142, 3. — ἐν πάσῃ πολεμίᾳ Σικελίᾳ = ἐν Σικελίᾳ, ἣ πᾶσα πολεμία ἔσται. Cf. 21, 2 ἐς ἀλλοτρίαν πᾶσαν ibique adn. — ξυστήσεται γάρ, coniunget enim se contra eos tota Sicilia. — στρατοπέδῳ . . . ἱδρυθέντι, castris ex navibus (navalibus) constitutis si bellum gerant. Subaudiendum enim est εἰ τὸν πόλεμον ποιοῖντο, ad quod στρατοπέδῳ ἐκ νεῶν ἱδρυθέντι et ἐκ σκηνιδίων . . . ἐξιόντες inter se τὲ — καί particulis iuncta pariter pertineant. Neque enim hic dativus etiam ab ἐν praepositione pendere potest, quoniam non in castris, sed extra castra bellatur. Cum autem castris navalibus pro statione utantur, unde profecti bellum gerant, pro instrumento belli gerendi illa accipi possunt. Falso Class. obscura atque contorta interpretatione usus στρατόπεδον hic exercitum esse statuit, quod et ἱδρυθέντι vetat et oppositum πόλιν, cui non exercitus, sed castra ex adverso respondeant. — ἀναγκαίας. Cf. adn. V 8, 18. — ὑπὸ τῶν ἱππέων. Cf. VII 78, 7. — τὸ ξύμπαν. Cf. adn. I 145. — — οὐδ' ἂν κρατῆσαι αὐτοὺς τῆς γῆς ἡγοῦμαι] οὐδ' ἂν ἀποβῆναι αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν νομίζω δυνήσεσθαι. Schol. „Potituros terra Portus vertit, poteratque per se vel ex illo Vergilii Aen. I 171 egressi optata potiuntur Troes arena. Sed ibi ambiguitas nulla.“ Bau. Hic aliam vim his subiecit Did., cui est *devenir maître de la campagne*, qua significatione sane legimus κρατεῖν τῆς γῆς 23, 2; sed si hic eodem modo interpretamur, illud μὴ κρατεῖν τῆς γῆς nihil fere differt a τῷ μὴ πολὺ ἐξιέναι ὑπὸ τῶν ἱππέων, cum tamen non modo illud, sed ne hoc quidem Athenienses effecturos esse Athenagoras asseveret.

Cap. 38. § 1. ἐνθένδε ἄνδρες. Cf. 10, 2. — οὔτε ὄντα οὔτε ἂν γενόμενα = ἃ οὔτε ἔστιν οὔτ' ἂν γένοιτο. — λογοποιοῦσι] ψευδέσι λόγοις συντιθέασι. Schol. Cf.

πόλεως ἄρχειν. καὶ δέδοικα μέντοι, μή ποτε πολλὰ
πειρῶντες καὶ κατορθώσωσιν· ἡμεῖς δὲ κακοί, πρὶν
ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, προφυλάξασθαί τε καὶ αἰσθό-
μενοι ἐπεξελθεῖν. τοιγάρτοι δι' αὐτὰ ἡ πόλις ἡμῶν 3
ὀλιγάκις μὲν ἡσυχάζει, στάσεις δὲ πολλὰς καὶ
ἀγῶνας οὐ πρὸς τοὺς πολεμίους πλείονας ἢ πρὸς
αὐτὴν ἀναιρεῖται, τυραννίδας δὲ ἔστιν ὅτε καὶ
δυναστείας ἀδίκους. ὧν ἐγὼ πειράσομαι, ἤν γε 4
ὑμεῖς ἐθέλητε ἕπεσθαι, μήποτε ἐφ' ἡμῶν τι πε-
ριδεῖν γενέσθαι, ὑμᾶς μὲν τοὺς πολλοὺς πείθων
τοὺς [δὲ] τὰ τοιαῦτα μηχανωμένους κολάζειν, μὴ

Cap. 38. § 4. κολάζων codd. Cf. adn.

Dem. IV 10. 49. VI 14. Hesych. λογοποιήσαντες· πλασάμενοι λόγους ψευδεῖς, Theophr. Char. 8 ἡ δὲ λογοποιία ἐστὶ σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων.

§ 2. καὶ δέδοικα μέντοι, et vero metuo. — πολλὰ πειρῶντες. Valentne multa temptantes an multum (i. e. saepe) temptantes? Ideo, quod hoc propter superiora οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἀεί probabilius videtur, Krueger. πολλάκις videtur coniecisse, sed frustra. Vid. Stallb. ad Plat. Phaedon. 61c et Pflugk. ad Eur. Alc. 187. — καὶ κατορθώσωσιν, rem etiam assequantur. — κακοί, scil. ἐσμέν. — πρὶν ... ὦμεν. De omisso ἄν cf. adn. 10, 5. — ἐπεξελθεῖν, insectari, *gegen sie angehen*. Cf. III 88, 1. 40, 6.

§ 3. ὀλιγάκις μὲν ἡσυχάζει. Contra Hermocrates 34, 4 τὸ ξύνηθες ἥσυχον memorat. — ἀναιρεῖται, suscipit. Cf. adn. 1, 1. — τυραννίδας δὲ ... καὶ δυναστείας. Illae sunt Gelonis et eius successorum dominationes, haec quae deinde secuta sunt paucorum imperia. Cf. Holm. Hist. Sic. I p. 251. De vi vocis δυναστείας cf. III 62, 3. IV 78, 2. Frustra τυραννίδας τε coni. Krueg.; nam diversum aliquid et maius adiungitur.

§ 4. ἐφ' ἡμῶν, nostra aetate. Cf. II 15, 1. — περιιδεῖν γενέσθαι. Cf. Matth. Gr. § 553 adn. 2. Krueg. Gr. § 56, 6 adn. 3. — ὑμᾶς μὲν τοὺς πολλούς, vos, populum, vos, qui populus estis. Ita ὑμᾶς τοὺς πολλούς Demosth. VIII 1 et alibi ὑμεῖς ὁ δῆμος. — τοὺς ... κολάζειν. Quod in codd. legitur τοὺς δὲ ... κολάζων tribus potissimum de causis ferri nequit. Primum quid multitudini orator persuasurus sit, neque per se satis apparet neque dictum est; deinde in eo non est sana distinctio, quod discernuntur multitudo et ea pars paucorum, quae rerum potiri studeat, et omnes optimates, et etiamsi, quod per verba scriptoris non licet, reliqui optimates intellegi possent, οἱ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι a reliquis non sunt diversi, quoniam, ut ἐλέγχων (convincens, si quid moliti erunt) et φυλάσσων (observans, ne quid moliantur) ostendunt, hi quoque talia moliuntur; denique nimium sibi videtur orator arrogare, quod se ipsum talia machinantes puniturum esse dicit, non populo persuasurum, ut hic poenas ab iis repetat.

μόνον αὐτοφώρους (χαλεπὸν γὰρ ἐπιτυγχάνειν), ἀλλὰ καὶ ὧν βούλονται μὲν δύνανται δ' οὔ (τὸν γὰρ ἐχθρὸν οὐχ ὧν δρᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας προαμύνεσθαι χρή, εἴπερ καὶ μὴ προφυλαξάμενός τις προπείσεται), τοὺς δ' αὖ ὀλίγους τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ φυλάσσων, τὰ δὲ καὶ διδάσκων· μάλιστα γὰρ δοκῶ ἂν μοι οὕτως ἀποτρέ-
5 πειν τῆς κακουργίας. καὶ δῆτα, ὃ πολλάκις ἐσκεψάμην, τί καὶ βούλεσθε, ὦ νεώτεροι; πότερον ἄρχειν ἤδη; ἀλλ' οὐκ ἔννομον· ὁ δὲ νόμος ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς μᾶλλον ἢ δυναμένους ἐτέθη ἀτιμάζειν. ἀλλὰ δὴ μὴ μετὰ πολλῶν ἰσονομεῖσθαι; καὶ πῶς δίκαιον τοὺς αὐτοὺς μὴ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι; ἕπεται δίδαξις τῶν ὀλιγαρχικῶν
1 39. Φήσει τις δημοκρατίαν οὔτε ξυνετὸν οὔτ'

Quae cum ita sint recipiendam esse ducimus palmarem Weilii emendationem in Ephem. philol. Francogall. (Revue de philol.) II p. 92 propositam. — *κολάζειν ... ὧν βούλονται.* Cf. Matth. Gr. § 368. Bernh. Synt. p. 141. Krueg. Gr. § 47, 22. adn. II 74, 3. Similiter paulo post *ὧν δρᾷ ... προαμύνεσθαι.* Cf. I 96, 1. — *εἴπερ ... προπείσεται*, si quidem etiam, qui prior sibi non caverit, prior detrimentum accipiet. — *τὰ δὲ καὶ διδάσκων*, partim docens, ut de talibus consiliis omnino desistant. Hoc dicendo fit, convincere et observare agendo.

§ 5. *καὶ δῆτα*, ac profecto. Cf. Kuehn. Gr. max. § 501, 4. In iis quae usque ad c. 40 sequuntur ex optimatibus qui maxime novis rebus studeant iuniores et divitiis potentes (*οἵ τε δυνάμενοι καὶ οἱ νέοι* 39, 2) compellat, quorum illi ante legitimam aetatem honoribus fungi aut certe praecipuo aliquo in civitate iure uti velint, hi propter opulentiam se maxime idoneos esse putent ad rempublicam administrandam. — *τί καὶ βούλεσθε.* De *καί* vid. Matth. Gr. § 620. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 16. — *ἀλλ' οὐκ ἔννομον.* Quia Syracusis, ut in plerisque civitatibus, lege constitutum erat, a quo anno aetatis ad rempublicam accedere liceret. Vid. adn. V 43, 2 et memento legum annalium Romanorum. — *ὁ δὲ νόμος* cet. Id est: *ὁ δὲ νόμος διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς ἄρχειν μᾶλλον ἐτέθη ἢ ἀτιμάζειν δυναμένους* (*ἄρχειν*). Infinitivum *ἀτιμάζειν* ex *ἐτέθη* pendentem consilium significare vidit Bau. nec opus est Reiskii coniectura *ἀτιμάζων*. Ceterum *ἀτιμάζειν* hic non est ignominia afficere, sed honoribus privare (*ἀτίμους ποιεῖν*). Cf. Plat. Legg. 762d. — *ἀλλὰ δή*, at vero. De hoc *ἀλλά* cf. adn. I 80, 4. Ceterum simul audi *βούλεσθε*. — *μετὰ πολλῶν ἰσονομεῖσθαι.* Schol. *ἰσότιμοι εἶναι μετὰ τῶν πολλῶν*, quasi *τῶν πολλῶν* scriptum sit. Sed hoc scriptor dicit, nolle eos iisdem cum multis hominibus legibus vivere, sed praecipuo quodam cum paucis iure uti.

Cap. 39. § 1. *οὔτε ξυνετὸν οὔτ' ἴσον.* De neutris cf.

ἶσον εἶναι, τοὺς δὲ ἔχοντας τὰ χρήματα καὶ ἄρχειν
ἄριστα βελτίστους. ἐγὼ δέ φημι πρῶτα μὲν δῆμον
ξύμπαν ὠνομάσθαι, ὀλιγαρχίαν δὲ μέρος, ἔπειτα
φύλακας μὲν ἀρίστους εἶναι χρημάτων τοὺς πλου-
σίους, βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετούς,
κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλούς,
καὶ ταῦτα ὁμοίως καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα ἐν
δημοκρατίᾳ ἰσομοιρεῖν. ὀλιγαρχία δὲ τῶν μὲν κιν- 2
δύνων τοῖς πολλοῖς μεταδίδωσι, τῶν δ' ὠφελί-
μων οὐ πλεονεκτεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαντ'
ἀφελομένη ἔχει· ἃ ὑμῶν οἵ τε δυνάμενοι καὶ οἱ

Cap. 39. § 1. *κατὰ τὰ μέρη* contra sermonis usum Aug. Pal. M. Cass. Cl. Ven. T. Reg. Lugd. F. C. m. Cf. adn.
§ 2. *ξύμπαν* codd. Cf. adn.

adn. III 37, 1. — *ἄρχειν ἄριστα βελτίστους* (*εἶναι*), aptissimos ad optime imperandum esse. Temere Herwerd. Stud. Thuc. p. 85 *τὰ χρήματα* et *ἄριστα* delet. — *ἐγὼ δέ φημι* ... Cum omni laude populi imperii cf. Herm. Antiqu. Gr. § I 66 et qui ibi in adn. 1 citantur. — *ὀλιγαρχίαν*, i. e. *τοὺς ὀλίγους*. Cf. VIII 68, 3. — *κρῖναι* ... *πολλούς*. Idem ab Aristotele docetur. Cf. Herm. l. l. adn. 3. Ita Athenienses *κρίνειν γε ὀρθῶς τὰ πράγματα* Pericles contendit II 40, 2. — *καὶ ταῦτα* ... *ἰσομοιρεῖν*, atque hos (*ταῦτα* propr. *τὰ τῶν πλουσίων, τῶν ξυνετῶν, τῶν πολλῶν*, i. e. *τοὺς πλουσίους κ. τ. λ.*) pariter et per partes et universos ... aequalem reipublicae partem habere (aequabiliter) reipubl. participes esse). Haec *ἰσομοιρία* aperte in eo consistit, quod *κατὰ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, ἐς τὰ κοινὰ προτιμῶνται* et eo ab *ἰσονομίᾳ* (*ἰσονομεῖσθαι* 38, 5) differt, quod ex hac *πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον μέτεστιν* (II 37, 1). Cf. Cass. Dion. fragm. 23, 5 *δημοκρατία ἐστὶν οὐ τὸ πάντας τῶν αὐτῶν ἁπλῶς τυγχάνειν, ἀλλὰ τὸ τὰ κατ' ἀξίαν ἕκαστον φέρεσθαι* et LII 4, 3, ubi *ἐν μηδενὶ πλὴν ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶσθαι* ad *ἰσομοιρίαν* refertur. *Ταῦτα* de hominibus dixit etiam Demosth. IV 8. XVIII 318. Xen. Oec. 6, 13. — *καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα*, et singillatim (ita ut in unoquoque civium genere sit aequabilitas) et universa (ita ut eadem sit inter ipsa genera). De locutione *κατὰ μέρη* cf. Plat. Theaet. 182 b. de Rep. 344 b. Tim. 55 e. Legg. 824 a. 944 a.

§ 2. *ὀλιγαρχία δέ* ... Quo certior sententia videatur, transit ad orationem rectam. — *ξύμπαντ' ἀφελομένη ἔχει*. Cf. adn. I 29, 5. Scripsimus autem *ξύμπαντ'* Herwerd. l. l. secuti, quod hic non omnes in universum res, sed omnes res utiles (*ξύμπαντα τὰ ὠφέλιμα*) designantur. — *οἵ τε δυνάμενοι καὶ οἱ νέοι*. Porti et Haasii interpretationi qui inter vos sunt et potentes et iuvenes iteratus articulus obstat. Ceterum *χρήμασι δυναμένους*

νέοι προθυμοῦνται, ἀδύνατα ἐν μεγάλῃ πόλει κατασχεῖν.

1 40. *Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, [ἢ ἀμαθέστατοί ἐστε] ὧν ἐγὼ οἶδα Ἑλλήνων, ἢ ἀδικώτατοι, εἰ εἰδότες τολμᾶτε, ἀλλ' ἤτοι μαθόντες γε ἢ μεταγνόντες τὸ τῆς πόλεως ξύμπασι κοινὸν αὔξετε, ἡγησάμενοι τοῦτο μὲν ἂν καὶ ἴσον καὶ πλέον οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν [ἧπερ τὸ τῆς πόλεως πλῆθος] μετασχεῖν, εἰ δ' ἄλλα βουλήσεσθε, κἂν τοῦ παντὸς κινδυνεῦσαι στερηθῆναι· καὶ τῶν τοιῶνδε ἀγγε-* καὶ νουθέτησις αὐτῶν.

Cap. **40.** § 1. *καὶ* ante *ἴσον* cum paucis deterioribus om. It. M. Sed *καὶ* ... *καί* iuncturam defendit *τὲ καὶ* IV 32, 3 pariter usurpatum. Cf. adn.

καὶ pro *κἂν* codd. Cf. adn. IV 117, 1.

significari ex § 1 patet. — *κατασχεῖν*, assequi. Cf. 9, 3. Diversa sunt 11, 1. 86, 3, ubi cf. adn.

Cap. **40.** § 1. *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν κ. τ. λ.* Verba Madvigio (Advers. crit. I p. 326) auctore seclusa pro interpretamento habenda sunt verborum *ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι* non solum propter intolerabilem eiusdem sententiae repetitionem, sed etiam quod *ἔτι καὶ νῦν* cum illis iunctum idoneam sententiam non praebet, quoniam antea nihil dictum est, unde exspectari possit eos non iam stultissimos esse; accedit quod *εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες* ita duobus membris *ἢ ἀμαθέστατοί ἐστε ἢ ἀδικώτατοι* praepositum est, quasi ad utrumque pertineat, quod ne cogitari quidem potest. Profecto qui accuratius totam sententiam examinaverit, facile intelleget verba *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν* adhortationem quae sequitur inducere et post interpositas compellationes *ἀλλ'* infra per epanalepsin iterari. — *ἤτοι* ... *γε* ... *ἤ*, ut 34, 2. — *μαθόντες*, ne sitis *ἀξυνετώτατοι.* — *μεταγνόντες*, ne sitis *ἀδικώτατοι.* — *τὸ* ... *κοινόν*, commune omnibus reipublicae commodum. — *τοῦτο μὲν ἂν* ... *μετασχεῖν*, hanc quae in augendo communi commodo consistit partem reipublicae bonos ex vobis cives aequabilem vel etiam maiorem habituros esse, i. e. hanc quam boni ex vobis cives habituri sint reipublicae partem aequabilem vel etiam maiorem fore. Cf. adn. IV 78, 2. Itaque *τοῦτο*, scil. *τὸ αὔξειν τὸ* ... *κοινόν*, est accusativus interioris quem dicunt obiecti. Cf. I 84, 3. II 40, 2. VII 63, 3 et adn. 17, 1. De verbis *καὶ ἴσον καὶ πλέον* cf. IV 32, 3 *κατὰ διακοσίους τε καὶ πλείους*, VII 80, 4 *τὸ ἥμισυ μάλιστα καὶ πλέον.* Nominativus *οἱ ἀγαθοί* legitur, quod hi boni pars sunt eorum, quos orator alloquitur. Cf. Matth. Gr. § 562 adn. 1. — [*ἧπερ τὸ* ... *πλῆθος*] Krueg. damnavit, quod *ἧπερ* Atticis inusitatum esset (cf. eius Synt. dial. § 69, 36) et Th. nusquam *τὸ τῆς πόλεως πλῆθος* [pro *οἱ πολλοί, τὸ πλῆθος*] dixisset. Utique genetivus interpositus sua vi (cf. Krueg. Gr. § 50, 8 adn. 7) caret.

λιῶν ὡς πρὸς αἰσθομένους καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας
ἀπαλλάγητε. ἡ γὰρ πόλις ἥδε, καὶ εἰ ἔρχονται 2
Ἀθηναῖοι, ἀμυνεῖται αὐτοὺς ἀξίως αὑτῆς, καὶ
στρατηγοί εἰσιν ἡμῖν οἳ σκέψονται αὐτά. καὶ εἰ
μή τι αὐτῶν ἀληθές ἐστιν, ὥσπερ οὐκ οἴομαι, οὐ
πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀγγελίας καταπλαγεῖσα καὶ
ἑλομένη ὑμᾶς ἄρχοντας αὐθαίρετον δουλείαν ἐπι-
βαλεῖται, αὐτὴ δ' ἐφ' αὑτῆς σκοποῦσα τούς τε

ὡς προσαισθομένους Vat. Pal., ὡς προαισθομένους It. M. H. pr. Cass., ὡς πρὸς αἰσθανομένους Laur. Aug. Gr., ὥσπερ αἰσθανομένους Cl. Ven., ὡς προαισθανομένους m. Frustra de ὡς προαισθομένους recipiendo et ἡμᾶς addendo cogitat Class. Nam de praesentiendis nuntiis in tota hac oratione nihil indicatum est. Cf. adn.

§ 2. μή om. pr. Pal., εἴ τι μὴ rec. Pal., μέν pro μή Mosqu. Cf. adn.

ἀφ' ἑαυτῆς Mosqu. K. m. Ar. Chr. Dan. Cf. adn.

Accedit quod ne schol. quidem, cuius haec sunt: οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν ἡγείσθωσαν τοῦτο καὶ ἴσον εἶναι καὶ πλέον τοῦ ἴσου, τὸ τῶν αὐτῶν μετασχεῖν ὧν καὶ πᾶσα ἡ πόλις, ea videtur legisse. Nam ad πλέον aliud quid (τοῦ ἴσου) subaudit et postrema eius verba τὸ τῶν αὐτῶν . . . ἡ πόλις seclusa nihil attingunt, sed τοῦτο (quod schol. vult τὸ . . . κοινόν esse) ἂν μετασχεῖν reddunt. — ὡς πρὸς . . . ἐπιτρέψοντας, tanquam adversus homines (arbitrati vobis rem esse cum hominibus), qui nuntii illi quales sint perspexerint neque eos admissuri sint. Cf. adn. 68, 2. — ἀπαλλάγητε, abstinete vos. Cf. Aristoph. Plut. 316 τῶν σκωμμάτων ἀπαλλαγέντες.

§ 2. ἔρχονται, in itinere sunt. — στρατηγοί. Quini deni. Vid. 72, 4. Officia eorum eadem fere atque praetorum Atheniensium fuisse ex his verbis et ex proximo capite cognoscimus. — οἳ σκέψονται αὐτά, qui rem providebunt. Cf. adn. 18, 6. 79, 4. — εἰ μή τι αὐτῶν . . .] τοῦτο ἀνταποδίδοται πρὸς ἐκεῖνο, „ἡ γὰρ πόλις ἥδε, καὶ εἰ ἔρχονται Ἀθηναῖοι, ἀμυνεῖται.“ Schol. „Εἰ μή τι αὐτῶν est quidem inusitata loquendi ratio pro εἰ μηδὲν αὐτῶν; sed negationem requirere videtur sententia contraria, id quod schol. recte observavit, illis εἰ ἔρχονται Ἀθηναῖοι.“ Arn. Cf. I 126, 1. II 15, 1. Particula καί, quae his verbis praecedit, copula est. Falso Class. hoc καὶ εἰ eodem modo accipiendum esse dicit quo superius, quod est etiamsi. Ibi enim orator adversariorum sententiam concedit, hic suam ponit. — ὥσπερ οὐκ οἴομαι, scil. τι ἀληθὲς εἶναι. Pariter nos: wie ich denn nicht daran glaube. Inutiliter igitur ὥσπερ οὖν Franz. ad Lys. p. 258. — οὐ πρὸς . . . καταπλαγεῖσα. Negatio ad totam sententiam πρὸς . . . ἐπιβαλεῖται pertinet. De πρός praep. cf. adn. II 22, 1 et II 59, 3. 88, 3. III 60. — ἐπιβαλεῖται, sibi imponet ut iugum. — ἐφ' αὑτῆς. Ἀφ' ἑαυτῆς, quod est in paucis et depravatis libris, non contemnendum visum

*λόγους ἀφ' ὑμῶν ὡς ἔργα δυναμένους κρινεῖ καὶ
τὴν ὑπάρχουσαν ἐλευθερίαν οὐχὶ ἐκ τοῦ ἀκούειν
ἀφαιρεθήσεται, ἐκ δὲ τοῦ ἔργῳ φυλασσομένη μὴ
ἐπιτρέπειν πειράσεται σῴζειν."*

1 41. *Τοιαῦτα μὲν Ἀθηναγόρας εἶπε. τῶν δὲ
στρατηγῶν εἷς ἀναστὰς ἄλλον μὲν οὐδένα ἔτι
εἴασε παρελθεῖν, αὐτὸς δὲ πρὸς τὰ παρόντα ἔλεξε*

τῶν στρατηγῶν εἷς διαλύει τὴν ἔριν.

2 *τοιάδε. „Διαβολὰς μὲν οὐ σῶφρον οὔτε λέγειν
τινὰς ἐς ἀλλήλους οὔτε τοὺς ἀκούοντας ἀποδέ-
χεσθαι, πρὸς δὲ τὰ ἐσαγγελλόμενα μᾶλλον ὁρᾶν
ὅπως εἷς τε ἕκαστος καὶ ἡ ξύμπασα πόλις καλῶς*
3 *τοὺς ἐπιόντας παρασκευασόμεθα ἀμύνεσθαι. καὶ
ἢν ἄρα μηδὲν δεήσῃ, οὐδεμία βλάβη τοῦ τε τὸ
κοινὸν κοσμηθῆναι καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ*
4 *τοῖς ἄλλοις οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται (τὴν δ' ἐπι-
μέλειαν καὶ ἐξέτασιν αὐτῶν ἡμεῖς ἕξομεν) καὶ τῶν
πρὸς τὰς πόλεις διαπομπῶν ἅμα ἔς τε κατασκο-*

Cap. **41.** § 2. *παρασκευασώμεθα* Cass. Cl. Ven. T. M. Reg. Lugd. F. C. B. K. m. Ar. Chr. Bar.

est Dukero. Sed recte Abr. contendit *ἐφ' ἑαυτῆς* esse per se, sola, *ἀφ' ἑαυτῆς* instinctu suo, non alterius hortatu, ultro, idque hic repudiandum esse. Cf. Matth. Gr. § 584 γ'. — *τούς τε . . . κρινεῖ*, considerabit sermones vestros, tanquam facta valeant (cf. adn. I 141, 1. VI 36, 2), ut facta, et perinde eos coërcebit. De *ἀπό* cf. adn. I 37, 1. Usitatius *κρινεῖ δύνασθαι* diceretur, ut scholiastes *τοὺς λόγους ὑμῶν ἴσα ἔργοις δύνασθαι κρινεῖ* scripsit; vide tamen Matth. Gr. § 569. — *ἐκ τοῦ ἀκούειν*, scil. *τοὺς λόγους ἀφ' ὑμῶν*. — *οὐχὶ . . . ἀφαιρεθήσεται*. Nos: *wird sich nicht rauben lassen*. — *ἐκ δὲ . . . ἐπιτρέπειν*, sed eo, quod factis sibi cavens non permittet id (*ἀφαιρεθῆναι ἐλευθερίαν*). Cf. I 71, 1 *οἳ ἂν . . . ἢν ἀδικῶνται δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψοντες*, ubi, ut hic, infinitivus *ἀπὸ κοινοῦ* repetendus est.

Cap. **41.** § 1. *πρὸς τὰ παρόντα*. Cf. adn. III 43, 4. Pariter § 2 *πρὸς τὰ ἐσαγγελλόμενα*.

§ 3. *τοῦ τε . . . κοσμηθῆναι*. Huic infra *καὶ τῶν . . . διαπομπῶν* adiungendum atque *τὴν δ' . . . ἕξομεν* in parenthesi collocandum esse Class. vidit. Antea cum novum enuntiatum a verbis *τὴν δ' ἐπιμέλειαν* inciperent, ex Abreschii coniectura *τοῦ γε* scribebant, quo ne tollitur quidem omnis eius comprehensionis offensio, cum *ἐξέτασιν τῶν διαπομπῶν* intellegere nequeamus. — *οἷς ἀγάλλεται*] *οἷς χαίρει*. Schol.

§ 4. *ἡμεῖς*, *οἱ στρατηγοί*. — *τῶν . . . διαπομπῶν*, quales Hermocrates 34, 1 commendavit. — *ἔς τε κατασκοπήν*,

πὴν καὶ ἤν τι ἄλλο φαίνηται ἐπιτήδειον. τὰ δὲ καὶ ἐπιμεμελήμεθα ἤδη, καὶ ὅ τι ἂν αἰσθώμεθα ἐς ὑμᾶς οἴσομεν."

Καὶ οἱ μὲν Συρακόσιοι τοσαῦτα εἰπόντος τοῦ στρατηγοῦ διελύθησαν ἐκ τοῦ ξυλλόγου.

ἐπεξέτασις καὶ ξύνταξις τῶν Ἀθηναίων ἐν Κερκύρᾳ. νῆες πρόπλοι.

42. *Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἤδη ἐν τῇ Κερκύρᾳ αὐτοί* 1 *τε καὶ οἱ ξύμμαχοι ἅπαντες ἦσαν. καὶ πρῶτον μὲν ἐπεξέτασιν τοῦ στρατεύματος καὶ ξύνταξιν ὥσπερ ἔμελλον ὁρμιεῖσθαί τε καὶ στρατοπεδεύεσθαι οἱ στρατηγοὶ ἐποιήσαντο, καὶ τρία μέρη νείμαντες ἓν ἑκάστῳ ἐκλήρωσαν, ἵνα μήτε ἅμα πλέοντες ἀπορῶσιν ὕδατος καὶ λιμένων καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐν ταῖς καταγωγαῖς, πρός τε τἆλλα*

Cap. **42.** § 1. ἓν Cl. corr. Aug., reliqui ἐν.
ἀναπλέοντες codd., cui verbo, sive in altum vehi significat, *ἐν ταῖς καταγωγαῖς* repugnat (cf. adn.), sive revehi intellegitur, rei veritas contraria est; *ἅμα πλέοντες* Valla vertens si pariter (debebat coniunctim) navigarent, quod restituit Valcken. ad Herod. VII 49.

ad explorandum, quo animo civitates in hac rerum condicione affectae sint. — *ἤν τι . . . ἐπιτήδειον*, scil. ut aut in fide eas retineamus aut ad belli societatem impellamus. Cf. 34, 1. — *τὰ δὲ καί*, aliqua ex parte vero etiam. Accusativus est idem atque in *τοῦτο μετασχεῖν* 40, 1, ubi cf. adn. — *ἐπιμεμελήμεθα* respicit ad *ἐπιμέλειαν*, *ὅ τι ἂν αἰσθώμεθα* ad *κατασκοπήν*. — *ἐς ὑμᾶς οἴσομεν*] *μηνύσομεν ὑμῖν*. Schol. Est ferre ad populum, ut alibi *ἀναφέρειν*. Frequenter apud tragicos simplex *φέρειν* nuntiare, referre valet eodemque cum sensu apud Dem. VI 28 *τοὺς ἐνεγκόντας τὰς ὑποσχέσεις* legitur. Quare non opus esse putamus Krueg. coniectura *ἀνοίσομεν* aut Herwerdeni *ἐσοίσομεν* (Stud. Thuc. p. 154). Similiter atque hic *ἐς* usurpatum est dicitur *ἔς τινα λέγειν* (I 72, 2. VI 89, 1), *ἀποφαίνεσθαι* (Dem. XIX 117), *ἀπαγγέλλειν* (ibid. 23), *διαβάλλειν* (IV 22, 3), similia.

§ 5. *διελύθησαν*, discesserunt. Cf. V 113.

Cap. **42.** § 1. *ἐπεξέτασιν*, iteratam recensionem s. lustrationem. Quanquam non commemoratum est, per se intellegitur ut in omni expeditione sic, priusquam haec classis proficisceretur, recensionem factam esse. — *ὁρμιεῖσθαί τε καὶ στρατοπεδεύεσθαι*. *Στρατοπεδεύσεσθαι* scribi non est necesse. Nam praesens secundum Krueg. Gr. § 53, 1 adn. 3 videtur interpretandum esse, ita ut non valeat castra ponere, sed habere. Cf. *ὑποδέχεται* 34, 4 ibique adn. Ac similiter *μέλλειν* inf. fut. et praes. sequitur 99, 2. Dem. XXI 55. — *τρία μέρη νείμαντες*. *Νέμειν* hic est distribuendo efficere. Cf. Krueg. Gr. § 46, 5. — *ἐκλήρωσαν*, sorte assignarunt. De quo more sortiendi cf. 62, 1 et VIII 30, 1. — *ἵνα . . . κατ-*

εὐκοσμότεροι καὶ ῥᾴους ἄρχειν ὦσι, κατὰ τέλη στρατηγῷ προστεταγμένοι.
2 ἔπειτα δὲ προύπεμψαν καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν τρεῖς ναῦς εἰσομένας αἵτινες σφᾶς τῶν πόλεων δέξονται. καὶ εἴρητο αὐταῖς προαπαντᾶν, ὅπως ἐπιστάμενοι καταπλέωσι.

43. Μετὰ δὲ ταῦτα τοσῇδε ἤδη τῇ παρασκευῇ Ἀθηναῖοι ἄραντες ἐκ τῆς Κερκύρας ἐς τὴν Σικελίαν ἐπεραιοῦντο, τριήρεσι μὲν ταῖς πάσαις τέσσαρσι καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ δυοῖν Ῥοδίοιν πεντηκοντόροιν (τούτων Ἀττικαὶ μὲν ἦσαν ἑκατόν, ὧν αἱ μὲν ἑξήκοντα ταχεῖαι, αἱ δ' ἄλλαι στρατιώτιδες, τὸ δὲ ἄλλο ναυτικὸν Χίων καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων), ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασιν ἑκατὸν καὶ πεντακισχιλίοις (καὶ τούτων Ἀθηναίων μὲν αὐτῶν ἦσαν πεντακόσιοι μὲν καὶ χίλιοι ἐκ μέγεθος τοῦ στόλου.

Cap. 43. Ῥοδίαιν C. corr. Aug. Cf. adn.

αγωγαῖς, ut neque coniunctim navigantes, si classem in itinere (cf. 44, 2. 3) appellerent (*bei ihren Landungen*), aquae et portuum, qui tantam navium multitudinem caperent, et commeatus inopia laborarent. — ῥᾴους ἄρχειν, faciliores ad regendum. — τέλη. Cf. adn. I 48, 3.

§ 2. εἰσομένας αἵτινες ... δέξονται. Alteram causam earum profectionis cognoscemus 44, 4. 46, 1. — ἐπιστάμενοι. Simul audi τίνες αὐτοὺς τῶν πόλεων δέξονται.

Cap. 43. τοσῇδε τῇ παρασκευῇ. Sic articulus ideo est collocatus, quia sententia haec est: τοσήδε ἦν ἡ παρασκευὴ μεθ' ἧς cet. — τριήρεσι ... A Th. paulo discrepat Diod. XIII 3, 7, qui triremes 140 numeret; militum omnium numerum dicit plus 7000 fuisse, quod cum Th. ratione, apud quem sunt 7180, convenit. Cum Th. consentit Plut. Alc. 20. De numero navium et copiarum ab Atheniensibus in Siciliam tramissarum vid. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 370 sq. 401. — Ῥοδίοιν. Usitatius esset Ῥοδίαιν, ut Κορινθίαιν VI 104, 1, Λεσβίαιν V 84, 1. Ῥοδίους ναῦς tamen Memnon apud Phot. Bibl. II p. 224 col. b. Cf. ἁρμονία Δώριος καὶ Φρύγιος ἄλλη καὶ Λύδιος Dio Chrys. II p. 21 Reisk. et Matth. Gr. § 117, 8. Dualis licentia igitur minus recte excusat Krueg. Gr. § 58, 1 adn. 3. — ὧν αἱ μὲν ἑξήκοντα. De articulo cf. adn. I 116, 1. — ταχεῖαι. Cf. adn. 31, 3. — στρατιώτιδες. Cf. schol. adscr. ad I 116, 1. „Illae στρατιώτιδες sunt eaedem, quas 31, 3 ὁπλιταγωγούς dixerat Thucydides." Duk. Νῆες igitur illic sunt τριήρεις, ut τριήρεις ἱππαγωγοί commemorantur apud Demosth. IV 16, ubi cf. Saupp. — ἐκ καταλόγου, ex albo militari delecti, in quo exceptis thetibus tres priores civium classes

καταλόγου, ἑπτακόσιοι δὲ θῆτες ἐπιβάται τῶν νεῶν, ξύμμαχοι δὲ οἱ ἄλλοι ξυνεστράτευον, οἱ μὲν τῶν ὑπηκόων, οἱ δ' Ἀργείων πεντακόσιοι καὶ Μαντινέων καὶ * * μισθοφόρων πεντήκοντα καὶ διακόσιοι), τοξόταις δὲ τοῖς πᾶσιν ὀγδοήκοντα καὶ τετρακοσίοις (καὶ τούτων Κρῆτες οἱ ὀγδοήκοντα ἦσαν), καὶ σφενδονήταις Ῥοδίων ἑπτακοσίοις, καὶ Μεγαρεῦσι ψιλοῖς φυγάσιν εἴκοσι καὶ ἑκατόν, καὶ ἱππαγωγῷ μιᾷ τριάκοντα ἀγούσῃ ἱππέας.

ταύτη δὴ τῇ παρασκευῇ διαβαλόντες τὸν Ἰόνιον

44. Τοσαύτη ἡ πρώτη παρασκευὴ πρὸς τὸν 1
πόλεμον διέπλει. τούτοις δὲ τὰ ἐπιτήδεια ἄγουσαι ὁλκάδες μὲν τριάκοντα σιταγωγοί, καὶ τοὺς σιτο-

conscriptae erant. Cf. VII 20, 2. Wachsm. Antiqu. II p. 312. Schoem. Antiqu. iur. p. 258. Antiqu. Gr. I p. 448. — θῆτες, infima Atheniensium classis. — ἐπιβάται τῶν νεῶν. „Itaque ἐπιβάται, quanquam in gravis armaturae militibus numerantur, ex thetibus delecti sunt. Semel naves Athenienses ἐπιβάταις superiorum classium sive ἐκ καταλόγου completae sunt (VIII 24, 2), sed huius rei mentio fit, quia inusitata erat et tempore periculosissimo facta. [Cf. Herm. Antiqu. Gr. § 108 adn. 15.] Thetes cum gravis armaturae militum stipendia facerent, publice armatos esse credibile est. Vid. Boeckh. Oecon. civ. Athen. I p. 650. [De ἐπιβάταις sive classiariis ipsis cf. adn. III 95, 2.] Iam in adn. ad III 95 autem, quomodo septingentorum classiariorum numerus in classe centum navium explicandus esset, me ignorare confessus sum. Navibus milites transvehentibus classiarii in ipso traiectu non opus fuisse videantur, et quod magna copia gravis armaturae militum ἐκ καταλόγου fuit, qui, si necesse esset, naves implerent, id ipsum forsitan Athenienses, ut pro denis septeni in singulis navibus essent, adduxerit." Arn. — ξύμμαχοι. „Scil. ὡς ξ. vel ξύμμαχοι ὄντες, ut (tanquam) socii." Bau. ὑπηκόων. Hos fuisse 2150 ex reliquis numeris per se liquet. Itaque hunc numerum, quem hic excidisse putat Krueg., addi non erat necesse. — Μαντινέων καὶ μισθοφόρων. Cum in enumeratione sociorum Atheniensium VII 57, 9 afferantur Μαντινῆς καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι, Mantinenses mercennarios fuisse et hic post καί aliquid excidisse cognoscitur, quod fuisse ἄλλων Ἀρκάδων ex eodem loco probabiliter coni. Class. — οἱ ὀγδοήκοντα, octoginta illi, qui erant praeter quadringentos. — φυγάσι. De his cf. IV 74, 2. — ἱππαγωγῷ. De his navibus cf. adn. II 56, 2. Duk. semper discerni ὁπλιταγωγούς sive στρατιώτιδας (apud Diod. alicubi στρατιωτικάς) et ἱππαγωγούς sive ἱππηγούς demonstrat.

Cap. 44. § 1. ἡ πρώτη παρασκευή. Nam postea altera classis priori subsidio missa est. Cf. VII 16. 20. — τούτοις. Referri ad παρασκευήν per synesin, quia constet e navibus et hominibus, adnotat Bau. Cf. Matth. Gr. § 434, 2b. — τοὺς σιτοποιούς. Quorum

ποιοὺς ἔχουσαι καὶ λιθολόγους καὶ τέκτονας καὶ ὅσα ἐς τειχισμὸν ἐργαλεῖα, πλοῖα δὲ ἑκατὸν [ἃ] ἐξ ἀνάγκης μετὰ τῶν ὁλκάδων ξυνέπλει· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πλοῖα καὶ ὁλκάδες ἑκούσιοι ξυνηκολούθουν τῇ στρατιᾷ ἐμπορίας ἕνεκα· ἃ τότε πάντα ἐκ τῆς Κερκύρας ξυνδιέβαλλε τὸν Ἰόνιον κόλπον.

2 καὶ προσβαλοῦσα ἡ πᾶσα παρασκευὴ πρός τε ἄκραν Ἰαπυγίαν καὶ πρὸς Τάραντα καὶ ὡς ἕκαστοι ηὐπόρησαν, παρεκομίζοντο τὴν Ἰταλίαν, τῶν μὲν πόλεων οὐ δεχομένων αὐτοὺς ἀγορᾷ οὐδὲ ἄστει, ὕδατι δὲ καὶ ὅρμῳ, Τάραντος δὲ καὶ Λοκρῶν οὐδὲ τούτοις, ἕως ἀφίκοντο ἐς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας

3 ἀκρωτήριον. καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἠθροίζοντο, καὶ ἔξω τῆς πόλεως, ὡς αὐτοὺς ἔσω οὐκ ἐδέχοντο, στρατόπεδόν τε κατεσκευάσαντο ἐν τῷ τῆς Ἀρτέ-

παρεκομίζοντο τὴν Ἰταλίαν οὐ μάλα δεχομένων αὐτοὺς τῶν Ἰταλιωτῶν, ἕως ἀφίκοντο ἐς Ῥήγιον, ἐφ' ᾧ στρατοπεδεύονται.

Cap. 44. § 1. ἃ om. Cl. Ven., quo aptior et facilior fit verborum structura. Nam ne servato pronomine infra scriptum ξυνηκολούθουν ad ὁλκάδες quoque et πλοῖα cogitemus, cum eius verbi collocatio tum τῇ στρατιᾷ abundanter additum dissuadet.

§ 2. εὐπόρησαν codd. Cf. ad. IV 54, 1.

§ 3. εἴσω codd. Cf. ad. 57, 3.

c. 22 mentio est facta. — λιθολόγους καὶ τέκτονας. Sic iterum VII 43, 2. Τέκτονας καὶ λιθουργούς appellavit V 82, 6, ubi de τέκτοσι vid. adn. — ἐξ ἀνάγκης, necessario. „Non liquet, quae illa necessitas fuerit. An hoc vult Thucydides, haec privatorum navigia fuisse et auctoritate publica classem sequi coacta, quod comprehendere naves dicunt Latini? Ita sane verum; nam si publica fuissent, nulla causa esset, cur id magis de his solis diceret quam de omnibus aliis. Eodem modo fortassis intellegendum est quod supra c. 22 dicit σιτοποιοὺς ἐκ τῶν μυλώνων ἠναγκασμένους ἐμμίσθους.“ Duk. Recte. Haec ἐξ ἀνάγκης autem non ad sola centum navigia, sed etiam ad triginta onerarias naves referri vidit Abr. Id enim fieri debere inde, quod paulo post non solum πλοῖα, sed ὁλκάδες quoque ἑκούσιοι commemorantur, certum est. — ἐμπορίας ἕνεκα. Cf. adn. 31, 5. — ξυνδιέβαλλε] συνδιεπεραιώθη. Schol. Cf. adn. II 83, 3.

§ 2. προσβαλοῦσα. Cf. adn. 4, 5. — ἄκραν Ἰαπυγίαν. Cf. adn. 30, 1. — ηὐπόρησαν. Simul audi ex superioribus προσβάλλειν. — Ἰταλίαν. Cf. adn. VII 38, 4. — τῶν μὲν πόλεων . . . καὶ ὅρμῳ, urbibus non vendentibus iis commeatum nec intra moenia recipientibus, sed permittentibus aquam et stationem (*Rhede*). Illustrat Diod. XIII 3, 4. Ceterum dativo ὕδατι confirmantur quae de verbis δέχεσθαί τινά τινι adnotata sunt ad IV 103, 4. — Ῥήγιον . . . ἀκρωτήριον. Cf. IV 24, 4.

§ 3. ἐνταῦθα ἤδη. Non opus est δή rescribi. Postquam,

μιδος ἱερῷ, οὗ αὐτοῖς καὶ ἀγορὰν παρεῖχον, καὶ τὰς ναῦς ἀνελκύσαντες ἡσύχασαν. καὶ πρὸς [τε] τοὺς Ῥηγίνους λόγους ἐποιήσαντο, ἀξιοῦντες Χαλκιδέας ὄντας Χαλκιδεῦσιν οὖσι Λεοντίνοις βοηθεῖν· οἱ δὲ οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἔφασαν ἔσεσθαι, ἀλλ' ὅ τι ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰταλιώταις ξυνδοκῇ, τοῦτο ποιήσειν. οἱ δὲ πρὸς τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ 4
πράγματα ἐσκόπουν ὅτῳ τρόπῳ ἄριστα προσοίσονται· καὶ τὰς πρόπλους ναῦς ἐκ τῆς Ἐγέστης ἅμα προσέμενον, βουλόμενοι εἰδέναι περὶ τῶν χρημάτων εἰ ἔστιν ἃ ἔλεγον ἐν ταῖς Ἀθήναις οἱ ἄγγελοι.

Συρακόσιοι δ' ἐν τούτῳ παρασκευάζονται ἐκ παντὸς τρόπου.

45. Τοῖς δὲ Συρακοσίοις ἐν τούτῳ πολλαχόθεν τε ἤδη καὶ ἀπὸ τῶν κατασκόπων σαφῆ ἠγγέλλετο ὅτι ἐν Ῥηγίῳ αἱ νῆές εἰσι, καὶ ὡς ἐπὶ τούτοις παρεσκευάζοντο πάσῃ τῇ γνώμῃ καὶ οὐκ-

τε om. Cl. Ven. Non potest καὶ ... τέ pro καὶ ... δέ dictum esse, ut explicavit Matth. Gr. § 626 p. 1504 eumque secutus Class. Nam cum eius rei apud reliquos Atticos scriptores certa exempla desint, quoniam saepissime in libris ms. τέ et δέ inter se mutata sunt, non nimis confidendum est eorum memoriae I 9, 3 et VIII

ex quo Corcyra profecti erant, fuerunt disiuncti, ibi iam congregabantur. — ἱερῷ. Non νεῷ. Cf. adn. IV 90, 2 et de re III 96, 1. — ἀγορὰν παρεῖχον] οἱ Ῥηγῖνοι δηλονότι. Schol. Quod idem iam ad ἐδέχοντο potuit adnotari. De re cf. adn. I 62, 1. — Χαλκιδέας ὄντας. Cf. Strab. p. 257 et Herm. Antiqu. Gr. I § 82, 9. — Χαλκιδεῦσι ... Λεοντίνοις. Cf. 3, 3. — οὐδὲ μεθ' ἑτέρων. Cf. adn. II 67, 4. — Ἰταλιώταις, Graecis in Italia habitantibus.

§ 4. πρὸς τὰ ... πράγματα cum προσοίσονται iunge. Cf. V 105, 4. — τὰς πρόπλους ναῦς. „Tres naves ad speculandum missas. [Vid. 42, 2 et 46, 1.] Lembos fuisse opinato [Dorvillio ad Char. p. 698] adstipulari non possum; nam his confidere non poterant; sed potius tres velocissimarum triremium videntur fuisse, quae classem Syracusanam, si altum teneret, effugerent.“ Bloomf. — εἰ ἔστιν, num revera adessent. Cf. 6, 3 εἰ ὑπάρχει.

Cap. 45. σαφῆ ἠγγέλλετο, i. e. σαφεῖς ἀγγελίαι ἠγγέλλοντο. Σαφῆ pro σαφῶς dictum esse male defendit Bloomf. — ὡς ἐπὶ τούτοις παρεσκευάζοντο. „Puto hoc ita dici ut παρασκευάζεσθαι, ἑτοιμάζεσθαι, διατάσσεσθαι ὡς ἐπὶ μάχῃ, ναυμαχίᾳ et alia huiusmodi, quae centies in Thucydide leguntur.“ Duk. At in his ἐπί de consilio rei gerendae legitur, quod hic non est aptum. Interpretandum igitur est ut in hac rerum condicione (ita rem esse persuasum habentes) bellum parabant. Similiter infra ὡς ἐπὶ ταχεῖ πολέμῳ. Praeterea de ἐπί praepos. cf. I 70, 3. VI 20, 1. Eur. Iph. Taur. 471. — πάσῃ τῇ γνώ-

ἔτι ἠπίστουν. καὶ ἔς τε τοὺς Σικελοὺς περιέπεμπον, ἔνθα μὲν φύλακας, πρὸς δὲ τοὺς πρέσβεις, καὶ ἐς τὰ περιπόλια τὰ ἐν τῇ χώρᾳ φρουρὰς ἐσεκόμιζον, τά τε ἐν τῇ πόλει ὅπλων ἐξετάσει καὶ ἵππων ἐσκόπουν εἰ ἐντελῆ ἐστι, καὶ τἆλλα ὡς ἐπὶ ταχεῖ πολέμῳ καὶ ὅσον οὐ παρόντι καθίσταντο.

1 46. Αἱ δ' ἐκ τῆς Ἐγέστης τρεῖς νῆες αἱ πρόπλοι παραγίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὸ Ῥήγιον, ἀγγέλλουσαι ὅτι τἆλλα μὲν οὐκ ἔστι χρήματα ἃ ὑπέσχοντο, τριάκοντα δὲ τάλαντα μόνα φαίνεται.
2 καὶ οἱ στρατηγοὶ εὐθὺς ἐν ἀθυμίᾳ ἦσαν ὅτι αὐτοῖς τοῦτό τε πρῶτον ἀντεκεκρούκει καὶ οἱ Ῥηγῖνοι οὐκ ἐθελήσαντες ξυστρατεύειν, οὓς πρῶτον ἤρξαντο πείθειν καὶ εἰκὸς ἦν μάλιστα, Λεοντίνων τε ξυγ-

αἱ δὲ πρόπλοι νῆες ἐπανελθοῦσαι Ἐγεσταίων τέχνασμα ἀγγέλλουσιν, ὅθεν ἀθυμία γίγνεται τῶν στρατηγῶν, οἳ βουλεύονται.

68, 2, sed *καὶ . . . δέ* rescribendum; VI 45, 1. 103, 4 autem item a Class. allata huc non pertinent. Quod vero L. Herbst. (Philol. XXIV p. 720) verbis *πρός τε . . . ἐποιήσαντο* infra variata structura *οἱ δὲ . . . ἐσκόπουν* pro *καὶ . . . ἐσκόπουν* respondere putat, talis enormitatis apud Th. exempla neque nos novimus neque ille attulit.

μῃ, toto animo, i. e. omni studio. — *οὐκέτι*. Cf. 32, 8. — *ἔνθα μὲν . . . πρὸς δὲ τούς*, i. e. *πρὸς μὲν τοὺς ὑπηκόους . . . πρὸς δὲ τοὺς αὐτονόμους*. Cf. 34, 1 *ἐς τοὺς Σικελοὺς πέμποντες τοὺς μὲν μᾶλλον βεβαιωσώμεθα, τοῖς δὲ φιλίαν καὶ ξυμμαχίαν πειρώμεθα ποιεῖσθαι* et ibi adn. De collocatione verborum *πρὸς δὲ τούς* vid. adn. III 61, 1. Pro *ἔνθα μέν* frustra *ἐς τὰ μέν* conicit Krueg. Cf. Matth. Gr. § 289 adn. 6 et quae de similibus inaequalitatibus adnotantur ab Herm. ad Vig. § 14. 15. 258. — *περιπόλια*. Cf. adn. III 99. „Templum Iovis Olympii unum fuit ex his castellis. Vid. c. 70. [75.] Dionysius Hal. hoc vocabulo de variis castellis agri Romani, in quae incolae inter irruptiones Aequorum, Volscorum aliorumque confugere solebant, utitur. Vid. Antiqu. Rom. IX 56.“ Arn. — *ὅπλων . . . καὶ ἵππων*. Hoplitarum et equitum magis quam armorum et equorum lustrationem sibi significari videri adnotat Bred. Cf. adn. IV 74, 3 et I 81, 1. — *ταχεῖ*] *ἐν συντόμῳ ἐσομένῳ*. Schol.

Cap. 46. § 1. *αἱ δ' ἐκ τῆς Ἐγέστης . . .* Vid. 44, 4 et de *ἐκ* cf. adn. I 8, 2. — *φαίνεται*, comparent, ut § 4 *φαινομένων*.

§ 2. *ἀντεκεκρούκει*] *παρὰ γνώμην ἀπηντήκει, ἀπεβεβήκει*. Schol. Cf. Bloomf. — *καὶ οἱ Ῥηγῖνοι . . . ξυστρατεύειν*, et quod Rhegini una cum iis militare recusaverant. Cf. adn. IV 68, 1. — *πρῶτον ἤρξαντο*. Herwerd. Stud. Thuc. p. 85 *πρώτους* coni. Sed significatur hoc primum fuisse persuadendi initium. Cf. I 103, 4. II 86, 1. — *εἰκὸς ἦν*] *συστρατεύειν δηλονότι*. Schol. Nisi mavis *πεί-*

γενεῖς ὄντας καὶ σφίσιν ἀεὶ ἐπιτηδείους. καὶ τῷ μὲν Νικίᾳ προσδεχομένῳ ἦν τὰ παρὰ τῶν Ἐγεσταίων, τοῖν δὲ ἑτέροιν καὶ ἀλογώτερα. οἱ δὲ 3
Ἐγεσταῖοι τοιόνδε τι ἐξετεχνήσαντο τότε ὅτε οἱ πρῶτοι πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων ἦλθον αὐτοῖς ἐς τὴν κατασκοπὴν τῶν χρημάτων. ἔς τε τὸ ἐν Ἔρυκι ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης ἀγαγόντες αὐτοὺς ἐπέδειξαν τὰ ἀναθήματα, φιάλας τε καὶ οἰνοχόας καὶ θυμιατήρια καὶ ἄλλην κατασκευὴν οὐκ ὀλίγην, ἃ ὄντα ἐπάργυρα πολλῷ πλείω τὴν ὄψιν ἀπ᾽ ὀλίγης δυνάμεως χρημάτων παρείχετο, καὶ ἰδίᾳ ξενίσεις ποιούμενοι τῶν τριηριτῶν τά τε ἐξ αὐτῆς Ἐγέστης ἐκπώματα καὶ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ ξυλλέξαντες καὶ τὰ ἐκ τῶν ἐγγὺς πόλεων καὶ Φοινικικῶν καὶ Ἑλληνίδων αἰτησάμενοι ἐσέφερον ἐς τὰς ἑστιάσεις ὡς οἰκεῖα ἕκαστοι. καὶ πάντων ὡς ἐπὶ 4

Cap. 46. § 3. ὄντα ἀργυρᾶ codd. Cf. adn.

σαι ξυστρατεύειν audire. — τῷ μὲν Νικίᾳ. Cf. 22 extr. — προσδεχομένῳ ἦν. Cf. adn. II 3, 2. 60, 1. — καὶ ἀλογώτερα, etiam magis inopinata (*gegen ihre Rechnung*) quam Rheginorum recusatio. Frustra Herw. l. l. superlativum requirit.

§ 3. τοιόνδε τι. De re cf. Polyaen. VI 21. — οἱ πρῶτοι πρέσβεις. Vid. 6, 3. 8, 1. — ἔς τε. Ad τέ refertur id καί, quod ante ἰδίᾳ legitur. — τὸ . . . Ἀφροδίτης. De hoc templo dixerunt Polyb. I 55, 8. Diod. IV 83, 2 sqq. Strab. p. 272. interpr. Tac. ad Annal. IV 43. — κατασκευήν. Cf. adn. I 10, 2. — ἐπάργυρα. In codd. argentea sunt. Sed quomodo, si revera argentea fuerunt, cum parvi pretii essent, multo maioris speciem praebere potuerint, nequaquam liquet. Recepimus igitur Meinek. (Herm. III p. 372) emendationem. Quae contra dicit Class. quid valeant, non intellegimus. — ἀπ᾽ ὀλίγης δυνάμεως. De δυνάμεως voce cf. adn. II 97, 3, de ἀπό praepos. adn. I 91, 7. V 89. — ξενίσεις. „Hoc τραχύ, inquit Pollux VI 7.“ Wass. „Thom. Mag. in ξενίζω inter Attica vocabula numerat ex h. l.“ Duk. Cf. Lob. ad Phryn. p. 351. — τά τε . . . ἐκπώματα καὶ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, cum articulus ante adiectiva non repetitus sit, valent pocula sive aurea sive argentea erant. Pariter nos: *die Trinkgefäsze sowohl goldene als silberne*. Pariter infra καὶ Φοινικικῶν καὶ Ἑλληνίδων. Cf. 61, 5. VIII 28, 4. adn. V 99. VI 37, 1. — αἰτησάμενοι] χρησάμενοι. τὸ δὲ αἰτήσαντες ἀντὶ τοῦ λαβόντες ἄνευ τοῦ μέλλειν ἀποδώσειν. Schol. De quo discrimine activi et medii, quod alii quoque grammatici tradunt, vid. Valck. Animadv. ad Ammon. p. 12 sq.

το πολὺ τοῖς αὐτοῖς χρωμένων καὶ πανταχοῦ πολλῶν φαινομένων μεγάλην τὴν ἔκπληξιν τοῖς ἐκ τῶν τριήρων Ἀθηναίοις παρεῖχε, καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας διεθρόησαν ὡς χρήματα πολλὰ ἴδοιεν. καὶ οἱ μὲν αὐτοί τε ἀπατηθέντες καὶ τοὺς ἄλλους τότε πείσαντες, ἐπειδὴ διῆλθεν ὁ λόγος ὅτι οὐκ εἴη ἐν τῇ Ἐγέστῃ τὰ χρήματα, πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. οἱ δὲ στρατηγοὶ πρὸς τὰ παρόντα ἐβουλεύοντο.

47. Καὶ Νικίου μὲν ἦν γνώμη πλεῖν ἐπὶ Σελινοῦντα πάσῃ τῇ στρατιᾷ, ἐφ' ὅπερ μάλιστα ἐπέμφθησαν, καὶ ἢν μὲν παρέχωσι χρήματα παντὶ τῷ στρατεύματι Ἐγεσταῖοι, πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι, εἰ δὲ μή, ταῖς ἑξήκοντα ναυσίν, ὅσασπερ ᾐτήσαντο, ἀξιοῦν διδόναι αὐτοὺς τροφήν, καὶ παραμείναντας Σελινουντίους ἢ βίᾳ ἢ ξυμβάσει διαλλάξαι αὐτοῖς, καὶ οὕτω, παραπλεύσαντας τὰς ἄλλας πόλεις καὶ ἐπιδείξαντας μὲν τὴν δύναμιν τῆς Ἀθηναίων πόλεως, δηλώσαντας δὲ τὴν ἐς τοὺς φίλους καὶ ξυμμάχους προθυμίαν, ἀποπλεῖν

α'. Νικίου γνώμη.

§ 4. **πανταχοῦ πολλῶν φαινομένων . . . παρεῖχε.** Ad *παρεῖχε* simul audi *αὐτά*, i. e. *τα φαινόμενα*, et de genetivis absol. cf. Krueg. Gr. § 47, 4 adn. 2. — **τοῖς ἐκ τῶν τριήρων.** Sunt quos paulo ante *τριηρίτας* dixerat. Et *ἐκ* scriptum est, quod illi tunc e triremibus egressi erant. — **διεθρόησαν**, i. e. *διεθρύλησαν*. Cf. VIII 91, 1 et de re vid. 8, 2.

§ 5. **διῆλθεν**, dimanavit, ut aliquotiens hoc verbum legitur apud Xenoph. — **πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν στρ.** Ὑπό positum est propter vim passivam verborum *αἰτίαν ἔχειν*, de quibus vid. adn. III 13, 7. Cf. Plat. Apol. 38c *ὄνομα ἕξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βουλομένων τὴν πόλιν λοιδορεῖν*, Xen. Anab. VII 6, 15. Krueg. Gr. § 52, 3 adn. 3. Contra *ἐν αἰτίᾳ ἔχειν* activam vim habent. Vid. adn. II 59, 2. — **πρός.** Cf. adn. c. 47.

Cap. 47. **Νικίου ἦν γνώμη πλεῖν.** Paulo aliter *ὑμῖν γνώμη ἐστί* sq. inf. I 53, 2, ubi cf. adn. Haec comparanda sunt cum I 62, 3 *ἦν ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως . . . ἐπιτηρεῖν*. De articulo omisso cf. adn. II 12, 2. — **ἐφ' ὅπερ.** Cf. adn. I 59, 2. — **πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι.** *Πρός*, quod interdum de apud hoc verbum interpretati sunt, esse **pro**, **ad**, ex hic perspicuum est. Cf. adn. 41, 1 et VII 47, 1. — **ὅσασπερ ᾐτήσαντο.** Vid. 8, 1. *Ὅσος* autem recte dictum est, quia hunc numerum navium, non ipsas illas, quas Athenienses miserunt, Segestani petiverant. — **αὐτοῖς]** *τοῖς Ἐγεσταίοις*. Schol. — **καὶ οὕτω . . .** Cum his cf. Plut.

οἴκαδε, ἢν μή τι δι' ὀλίγου καὶ ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου ἢ Λεοντίνους οἷοί τε ὦσιν ὠφελῆσαι ἢ τῶν ἄλλων τινὰ πόλεων προσαγαγέσθαι, καὶ τῇ πόλει δαπανῶντας τὰ οἰκεῖα μὴ κινδυνεύειν.

β'. *Ἀλκιβιάδου γνώμη.*

48. *Ἀλκιβιάδης δὲ οὐκ ἔφη χρῆναι τοσαύτῃ δυνάμει ἐκπλεύσαντας αἰσχρῶς καὶ ἀπράκτους ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἔς τε τὰς πόλεις ἐπικηρυκεύεσθαι πλὴν Σελινοῦντος καὶ Συρακουσῶν τὰς ἄλλας, καὶ πειρᾶσθαι καὶ τοὺς Σικελοὺς τοὺς μὲν ἀφιστάναι ἀπὸ τῶν Συρακοσίων, τοὺς δὲ φίλους ποιεῖσθαι, ἵνα σῖτον καὶ στρατιὰν παρέχωσι, πρῶτον δὲ πείθειν Μεσσηνίους (ἐν πόρῳ γὰρ μάλιστα καὶ προσβολῇ εἶναι αὐτοὺς τῆς Σικελίας, καὶ λιμένα καὶ ἐφόρμησιν τῇ στρατιᾷ ἱκανωτάτην ἔσεσθαι), προσαγαγομένους δὲ τὰς πόλεις, εἰδότας μεθ' ὧν τις πολεμήσει, οὕτως ἤδη Συρακούσαις*

Cap. 48. *ἀπράκτως* codd. Cf. adn. *ἔχωσι* codd. Cf. adn.

Nic. 14. — *δι' ὀλίγου*, brevi, intra breve tempus. Cf. adn. 11, 4. — *ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου* = *ἀδοκήτως*. Cf. adn. I 35, 4. — *καὶ τῇ πόλει ... μὴ κινδυνεύειν*, et ne rempublicam in periculum adducerent domestica (i. e. ipsorum reipublicae bona, quibus ex adverso cogitantur aliorum, quibus auxilium ferunt, bona) consumentes. De verbis *κινδυνεύειν τῇ πόλει* cf. adn. II 65, 7.

Cap. 48. *ἀπράκτους* rescribendum est; nam *ἄπρακτοι ἀπῆλθον* (*ἀπεχώρησαν*), *ἀπράκτους ἀπέπεμψαν*, similia, dicit Thuc. Neque obstat quod *αἰσχρῶς* praecedit. Cf. adn. III 4, 2. — *ἐπικηρυκεύεσθαι*, legatos mittere *περὶ σπονδῶν*. Cf. 52, 1 et adn. VII 48, 2. — *ἵνα ... παρέχωσι*. Quod in codd. legitur *ἵνα ... ἔχωσι* scil. *οἱ Ἀθηναῖοι* ita dictum est, quasi sine frumento (cf. 22. 30, 1) et exercitu Athenienses advenerint. Neque hanc offensionem Class. sustulit *ἔχειν* licentius interpretatus semper paratum habere (*immer zur Verfügung haben*). Nam haec neque potest esse verbi *ἔχειν* sententia neque, si posset, satis apta esset, quoniam ab ipsis Siculis frumentum et copias praeberi significandum est. Facillima emendatione *παρέχωσι* de Siculis dictum restituit Madvig. Adv. crit. I p. 327. — *ἐν πόρῳ ... Σικελίας*, habitare enim eos ubi facillimus esset in Siciliam traiectus (cf. I 120, 2) atque appulsus (cf. IV 1, 2. VII 4, 7). — *ἐφόρμησιν* a verbo *ἐφορμεῖν* derivatum valet stationem, unde hostes observarent iisque insidiarentur. Cf. adn. II 89, 9 et infra adn. 49, 4. — *μεθ' ὧν τις πολ.*] *τίνας ἔχουσι* (immo *ἕξουσι*) *συμμάχους*. Schol. De pronomine indefinito cf. adn. IV

καὶ Σελινοῦντι ἐπιχειρεῖν, ἢν μὴ οἱ μὲν Ἐγεσταίοις ξυμβαίνωσιν, οἱ δὲ Λεοντίνους ἐῶσι κατοικίζειν.

1 49. Λάμαχος δὲ ἄντικρυς ἔφη χρῆναι πλεῖν ἐπὶ Συρακούσας καὶ πρὸς τῇ πόλει ὡς τάχιστα τὴν μάχην ποιεῖσθαι, ἕως ἔτι ἀπαράσκευοί τέ εἰσι
2 καὶ μάλιστα ἐκπεπληγμένοι. τὸ γὰρ πρῶτον πᾶν στράτευμα δεινότατον εἶναι· ἢν δὲ χρονίσῃ πρὶν ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, τῇ γνώμῃ ἀναθαρσοῦντας ἀνθρώπους καὶ τῇ ὄψει καταφρονεῖν μᾶλλον. αἰφνίδιοι δὲ ἢν προσπέσωσιν, ἕως ἔτι περιδεεῖς προσδέχονται, μάλιστ' ἂν σφεῖς περιγενέσθαι καὶ κατὰ

γʹ. Λαμάχου γνώμη.

Cap. 49. § 2. αἰφνίδιον codd. longe plurimi. Sed in talibus Th. aut adiectivo utitur ad subiectum applicato (IV 75, 2. 78, 4. VIII 14, 1. 28, 2) aut adverbio αἰφνιδίως (II 53, 1. IV 96, 5. V 8, 4. 9, 7. VII 3, 1. 23, 1). Neque αἰφνίδιον adverbialiter positum invenitur nisi apud posterioris aetatis scriptores, qui ita saepius neutris adiectivorum utuntur.

σφᾶς codd. Emend. Bekk. Cf. adn.

18, 4. V 14, 4. — οἱ μέν, scil. Σελινούντιοι. — οἱ δέ, scil. Συρακόσιοι. Cf. Krueg. Gr. § 58, 4 adn. 2.

Cap. 49. § 1. ἄντικρυς... „Male Port. palam dixit; cur enim dissimularet, aut quid? Immo ἄντικρυς refer ad πλεῖν, recta." Bau. Cf. adn. II 4, 5. Cum tota sententia cf. Plut. Nic. 14. — πλεῖν ἐπὶ Συρακούσας. Id optimum fuit consilium; nam quod non statim Syracusas adorti essent, maxime nocuisse Atheniensibus docet Aristid. I p. 363 sq. Cf. infra VII 42, 3. — καὶ πρὸς τῇ πόλει.. τὴν μάχην ποιεῖσθαι. Portus: et primo quoque tempore proelium [quod committendum esset: τὴν μ.] ad urbem committendum. Significare potius et portis Syracusarum ... bellum admovendum, ad urbem bellum gerendum suspicantur Bau. et alii. Sed sic τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι dicendum erat. Plutarchus l. d. μάχην ἔγγιστα τῆς πόλεως τιθέναι scripsit.

§ 2. τὸ γὰρ πρῶτον cet. Cf. Aristid. I p. 381. — καὶ τῇ ὄψει utrum cum ἀναθαρσοῦντας sic, ut καί sit et, an cum καταφρονεῖν sic, ut καί sit etiam, iungenda sint, dubitant interpretes. Illud probat Krueg. ad Dion. p. 185 comparans IV 84, 1 et VI 81, 1. At non ipso aspectu, sed tardato aspectu animum capiunt. Itaque cum alterum, cui etiam concinnitas faveat, praeferendum sit, interpretamur etiam aspectu contemnere (contemptione affici). Cf. adn. III 97, 2. 98, 5. Bloomfieldius, qui τῇ ὄψει pro ἐν τῇ ὄψει, cum viderint, positum censens id recte fieri demonstratione non egere existimat, satis neglegenter doctrinam casuum tractavit. Cf. Krueg. Gr. § 48, 2 adn. 6. — προσδέχονται. Audi οἱ Συρακόσιοι. — σφεῖς. Cf. adn. V 114, 5. Nominativus rescribendus erat, quod huic soli quod

πάντα ἂν αὐτοὺς ἐκφοβῆσαι, τῇ τε ὄψει (πλεῖστοι γὰρ ἂν νῦν φανῆναι) καὶ τῇ προσδοκίᾳ ὧν πείσονται, μάλιστα δ' ἂν τῷ αὐτίκα κινδύνῳ τῆς μάχης (εἰκὸς δὲ εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς πολλοὺς 3
ἀποληφθῆναι ἔξω διὰ τὸ ἀπιστεῖν σφᾶς μὴ ἥξειν), καὶ ἐσκομιζομένων αὐτῶν τὴν στρατιὰν οὐκ ἀπορήσειν χρημάτων, ἢν πρὸς τῇ πόλει κρατοῦσα καθέζηται· τούς τε ἄλλους Σικελιώτας οὕτως ἤδη 4
μᾶλλον καὶ ἐκείνοις οὐ ξυμμαχήσειν καὶ σφίσι προσιέναι καὶ οὐ διαμελλήσειν περισκοποῦντας ὁπότεροι κρατήσουσι. ναύσταθμον δὲ ἐπαναχωρήσαντας καὶ ἐφόρμησιν τὰ Μέγαρα ἔφη χρῆναι

§ 3. *ἀπολειφθῆναι* It. Vat. M. Lugd. Dan. Cl. Ven. H. I. Sed hic non apta est relinquendi, sed intercipiendi notio.
§ 4. *ἐφορμηθέντας Μέγαρα* codd. Cf. adn.

sequitur *πλεῖστοι* convenit. Nam quod post *σφᾶς* in libris traditum ideo *πλεῖστοι* scriptum esse volunt, ne ambiguum esset, an *πλείστους* ad superius *αὐτούς* referretur, ipsa haec casuum discrepantia mutatione tam facili et paene nulla evitatur, ut Th., si pronominis accusativum scripsisset, molestum atque hiulcum dicendi genus consulto sectatus esse videretur.

§ 3. *εἰκὸς δὲ ... μὴ ἥξειν* non cum insequentibus verbis *καὶ ἐσκομιζομένων ... καθέζηται.* novum enuntiatum efficiunt, sed in parenthesim sunt redigenda. Nam qui extra urbem intercipientur, cum non credant Athenienses venturos esse, ex numero eorum, qui *περιδεεῖς προσδέχονται* excipiuntur; qui autem *ἐσκομίζονται* iidem sunt, qui timidi exspectant, atque hac ipsa de causa id faciunt. Praeterea qui rationem a nobis nunc improbatam sequuntur *ἐσκομιζομένων* verti solent etiamsi importarent, quod nudum participium, cui *καί* etiam valens non adiunctum sit, significare non potest (potest quod hic non quadrat quamquam importarent, ut 9, 2); deinde sic haud commode opponuntur *τὸ ἀποληφθῆναι* et *τὸ ἐσκομίζεσθαι.* — *ἀποληφθῆναι.* De aoristi infinitivo vid. adn. III 10, 6. — *ἔξω* frustra expunctum cupit Krueg. Cf. Hom. Od. XXIII 138 *ἐλθέμεν ἔξω ἀγρὸν ἐς ἡμέτερον.* — *ἀπιστεῖν ... μὴ ἥξειν.* Cf. adn. I 10, 1. — *καὶ ἐσκομιζομένων ... καθέζηται,* et si sua in urbem importaturi essent (de conatu enim praesentis partic. dictum est, de quo cf. adn. III 18, 1), exercitui res necessarias (cf. VII 24, 2. 25, 1) non defuturas esse, si prope urbem superior consideret eoque, quominus illud perficerent, prohiberet.

§ 4. *ἐκείνοις,* Syracusanis. — *ναύσταθμον,* stationem, ubi naves onerariae (*πλοῖα*) in tuto collocantur. Cf. adn. III 6, 2. — *ἐπαναχωρήσαντας,* cum eo, postquam pugna commissa (§ 1) exercitus terrester prope Syracusas consedit (§ 3), classe se recepissent. — *ἐφόρμησιν,* stationem, unde naves longae (*τριήρεις*) hostes obser-

ποιεῖσθαι, ἃ ἦν ἐρῆμα, ἀπέχοντα Συρακουσῶν οὔτε πλοῦν πολὺν οὔτε ὁδόν.

1 50. *Λάμαχος μὲν ταῦτα εἰπὼν ὅμως προσ-*
έθετο καὶ αὐτὸς τῇ Ἀλκιβιάδου γνώμῃ. μετὰ δὲ
τοῦτο Ἀλκιβιάδης τῇ αὑτοῦ νηὶ διαπλεύσας ἐς
Μεσσήνην καὶ λόγους ποιησάμενος περὶ ξυμμαχίας
πρὸς αὐτούς, ὡς οὐκ ἔπειθεν, ἀλλ' ἀπεκρίναντο
πόλει μὲν ἂν οὐ δέξασθαι, ἀγορὰν δ' ἔξω παρέξειν,
2 *ἀπέπλει ἐς τὸ Ῥήγιον. καὶ εὐθὺς ξυμπληρώσαν-*
τες ἑξήκοντα ναῦς ἐκ πασῶν οἱ στρατηγοὶ καὶ τὰ
ἐπιτήδεια λαβόντες παρέπλεον ἐς Νάξον, τὴν ἄλλην

Ἀλκιβιάδου πρῶτον ἄλλως ἐς Μεσσήνην διαπλεύσαντος ἑξήκοντα νῆες ἔς τε Νάξον, ἣ δέχεται αὐτούς, καὶ ἐς Κατάνην παραπλέουσι, καὶ δέκα αὐτῶν Συρα-

Cap. **50.** § 1. *προσέθετο αὐτὸς* omisso *καὶ* plerique codd. praeter It. M. Cf. adn.

vant iisque insidiantur. Cf. adn. 48. Codd. scriptura *ἐφορμηθέντας* tolerari non potest. Primum enim neque *ἐφορμᾶσθαι* verbum antiquis prosae orationis scriptoribus usitatum neque ea qua praeditum est notio irruendi (*anstürmen*. Cf. Hom. Il. VI 410. Pind. Nem. X 69. Aesch. Pers. 462) ad hunc locum apta est. Deinde apertum est Lamachum Megara Athenieusibus eidem usui esse velle atque Alcibiadem c. 48 Messanam, quam hic dicit *λιμένα καὶ ἐφόρμησιν τῇ στρατιᾷ ἱκανωτάτην ἔσεσθαι*. Hanc autem *ἐφόρμησιν* non esse repetendam a verbo *ἐφορμᾶν*, sed *ἐφορμεῖν* clarissime VIII 15, 1 ostendit, ubi *ἐφορμουσῶν* et *ἐφόρμησιν* ad eandem rem spectent. Itaque ad eam quam Alcibiades esse vult *ἐφόρμησιν* hic non convenit *ἐφορμηθέντας*. Eadem causa in Schaeferi (ind. Pors. Advers. p. 845) coniecturam *ἐφορμισθέντας* (cf. IV 8, 5) valet praeterea vel propter ineptam verborum abundantiam (cum eo se recepissent et appulsi essent) reiciendam. Ut autem, quod necesse esse cognovimus, Lamachi de Megaris consilium accommodaretur Alcibiadis de Messana sententiae, scitam Boehmii emendationem nunc recepimus, quam veram esse certis rationibus primus Class. demonstravit. — *Μέγαρα*, Hyblaea. Cf. 4, 1. „Ex h. l. aeque atque ex VI 94, 1 et VII 25, 4 Megara ad oram fuisse apparet. Cf. Cluv. Sic. ant. p. 133." Arn. De addito articulo cf. 75, 1. 97, 5. VII 25, 3. — *ἃ ἦν ἐρῆμα*. Vid. 4, 2. Agrum urbis Syracusani tenebant (94, 1), a quibus Atheniensium causa castellum ibi exstructum esse 75, 1 audiemus.

Cap. **50.** § 1. *καὶ αὐτός*, praeter Alcibiadem, qui suam sententiam retinebat, et ipse Alcibiadis sententiae accessit. — *τῇ αὑτοῦ νηΐ*. Cf. adn. 61, 6. — *ὡς οὐκ ἔπειθεν*. De hoc imperfecto et altero § 3 cf. Madv. Synt. § 114c. — *αὐτούς*. Cf. adn. I 136, 1. — *ἂν δέξασθαι*. Cf. adn. III 38, 2. 95, 1.

§ 2. *ξυμπληρώσαντες . . . ἐκ πασῶν*. „Refertur eo, quod hae naves compositae sunt ex tribus illis agminibus, in quae classem distributam esse supra [42, 1] audivimus." Bloomf. — *παρέπλεον ἐς Νάξον*. Cf. Diod. XIII 4, 3 et de Naxo supra 3, 1.

κούσας κατασκοποῦσι.

στρατιὰν ἐν Ῥηγίῳ καταλιπόντες καὶ ἕνα σφῶν
αὐτῶν. Ναξίων δὲ δεξαμένων τῇ πόλει παρέπλεον 3
ἐς Κατάνην. καὶ ὡς αὐτοὺς οἱ Καταναῖοι οὐκ
ἐδέχοντο (ἐνῆσαν γὰρ αὐτόθι ἄνδρες τὰ Συρακο-
σίων βουλόμενοι), ἐκομίσθησαν ἐπὶ τὸν Τηρίαν
ποταμόν, καὶ αὐλισάμενοι τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ Συρα- 4
κούσας ἔπλεον ἐπὶ κέρως, ἔχοντες τὰς ἄλλας ναῦς,
δέκα δὲ [τῶν νεῶν] προύπεμψαν ἐς τὸν μέγαν
λιμένα πλεῦσαί τε καὶ κατασκέψασθαι εἴ τι ναυτι-
κόν ἐστι καθειλκυσμένον, καὶ κηρῦξαι ἀπὸ τῶν
νεῶν προσπλεύσαντας ὅτι Ἀθηναῖοι ἥκουσι Λεον-
τίνους ἐς τὴν ἑαυτῶν κατοικιοῦντες κατὰ ξυμμαχίαν
καὶ ξυγγένειαν· τοὺς οὖν ὄντας ἐν Συρακούσαις
Λεοντίνων ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθη-
ναίους ἀδεῶς ἀπιέναι. ἐπεὶ δ' ἐκηρύχθη καὶ κατ- 5
εσκέψαντο τήν τε πόλιν καὶ τοὺς λιμένας καὶ

§ 4. *Ἀθηναίους* Dan. et Valla vertens ad amicos et bene meritos Athenienses; *Ἀθηναίων* reliqui codd. „Non intellego, quomodo Athenienses, qui per praeconem haec Leontinis denuntiaturi et eos ad se evocaturi erant, possint dici illos hortaturi, ut ad amicos Atheniensium veniant. Scriptura cod. Dan. *Ἀθηναίους* plana est.“ Duk.

§ 3. *τὰ Συρακοσίων βουλόμενοι.* Infra 51, 2 *τὰ τῶν Συρακοσίων φρονοῦντες*, quae usitatiora verba sunt. Cf. adn. III 63, 2. — *Τηρίαν ποτ.* Cf. 94, 2. „Terias is est, qui a mille passibus Leontinos praefluens vulgo nunc Fiume di Santo Leonardo cognominatur.“ Cluv. Sic. ant. p. 124. Cf. Holm. Hist. Sic. I p. 28.

§ 4. *ἔπλεον ἐπὶ κέρως*, ut *ἐπὶ κέρως παραπλέοντας* II 90, 4, *ἐπὶ κέρως ἐκπλεύσαντες* VI 32, 2. Cf. adn. II 90, 4. — *ἔχοντες τὰς ἄλλας ναῦς*, scil. praeter decem, quae deinde memorantur, quas in magnum portum praemiserant. — *δέκα δέ...* Cf. Plut. Nic. 14. — [*τῶν νεῶν*] tam facile cogitatur, ut additum molestiam faciat. — *τὸν μέγαν λιμένα.* De hoc cf. VII 4, 4. 36, 3. 59, 3. Vocatur etiam *ὁ λιμήν* sine ullo additamento. Cf. adn. VII 4, 4. — *κηρῦξαι ἀπὸ τῶν νεῶν*, ex navibus per praecones pronuntiare. — *τὴν ἑαυτῶν.* *Ἑαυτῶν* ad obiectum quod dicitur proximum ita relatum est, ut in verbis Ciceronis reipublicae testem relinquerem meae perpetuae erga se voluntatis (Phil. I 4, 10) et similibus exemplis Latinis. Cf. Krueg. Gr. § 51, 2 adn. 6. — *ξυμμαχίαν.* Cf. III 86, 3. — *ξυγγένειαν.* Leontini a Theocle Atheniensi conditi et ipsi Iones erant. Vid. VI 3, 3. — *τοὺς ... ἐν Συρακούσαις Λεοντίνων.* Cf. V 4, 3. — *ὡς παρὰ ... Ἀθηναίους.* Cf. Matth. Gr. § 595, 4b. Krueg. § 68, 3.

§ 5. *τοὺς λιμένας.* Praeter magnum portum enim erant

τὰ περὶ τὴν χώραν ἐξ ἧς αὐτοῖς ὁρμωμένοις πολεμητέα ἦν, ἀπέπλευσαν πάλιν ἐς Κατάνην.

1 51. Καὶ ἐκκλησίας γενομένης τὴν μὲν στρατιὰν οὐκ ἐδέχοντο οἱ Καταναῖοι, τοὺς δὲ στρατηγοὺς ἐσελθόντας ἐκέλευον, εἴ τι βούλονται, εἰπεῖν. καὶ λέγοντος τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τετραμμένων οἱ στρατιῶται πυλίδα τινὰ ἐνῳκοδομημένην κακῶς ἔλαθον διελόν-
2 τες καὶ ἐσελθόντες ἠγόραζον [ἐς τὴν πόλιν]. τῶν δὲ Καταναίων οἱ μὲν τὰ τῶν Συρακοσίων φρονοῦντες ὡς εἶδον τὸ στράτευμα ἔνδον, εὐθὺς περιδεεῖς γενόμενοι ὑπεξῆλθον οὐ πολλοί τινες, οἱ δὲ ἄλλοι ἐψηφίσαντό τε ξυμμαχίαν τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ἐκέλευον ἐκ Ῥηγίου
3 κομίζειν. μετὰ δὲ τοῦτο πλεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸ Ῥήγιον, πάσῃ ἤδη τῇ στρατιᾷ ἄραντες ἐς

ἐκκλησία τῶν Καταναίων. ἡ πόλις αὐτῶν λάθρα αἱρεῖται, καὶ ἔπειτα τὸ πᾶν στράτευμα τῶν Ἀθηναίων ἐκεῖ μετακομίζεται.

Cap. 51. § 3. διαπλεύσαντες Vat. M., quod verbis 50, 1 non satis confirmari videtur. Nam hic „Thucydides tantum de traiciendo freto Rhegio Messanam loquitur, quod est proprie διαπλεῦσαι; contra Catina Rhegium proficiscens classis oram Siciliae per maximam huius spatii partem lectura et demum extremo cursu fretum traiectura erat. Simplex πλεύσαντες igitur melius quam iunctum διαπλεύσαντες sententiae videtur convenire, siquidem Athenienses primum παρέπλευσαν τὴν Σικελίαν, postea διέπλευσαν ἐς τὸ Ῥήγιον.“ Arn.

duo alii, minor (ὁ ἐλάσσων λιμήν VII 22, 1) et portus Trogili vel Trogiliorum apud vicum eiusdem nominis (VI 99, 1. VII 2, 5). Cf. Cluv. l. l. p. 152. 167. Letronn. Syrac. p. 64 sqq. Goell. de Sit. Syrac. p. 67 sqq. Holm. Hist. Sic. I p. 11. 124.

Cap. 51. § 1. τὴν μὲν στρατιάν cet. Cf. Diod. XIII 4, 5. Polyaen. I 40, 4. Frontin. III 2, qui magna incuria haec narrat. Similiter Brasidas solus ab Acanthiis in urbem est receptus. Vid. IV 84. — ἐνῳκοδομημένην κακῶς, male (parum firmiter) in murum instructam. Non licet vertere male obstructam et huc affere Diod. XI 45, 7 ἐνοικοδομῆσαι τὴν εἴσοδον aut Caes. Bell. civ. I 27 vicos plateasque inaedificat, cum utrobique locum aliquem mole in eo exstructa occludi significetur. — ἠγόραζον] ἀντὶ τοῦ ἐν ἀγορᾷ διέτριβον. Schol. Cf. Herod. III 137. 139. Ar. Lysistr. 634. „Significat congregatos eos esse in forum ibique stetisse aut obambulasse, ut, quid ageretur, discerent.“ Arn. — [ἐς τὴν πόλιν] interpretamentum esse perversa collocatio ostendit. Et supervacaneum est. Quid enim aliud per portulam illam intrare poterant quam urbem?

§ 2. τὰ ... φρονοῦντες. Cf. 50, 2. — οὐ πολλοί τινες. Cf. adn. 1, 1.

§ 3. πάσῃ ἤδη, i. e. non iam parte exercitus ut 50, 2.

*έδουν, χρησιμώτερον ἡγούμενοι εἶναι βασανίσαι τὸ
πρᾶγμα καὶ εὑρεῖν ἢ διὰ μηνυτοῦ πονηρίαν τινὰ
καὶ χρηστὸν δοκοῦντα εἶναι αἰτιαθέντα ἀνέλεγκτον
διαφυγεῖν. ἐπιστάμενος γὰρ ὁ δῆμος ἀκοῇ τὴν* 3
*Πεισιστράτου καὶ τῶν παίδων τυραννίδα χαλεπὴν
τελευτῶσαν γενομένην καὶ προσέτι οὐδ' ὑφ' ἑαυτῶν
καὶ Ἁρμοδίου καταλυθεῖσαν, ἀλλ' ὑπὸ Λακεδαι-
μονίων, ἐφοβεῖτο ἀεὶ καὶ πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανε.*

ταύτῃ γάρ, περὶ ἧς ἐκεῖται παρέκβασις, δι' ἐρω-

54. *Τὸ γὰρ Ἀριστογείτονος καὶ Ἁρμοδίου* 1
τόλμημα δι' ἐρωτικὴν ξυντυχίαν ἐπεχειρήθη, ἣν

1. III 3, 1. 4, 3. 57, 1. VI 29, 2. 41, 2. VII 48, 3 habet, quam hic secutus Lindavius sine necessitate *ἀνυπόπτως* coniecit. — *βασανίσαι*, accurate explorare. — *καὶ χρηστὸν δοκοῦντα εἶναι*, etiamsi probus esse videretur, non ad *αἰτιαθέντα*, sed ad *διαφυγεῖν* refertur. — *αἰτιαθέντα* passive dictum est. Cf. VIII 68, 2 et adn. III 61, 1. I 123, 1. — *ἀνέλεγκτον*. Schol. *ἀνεξετάστως*.

§ 3. *τελευτῶσαν*] *ἐν τοῖς τελευταίοις χρόνοις*. Schol. Cf. Krueg. Gr. § 56, 8 adn. 5. — *ἑαυτῶν* ad *δῆμον* collectivum referri liquet. Cf. adn. 35, 1. — *οὐδ' ὑφ' ... Ἁρμοδίου καταλυθεῖσαν*. Neglegentius igitur de hac re loquuntur Plat. Conviv. 182c. Arrian. Anab. IV 10, 3. Aelian. Var. Hist. XI 8. — *ὑπὸ Λακεδαιμονίων*. Cf. Herod. V 64. 65. 91, qui in eo quoque, quod VI 123 auctoribus Alcmaeonidis Athenienses a Lacedaemoniis dominatu liberatos esse dicit, cum Th. consentit, qui 59, 4 utrosque iungit. *πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανε*. De hoc usu *λαμβάνειν* verbi cf. adn. III 56, 3. VI 27, 3. Populus autem tunc ubique tyrannidis parandae molimina et coniurationes odorabatur. Cf. Aristoph. Vesp. 488 *ὡς ἅπανθ' ὑμῖν τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται*, Lysistr. 619 *καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τῆς Ἱππίου τυραννίδος*. Add. ibid. 630.

Cap. 54 sqq. Sequitur digressio de Pisistratidis, quae cur a Thucydide interposita sit, de eo diversa iudicia protulerunt Dahlmann. de Herodot. p. 226 sq. Bloomf. ad h. l. alii. Nobis propter versum Aristophanis Lysistr. modo allatum revera Atheniensibus illo tempore praesentem memoriam Pisistratidarum dominationis fuisse multumque de ea locutos esse et, ne similis tunc iterum efficeretur, timuisse veri simillimum videtur. Voluit igitur Thucydides falsa popularium iudicia de re tunc crebris sermonibus iactata redarguere. Cf. 54, 1 et I 20, 2, ubi ex iis erroribus, qui huc spectant, unus iam breviter confutatus est. De Hippiae autem et Hipparchi dominatu tres maxime quaestiones exsistunt, primum quinam Pisistrati filiorum fuerit maximus, deinde quaenam vera caedis Hipparcheae causa, tum Hippiasne solus an Hipparchus etiam et Thessalus dominationem exercuerint.

Cap. 54. § 1. *δι' ἐρωτικὴν ξυντυχίαν*. Parum fidei habent quae aliter de Hipparchi caedis causa memorat Pseudo-

ἐγὼ ἐπὶ πλέον διηγησάμενος ἀποφανῶ οὔτε τοὺς
ἄλλους οὔτε αὐτοὺς Ἀθηναίους περὶ τῶν σφετέ-
ρων τυράννων οὐδὲ περὶ τοῦ γενομένου ἀκριβὲς
2 οὐδὲν λέγοντας. Πεισιστράτου γὰρ γηραιοῦ τελευ-
τήσαντος ἐν τῇ τυραννίδι οὐχ Ἵππαρχος, ὥσπερ
οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλ' Ἱππίας πρεσβύτατος ὢν
ἔσχε τὴν ἀρχήν. γενομένου δὲ Ἁρμοδίου ὥρᾳ
ἡλικίας λαμπροῦ Ἀριστογείτων, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν,
3 μέσος πολίτης, ἐραστὴς ὢν εἶχεν αὐτόν. πειραθεὶς
δὲ ὁ Ἁρμόδιος ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου
καὶ οὐ πεισθεὶς καταγορεύει τῷ Ἀριστογείτονι. ὁ
δὲ ἐρωτικῶς περιαλγήσας καὶ φοβηθεὶς τὴν Ἱππ-
άρχου δύναμιν μὴ βίᾳ προσαγάγηται αὐτόν, ἐπι-
βουλεύει εὐθὺς ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως
4 κατάλυσιν τῇ τυραννίδι. καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἵππαρ-
χος ὡς αὖθις πειράσας οὐδὲν μᾶλλον ἔπειθε τὸν
Ἁρμόδιον, βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾶν, ἐν

τικὴν ξυντυχίαν Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος κατάλυσιν ἐπεβούλευσαν.

Plat. Hipparch. 229c. d. Cum Th. consentiunt Aristot. Pol. V 10, 9 (1311 a). Aelian. Var. Hist. XI 8. Maxim. Tyr. Dissert. 24. — *τοὺς ἄλλους*. De Hellanico cogitandum esse conicit Dahlmann. l. d. — *οὐδέ*. Est id neque, pro quo Latine etiam aut dici potest. — *τοῦ γενομένου*, i. e. *ἐκείνου τοῦ τολμήματος*.

§ 2. *Πεισιστράτου γηραιοῦ τελευτήσαντος*. Id factum esse Ol. LXII 4 probare aggreditur Wessel. ad Diod. II p. 557, Ol. LXIII 2 (a. Chr. 527) Clint. Fast. Hellen. ad illum annum et in Append. II de Pisistratidis. Ol. LXIII 1 (a. Chr. 528) ponit Wachsm. Antiqu. Gr. I p. 858. Cf. adn. 59, 4. — *Ἱππίας πρεσβύτατος ὤν*. Hipparchum natu maximum dicunt Pseudo-Plat. l. l. 228b. Aelian. l. l. VIII 2; Th. sequuntur schol. Arist. Vesp. 502. Polyaen. V 14. — *μέσος πολίτης*] *οὔτε ἐπιφανὴς δηλονότι οὔτε ἄδοξος*. Schol. Ergo mediae condicionis. Differunt *τὰ μέσα τῶν πολιτῶν* III 82, 8, ubi vid. adn. Tum ad *εἶχεν* conferri iubent interpr. Ter. Andr. I 1, 58.

§ 3. *πειραθείς*] *ἐρωτικὴν πεῖραν δεξάμενος*. Schol. — *ἐρωτικῶς*, more amatorum. — *περιαλγήσας*. Cf. adn. IV 14, 2. — *προσαγάγηται*. Cf. adn. III 63, 2. — *ἐπιβουλεύει*, insidiose struit vel omnino meditatur, ut III 109, 3 et infinitivo addito III 20, 1, ubi cf. adn. — *ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως*] *ὡς κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ δύναμιν· ἦν γὰρ μέσος πολίτης*. Schol. Est igitur pro sua auctoritate, ut in sua dignitate poterat. Cf. adn. I 138, 2. II 34, 6 et *ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων* 33, 3, *ὡς ἐκ τῶν ὑπ.* VII 76.

§ 4. *ἐν τρόπῳ . . . ἀφανεῖ*. De hoc usu *ἐν* praepositio-

τρόπῳ δέ τινι ἀφανεῖ ὡς οὐ διὰ τοῦτο δὴ παρεσκευάζετο προπηλακιῶν αὐτόν.

οὐ γὰρ ὠμῶς ἦρξαν οἱ τύραννοι.

Οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν ἐς τοὺς πολλούς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεστήσατο· καὶ ἐπετήδευσαν ἐπὶ πλεῖστον δὴ τύραννοι οὗτοι ἀρετὴν καὶ ξύνεσιν, καὶ Ἀθηναίους εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων τήν τε πόλιν αὐτῶν

Cap. 54. § 4. *τόπῳ* codd. nisi quod *τούτῳ* Cl. M. b. *Τρόπῳ* scripsimus e Levesquii coniectura, quam clarissima horum verborum imitatione Dion. Cass. XLIII 18, 2 *ἐν τρόπῳ δή τινι ἀφανεῖ* stabilimus. Vulgatae „adversantur ab ipso scriptore narrata; nam in publico et festo Panathenaeorum die virginem contumelia affecit." Goell.

nis vid. adn. I 97, 2. — *ὡς οὐ διὰ τοῦτο δή*] *ὡς δι' ἄλλην αἰτίαν τινὰ καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ τυχεῖν αὐτοῦ* (proprie *μὴ πείθειν αὐτόν*). Schol. Vertendum igitur quasi vero non propter hoc fieret. Cf. adn. 17, 3 et de *ὡς δή* Plat. Conviv. 222c. Detrimentum affert sententiae Cob. Mnemos. nov. ser. VII p. 44 haec verba delens. Indicant enim, quo tectus insultandi modus valuerit. Qualis hic fuerit, c. 56 narratur.

§ 5. *οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχήν* cet. His, cur violenti nihil facere voluerit, explicatur. In re consentit Paus. I 23, 1. Cf. Thirlw. Hist. Gr. II p. 70. — *τὴν ἄλλην ἀρχήν*, in reliquo imperio vel ceteroqui in imperio. Cf. adn. I 128, 5 et V 75, 3. Quanquam Hippiam, ut qui maximus natu esset filius et familiae caput, principem dominationis fuisse Th. contendit (I 20, 2. VI 54, 2. 55), tamen etiam reliquos Pisistratidas imperii exercendi aliquam partem habuisse ex insequenti narratione cognoscitur. Eadem ratione explicatur quod Th. 53, 3 *τὴν Πεισιστράτου καὶ τῶν παίδων τυραννίδα* memorat et quod Herod. V 64 (cf. VI 123) tyrannos Athenis eiectos esse dicit, ubi tyranni pariter atque apud Th. paulo post sunt tota gens tyrannica, genus Pisistratidarum dominationem tenens. *Κοινῶς δέ*, inquit schol. Aristoph. Vesp. 502, *πάντες οἱ Πεισιστρατίδαι τύραννοι ἐλέγοντο*. Similiter aliquotiens plurali reges utitur Livius, ut II 2, 11 reges eiecerat. — *ἀνεπιφθόνως κατεστήσατο*, scil. *τὴν ἀρχήν*, ita rem instituit, ut imperio eius non invideretur. — *ἐπετήδευσαν ... διεκόσμησαν*. Aor., quod scriptor non rerum diuturnitatem designat, sed suum de iis comprehendit indicium. — *ἐπὶ πλεῖστον*, per longissimum tempus. Cf. 53, 3. 59, 2. — *τύραννοι*, *als Tyrannen*. Cf. *ἄρχων* § 6. — *εἰκοστὴν μόνον ... τῶν γιγνομένων*, vicesimam tantum exigentes proventuum s. fructuum. „Erat haec dimidia pars eius vectigalis, quod a Pisistrato ipso exactum erat et regibus [barbaris] pendi solebat, qui tanquam domini terrae decimam omnis agrorum proventus postulabant." Arn. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Ath. I p. 443 sq. et Wachsm. Ant. Gr. I p. 505. Postea Hippias avarior factus est. Vid.

καλῶς διεκόσμησαν καὶ τοὺς πολέμους διέφερον
6 καὶ ἐς τὰ ἱερὰ ἔθυον. τὰ δὲ ἄλλα αὐτὴ ἡ πόλις
τοῖς πρὶν κειμένοις νόμοις ἐχρῆτο, πλὴν καθ'
ὅσον ἀεί τινα ἐπεμέλοντο σφῶν αὐτῶν ἐν ταῖς
ἀρχαῖς εἶναι. καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν τὴν ἐνι-
αυσίαν Ἀθηναίοις ἀρχὴν καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἱπ-
πίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, τοῦ πάππου ἔχων
τοὔνομα, ὃς τῶν δώδεκα θεῶν βωμὸν τὸν ἐν τῇ
ἀγορᾷ ἄρχων ἀνέθηκε καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν
7 Πυθίου. καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ προσοικοδο-
μήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος

Wachsm. l. d. II p. 74. — *καλῶς διεκόσμησαν.* Eius rei exemplum II 15, 5 cognovimus. — *τοὺς πολέμους διέφερον*] *διήνυον.* Schol. Cf. I 11, 2. VIII 75, 2. Hemsterh. ad Luci. Dial. Mort. XII 1 p. 551. Ut autem sententia hic constet, Bau. et Bloomf. ex superioribus mente repetunt *καλῶς*, quod Bloomf. etiam ad *ἔθυον* referri iubet; sane recte, si ad *διέφερον* pertinet, sed neutrum per collocationem verborum videtur fieri posse. Neque eo opus est, cum ipsis vocabulis *τοὺς πολ. διαφέρειν*, bella perferre, ad exitum perducere, notio perseverantiae et debellandi contineri possit; id quod intellexit Haack. His non tam bonum Pisistratidarum imperium, ut superioribus, laudari quam regum officia maxima eos sibi reservasse dici videtur, quorum unum fuit, ut duces belli summi essent, alterum, ut sacra publica facerent. Ceterum de his bellis vid. Herodot. V 78 cl. VI 108. — *ἐς τὰ ἱερὰ ἔθυον*, in templa sacrificatum ibant. Cf. III 104, 3. VIII 10, 1. (Lys.) VI 5. Vide praeterea de hac emphasi et brachylogia in praepositionibus usitata adn. II 4, 3.

§ 6. *τινὰ ἐπεμέλοντο . . . εἶναι.* Apud *ἐπιμέλεσθαι* Matth. Gr. § 531 adn. 1 solum infinitivum poni negat, sed aut addi articulum in genetivo aut sequi *ὅπως, ὡς*. Verum, ut hic, Xen. Comm. IV 7, 1 *αὐτάρκεις αὐτοὺς εἶναι ἐπεμελεῖτο*, Appi. Civ. V 78 *ἐπιμελήσεσθαι γὰρ αὐτὸς μηδένα διαφυγεῖν*. Etiam Latinum curandi verbum contra ea, quae Krebsius in Antibarb. s. h. v. docet, interdum apud optimos scriptores cum accusativo et infinitivo iungi demonstrat hoc exemplum Cic. de Fin. III 19, 62: natura . . . diligi procreatos non curaret. — *ἦρξαν . . . ἀρχήν*: Cf. adn. I 93, 3. — *ὅς* male del. Bekk. Nam Pisistratus praecipue propter administratum archontis munus commemoratur; deinde adiungitur hunc eum fuisse, qui duas illas aras constituerit. — *τῶν δώδεκα θεῶν βωμόν.* Haec ara asylum erat ab eaque viarum distantiae numerabantur. Cf. Bursian. Geogr. I p. 281. C. Wachsmuth. de Urb. Ath. I p. 200 sq. — *ἄρχων*. Inter Ol. LXIII—LXVI, ubi fasti vacui essent, fuisse recte iudicat Boeckh. — *Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου.* Hoc templum Apollinis a fonte Callirrhoë (cf. II 15, 5) versus meridiem situm erat. Cf. E. Curtium in Herm. XII p. 492 sqq. Ut autem hic *ἐν Πυθίου*, sic infra VIII 94, 1 *ἡ ἐν Διονύσου*

[τοῦ βωμοῦ] ἠφάνισε τοὐπίγραμμα· τοῦ δὲ ἐν Πυθίου ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε·

μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος Ἱππίου υἱὸς
θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

οὐδὲ Ἵππαρχος ἦρξεν, ἀλλ' Ἱππίας.

55. Ὅτι δὲ πρεσβύτατος ὢν Ἱππίας ἦρξεν, 1 εἰδὼς μὲν καὶ ἀκοῇ ἀκριβέστερον ἄλλων ἰσχυρίζομαι, γνοίη δ' ἄν τις καὶ αὐτῷ τούτῳ· παῖδες γὰρ αὐτῷ μόνῳ φαίνονται τῶν γνησίων ἀδελφῶν γενόμενοι, ὡς ὅ τε βωμὸς σημαίνει καὶ ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα, ἐν ᾗ Θεσσαλοῦ μὲν οὐδ' Ἱππάρχου οὐδεὶς παῖς γέγραπται, Ἱππίου δὲ πέντε, οἳ αὐτῷ ἐκ Μυρσίνης τῆς Καλλίου τοῦ

Cap. 55. § 1. *μόνον* codd. longe plurimi et optimi; *μόνῳ* vulgo. Hoc patet verum esse. Solus enim legitimorum fratrum Hippias liberos habuisse dicitur.

Μυρίνης Reg., reliqui *Μυρρίνης*. Scribendum *Μυρσίνης*, ut

ἐκκλησία. Cf. Krueg. Gr. § 43, 3 adn. 6. Bernh. Synt. p. 184.

§ 7. [*τοῦ βωμοῦ*] stolido alicui librario debetur. Arae enim illimaior longitudo, non maior arae vel ipsius longitudo adstruitur. Del. Krueg. — *τάδε*. Cymatium arae cum ipsa hac inscriptione tota paene servata nuper haud procul a Callirrhoë fonte erutum est. Vide Suppl. Inscr. Att. n. 373e. Kaibel. Epigr. Gr. p. XVI. Quod autem hic non evanidae, sed clarae sunt litterae, ipsi antiqui litterarum ductus post Th. possunt refecti esse.

Cap. 55. § 1. *εἰδὼς . . . ἄλλων*, accuratius aliis vel rei memoria mihi tradita compertum habens. Propter suam cum Pisistratidis cognationem scriptorem hanc accuratiorem notitiam habuisse crederemus, si modo de illa satis constaret (cf. adn. ad vit. Marc. 18). Sed non minus propter necessitudinem, quae cum Pisistratidis Miltiadi intercessit (cf. Herod. VI 39), in huius familia, cui cognatum fuisse Th. certum est, eius rei memoria vigere poterat. — *αὐτῷ τούτῳ*] τῷ ῥηθησομένῳ. Schol. — *τῶν γνησίων ἀδελφῶν*. Quattuor Pisistrati filios memorat schol. ad Aristoph. Vesp. 502. Lys. 619, ex quibus unus nothus fuit, Hegesistratus. Quod autem Plut. Cat. mai. 24 Iophontem cum Thessalo ex altera uxore natum affert, hic ante maturam aetatem morte videtur abreptus esse. — *ὅ τε βωμὸς σημαίνει*, scil. eo quod in eius inscriptione Pisistratus Hippiae filius memoratur. Nam praeter duos versus supra allatos nihil in Apollinis Pythii ara inscriptum legebatur. — *περί*. „An ἡ περί“. Bekk. Sed quanquam non satis simile est I 51, 4, quod huc afferre solent (cf. sd.), tamen hic omissio articuli propter insequentem articulum videtur tolerari posse. — *Θεσσαλοῦ*. Cf. I 20, 2. Heraclid. Pont. I 6. Theophr. Hist. plant. II 3, 3. Diod. X 16, 1. Plut. l. l. — *Μυρσίνης τῆς*

Ὑπεροχίδου θυγατρὸς ἐγένοντο· εἰκὸς γὰρ ἦν τὸν
2 πρεσβύτατον πρῶτον γῆμαι. καὶ ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ πρῶτος γέγραπται μετὰ τὸν πατέρα, οὐδὲ τοῦτο ἀπεικότως διὰ τὸ πρεσβεύειν τε ἀπ' αὐτοῦ καὶ
3 τυραννεῦσαι. οὐ μὴν οὐδ' ἂν κατασχεῖν μοι δοκεῖ ποτε Ἱππίας τὸ παραχρῆμα ῥᾳδίως τὴν τυραννίδα, εἰ Ἵππαρχος μὲν ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν ἀπέθανεν, αὐτὸς δὲ αὐθημερὸν καθίστατο· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πρότερον ξύνηθες τοῖς μὲν πολίταις φοβερόν, ἐς δὲ τοὺς ἐπικούρους ἀκριβές, πολλῷ τῷ περι-

dialectus Thucydidea et Aristophanis *Βυρσίνη* (Equit. 449) flagitat. Cf. Herodian. II p. 484 *Βυρσίνης Μυρσίνης*. *ἦν δὲ αὕτη γυνὴ Ἱππίου τοῦ τυράννου. ἐν τοῖς Ἱππεῦσι.*

Ὑπερεχίδου codd. optimi et plurimi, *Ὑπεροχίδου* vulgo et Valla. Hoc ab *Ὑπέροχος* derivatum verum est. Cf. Meinek. in Herm. III p. 372.

§ 2. *ἐν τῇ πρώτῃ* codd., quod nihili est, cum una columna commemorata sit; *ἐν τῇ αὐτῇ* Valla parum accurate vertens in ipso titulari lapide.

ἀπεοικότως codd. Reliquis locis omnibus Th. *εἰκότως* et *ἀπεικότως* (I 73, 1. II 8, 1. VIII 68, 4) habet.

Καλλίου. Aliam Hippiae uxorem commemorat Athen. 609c.

§ 2. *διὰ τὸ πρεσβεύειν . . .*] *διὰ τὸ τῶν ἐξ αὐτοῦ πρεσβύτατος εἶναι.* Schol. Qui aut *τῶν ἀπ' αὐτοῦ* legit aut quae scripta invenit perperam interpretatus est. Nos, cum *ἀπ' αὐτοῦ* idoneam explicationem habere videatur, alterum factum esse putamus. Nam *ἀπό* cum genet. iunctum ad id referri potest, a quo profecti rerum ordinem atque numerum constituamus. Itaque *πρεσβεύειν ἀπ' αὐτοῦ* valere potest inde ab eo (*von ihm an*) maximum natu esse. Pariter enim Plato Legg. 745c dixit *τὸ δεύτερον ἀπὸ πόλεως τῷ ἀπ' ἐσχάτων δευτέρῳ.*

§ 3. *οὐ μὴν οὐδ'*, neque vero etiam. Cf. adn. I 3, 3. — *καθίστατο.* Imperf. de conatu. Simul audi *ἐν τῇ ἀρχῇ* seu inde *ἄρχων*. Cf. Aristid. I p. 58 *οὔτε καθιστάμενος (βασιλεὺς) οὔτε ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας.* — *ἀλλὰ καί. Καί* significat Hippiam non solum imperium accepisse, sed adeo maxima cum securitate obtinuisse. — *διὰ τὸ . . . φοβερόν*, propter iam antea usitatum civibus metum. Nam ne, quod deinde *τὸ ἀκριβές* sit Hippiae, explicemus propter iam antea usitatam (Hippiae) in cives severitatem, prohibemur iis, quae de horum tyrannorum imperio legimus 54, 5. Ceterum cf. adn. I 37, 4. — *ἐς δὲ τοὺς ἐπικούρους ἀκριβές*, et (propter iam antea usitatam) in satellites diligentiam (ut Cicero cognita in rempublicam diligentia scribit pro Mur. 40, 86). *Ἐπίκουροι*, ut ex 56, 2. 57, 1 cognoscitur, satellites sunt, qui iidem 58, 2 *ἐπίκουροι* tam diserte appellantur, ut de sensu satis constet. Satellites quidem iam Pisistrato fuisse notum est, sed hi cives

όντι τοῦ ἀσφαλοῦς κατεκράτησε, καὶ οὐχ ὡς ἀδελ-
φὸς νεώτερος ὢν ἠπόρησεν, ἐν ᾧ οὐ πρότερον
ξυνεχῶς ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ. Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη 4
τοῦ πάθους τῇ δυστυχίᾳ ὀνομασθέντα καὶ τὴν
δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν.

ὁ δ' οὖν Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων προπηλακισθέντες ξυνομνύασι.

56. Τὸν δ' οὖν Ἁρμόδιον ἀπαρνηθέντα τὴν 1
πείρασιν, ὥσπερ διενοεῖτο, προυπηλάκισεν· ἀδελ-
φὴν γὰρ αὐτοῦ κόρην ἐπαγγείλαντες ἥκειν κανοῦν
οἴσουσαν ἐν πομπῇ τινι ἀπήλασαν, λέγοντες οὐδὲ
ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχὴν διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι.

fuerunt, οἱ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ (Herod. I 59). Sed filii eius mercennariis usi videntur, qui alibi quoque ἐπίκουροι vocantur. Cf. adn. II 33, 1. Ἀκριβές autem vel ἀκρίβεια circa stipatores severitas disciplinae est, qua eos coercebat atque in officio retinebat. — πολλῷ ... ἀσφαλοῦς = πολλῇ τῇ περιουσίᾳ τῆς ἀσφαλείας, cum multo maiore quam opus erat securitate. — κατεκράτησε, (post Hipparchum interfectum) imperium retinuit, absolute dictum ut Plat. Legg. 840e. — ἠπόρησεν, difficultatibus laboravit. — ἐν ᾧ ... τῇ ἀρχῇ, quod tum non antea continue in imperio administrando versatus erat, i. e. quod eo tempore nullam habebat imperii antea continue administrati experientiam. De ὁμιλεῖν cf. adn. 17, 1. 70, 1; de ἐν ᾧ = ὅτι ἐν τούτῳ adn. IV 26, 4 et de vi eius temporali 92, 4. VII 29, 4.

§ 4. τῇ δυστυχίᾳ ὀνομασθέντα ...] διὰ τὴν συμπεσοῦσαν αὐτῷ δυστυχίαν ὀνομασθέντα, ὀνομαστὸν γενόμενον, ὑποληφθῆναι ὅτι ἐτυράννησεν. Schol. Τῇ δυστυχίᾳ τοῦ πάθους = τῇ δυστυχίᾳ τούτου ὃ ἔπαθε. Ὀνομάζεσθαι est celebrari, nobilitari. De accusativo cf. adn. VII 57, 9. Πρός denique in προσλαβεῖν significat πρὸς τῷ ὀνομαστῷ γενέσθαι. — ἐς τὰ ἔπειτα. Haec insolentiora sunt; nam alibi aut ἐς ἔπειτα (I 130, 1. cf. adn. I 129, 3) aut ἐς τὸ ἔπειτα (IV 64, 5 ut ἐς τὸ λοιπόν et sim.) legimus. (Ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον III 114, 3.)

Cap. 56. § 1. δ' οὖν. Cf. adn. I 3, 4. — ἀπαρνηθέντα, aspernatum, recusantem. — πείρασιν. „Non sane usitatum vocabulum, sed πεῖρα aliud notaret.“ Bau. — ἀδελφὴν ... αὐτοῦ. Significatne unam ex eius sororibus? At Aristot. Polit. V 10, 9 (1311 a) προπηλακίσαι τὴν Ἁρμοδίου ἀδελφήν, et cf. Kuehn. Gr. max. § 465, 3. — ἐπαγγείλαντες ... ἀπήλασαν. Singularem propter superius προυπηλάκισεν exspectari, sed communiter tribui Hippiae et Hipparcho, adnotat Bau. — κανοῦν οἴσουσαν ἐν πομπῇ τινι. „Non solum Panathenaeis, sed etiam aliis quibusdam diebus festis virgines canistra gestabant apud Athenienses. [Nam] τοῖς τε Παναθηναίοις καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς, dicit Philochorus apud Harpocrat. in κανηφόροι, et [idem] apertum est ex hoc loco Thucydidis, in quo πομπή, in qua soror Harmodii prohibita est canistrum ferre, a Panathenaeis distinguitur.“ Duk. Cf. Herm. Antiqu. II § 54, 30. — τὴν ἀρχήν, omnino. Cf. adn. IV 98, 1. — διὰ τὸ μὴ ἀξίαν

2 χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἁρμοδίου πολλῷ δὴ μᾶλλον δι' ἐκεῖνον καὶ ὁ Ἀριστογείτων παρωξύνετο. καὶ αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πρὸς τοὺς ξυνεπιθησομένους τῷ ἔργῳ ἐπέπρακτο, περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐχ ὕποπτον ἐγίγνετο ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς τὴν πομπὴν πέμψοντας ἀθρόους γενέσθαι· καὶ ἔδει ἄρξαι μὲν αὐτούς, ξυνεπαμύνειν δὲ εὐθὺς τὰ πρὸς
3 τοὺς δορυφόρους ἐκείνους. ἦσαν δὲ οὐ πολλοὶ οἱ ξυνομωμοκότες ἀσφαλείας ἕνεκα· ἤλπιζον γὰρ καὶ τοὺς μὴ προειδότας, εἰ καὶ ὁποσοιοῦν τολμήσειαν, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἔχοντάς γε ὅπλα, ἐθελήσειν σφᾶς αὐτοὺς ξυνελευθεροῦν.

1 57. Καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτή, Ἱππίας μὲν ἔξω ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ μετὰ τῶν δορυφόρων Ἵππαρχος ἀποκτείνεται.

Cap. 56. § 2. πέμψοντας C. Mosqu. Ar. Chr. et e corr. Aug; reliqui πέμψαντας. Cf. adn.

§ 3. ἕνεκα Cass. T. Bas. Gr. Vulgo et Bekk. οὕνεκα, quod a Thucydidis dialecto alienum est. Cf. Wecklein Cur. epigr. p. 88.

εἶναι. „Etenim αὗται (αἱ κανηφόροι) τῶν ἀστῶν καὶ τῶν εὐγενῶν ἦσαν [Philoch. l. l. dicit.] Atqui Herodotus [V 55] testatur percussores Hipparchi ex Phoenicio genere [Gephyraeorum] esse ortos et, cum maiores eorum ex Boeotia Athenas migrassent, etiamtum iuribus quibusdam germanorum Atheniensium propriis fuisse privatos.“ Arn. Hanc ob causam igitur sororem Harmodii ad fungendum hoc officio deligi non potuisse simulasse videntur tyranni.

§ 2. Παναθήναια τὰ μεγάλα. „Itaque Hipparchus interfectus est Hecatombaeone, i. e. Iulio vel Augusto, arguente Panathenaeorum tempestate, quae Hecatombaeone tertii Olympiadis cuiusque anni celebrata sunt.“ Clint. Fast. Hell. ad a. 514. Cf. adn. V 47, 10. — ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ. Sententia est; quo die unus qui non suspectus esset in armis conventus fiebat. Itaque non cogitandum est de rescribendo μόνῃ. Cf. IV 53, 3. — ἐν ὅπλοις. Etiam apud alias gentes morem fuisse, ut sollemnibus quibusdam sacris pompae ab armatis ducerentur, e Dion. Hal. VII 72 et Polyb. IV 85 ostensum esse docet Duk. — τοὺς τὴν πομπὴν πέμψοντας, qui pompam ducturi erant. Ante pompam conventum factum esse ex 57, 1. 78, 1 cognoscitur. — τὰ πρός. Vid. adn. IV 85, 6. — ἐκείνους, τοὺς ξυνεπιθησομένους τῷ ἔργῳ.

§ 3. ὁποσοιοῦν, quamvis pauci. — τολμήσειαν. Cf. adn. II 48, 1. — ἔχοντάς γε, quippe qui haberent. Cf. adn. IV 65, 4.

Cap. 57. § 1. ἔξω, scil. τῆς πόλεως, τῶν πυλῶν. Oppositum est infra § 3 ἔσω τῶν πυλῶν. — ἐν τῷ Κεραμεικῷ.

διεκόσμει ὡς ἕκαστα ἐχρῆν τῆς πομπῆς προϊέναι·
ὁ δὲ Ἁρμόδιος καὶ ὁ Ἀριστογείτων ἔχοντες ἤδη τὰ
ἐγχειρίδια ἐς τὸ ἔργον προῇσαν. καὶ ὡς εἶδόν τινα 2
τῶν ξυνωμοτῶν σφίσι διαλεγόμενον οἰκείως τῷ
Ἱππίᾳ (ἦν δὲ πᾶσιν εὐπρόσοδος ὁ Ἱππίας), ἔδεισαν
καὶ ἐνόμισαν μεμηνῦσθαί τε καὶ ὅσον οὐκ ἤδη
ξυλληφθήσεσθαι. τὸν λυπήσαντα οὖν σφᾶς καὶ δι' 3
ὅνπερ πάντα ἐκινδύνευον ἐβούλοντο πρότερον, εἰ
δύναιντο, προτιμωρήσασθαι, καὶ ὥσπερ εἶχον ὥρμη-
σαν ἔσω τῶν πυλῶν, καὶ περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ
παρὰ τὸ Λεωκόριον καλούμενον, καὶ εὐθὺς ἀπερι-
σκέπτως προσπεσόντες καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς,

Cap. 57. § 3. *προτιμωρήσεσθαι* codd. longe plurimi et optimi. Cf. sd. 6, 1.

εἴσω codd. Ut in *ἐς* sic in *ἔσω* Th. sibi constitisse credimus.

περὶ H., quod propter I 20, 2, ubi eadem fere verba leguntur, praefert Arn. Sed defensionem habet *παρά*, quod praeter *κατὰ* in Mosqu. reliqui omnes libri tuentur. Cf. VIII 102, 2. Herod. IV 87. Xen. Anab. V 3, 13. VII 1, 12.

Ceramici duo erant, quorum unus intra urbem, alter extra. Vide Harpocr. s. v. De exteriore cf. adn. II 34, 5. Ex eo igitur pompa proficiscebatur, quae per interiorem Ceramicum et forum in templum Minervae Poliadis in arce deducebatur. Cf. Plat. Euthyph. 6 c. Isae. ap. Harpocr. in v. *πέπλος*. Plut. Demetr. 12. A. Momms. Heortol. p. 188 sqq. C. Wachsmuth. de Urb. Ath. I p. 285 sqq. Praecipue autem Ceramici nomine exterior vicus vocabatur (cf. Aristoph. Equit. 772. Av. 395 ibique schol.) eademque appellatione hic quoque Th. usus est, quod infra 58, 1 *τὸν Κεραμεικόν* ostendit pariter dictum. Frustra igitur Class. *ἐν τῷ ἔξω Κεραμεικῷ* coniecit. — *τὰ ἐγχειρίδια*, pugiones. Hi non ad sollemnem armaturam pertinebant, sed caedis causa comparati erant. Cf. Plat. Gorg. 469 d. Alc. II 143 e.

§ 2. *τῶν ξυνωμοτῶν σφίσι*, i. e. *τῶν σφίσι ξυνομοσάντων*. Cf. I 63, 2. Krueg. Gr. § 48, 12 adn. 5. — *ὁ Ἱππίας*. Observa nomen proprium iteratum more familiaris sermonis. — *ὅσον οὐκ ἤδη*. Sic iterum VIII 96, 3.

§ 3. *πάντα ἐκινδύνευον*. Cf. 77, 4 *τὰ δεύτ. κινδ.* — *πρότερον ... προτιμωρήσασθαι*. De hac abundantia cf. adn. I 23, 5. — *ὥσπερ εἶχον*. Cf. adn. III 30, 1. — *τῶν πυλῶν*. Dipylum significatur, quod exteriorem et interiorem Ceramicum iungit. Vid. Leak. Descript. Athen. p. 162 sqq. Burs. Geogr. I p. 290. 322. C. Wachsmuth. l. l. p. 260. — *τῷ Ἱππάρχῳ* et ipsi *πομπὴν διακοσμοῦντι*, ut I 20, 2 legimus. — *Λεωκόριον*. Vid. adn. I 20, 2. Fuit non procul a Dipylo in interiore Ceramico. Cf. Harpocr. s. v. Burs. l. l. p. 287. — *ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς*, scil. *προσπέσοιεν*. Cf. adn. I 38, 1.

ὁ μὲν ἐρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος, ἔτυπτον καὶ
4 ἀποκτείνουσιν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοὺς δορυφόρους τὸ αὐτίκα διαφεύγει, ὁ Ἀριστογείτων, ξυνδραμόντος τοῦ ὄχλου, καὶ ὕστερον ληφθεὶς οὐ ῥᾳδίως διετέθη· Ἁρμόδιος δὲ αὐτοῦ παραχρῆμα ἀπόλλυται.

1 58. Ἀγγελθέντος δὲ Ἱππίᾳ ἐς τὸν Κεραμεικόν, οὐκ ἐπὶ τὸ γενόμενον ἀλλ' ἐπὶ τοὺς πομπέας τοὺς ὁπλίτας, πρότερον ἢ αἰσθέσθαι αὐτοὺς ἄπωθεν ὄντας, εὐθὺς ἐχώρησε, καὶ ἀδήλως τῇ ὄψει πλασάμενος πρὸς τὴν ξυμφορὰν ἐκέλευσεν αὐτούς, δείξας

Ἱππίου τέχνασμα δι' οὗ κατέχει τὴν ἀρχήν.

Cap. 58. § 1. αἴσθεσθαι aliquot codd. Cf. ad. V 26, 5. ἄποθεν It. Vat. H. Mosqu. m. Cf. ad. III 111, 1.

— ὑβρισμένος, i. e. ὅτι ἦν ὑβρισμ.

§ 4. τοὺς δορυφόρους. Cum § 1 Hippiam μετὰ τῶν δορυφόρων in exteriore Ceramico fuisse legerimus, hic Hipparchi satellites dici videntur. — ὁ Ἀριστογείτων. De hac appositione vid. Matth. Gr. § 288 adn. 5. — ξυνδραμόντος τοῦ ὄχλου. Haec iungenda esse cum διαφεύγει, non cum οὐ ῥᾳδίως διετέθη perspicuum est. — οὐ ῥᾳδίως διετέθη, non leniter tractatus, i. e. misere trucidatus est. „Χαλεπῶς διετέθη ἢ οὐ ῥᾳδίως οὐδὲ εὐκόλως ἀνῃρέθη· ἤγουν οὐ διάθεσιν τιμωριῶν ἐλάμβανε ῥᾳδίαν ἐνεγκεῖν." Schol. Et „οὐ ῥᾳδίως, κακῶς, Θουκυδίδης." Hesych. Phot. Aristogiton enim cruciatus est, ut conscios caedis nominaret. Vid. Iust. II 9. Polyaen. I 22. De Leaena meretrice quae fabulantur recentiores vid. apud Polyaen. VIII 45. Plut. de Garrul. p. 18. Cf. Siebel. ad Paus. I 23, 1.

Cap. 58. § 1. Ἀγγελθέντος. Cf. δηλωθέντος I 74, 1 et ibi adn. — ἐπὶ τὸ γενόμενον. „Ad locum facinoris, illuc, ubi facta esset caedes." Bau. — τοὺς πομπέας τοὺς ὁπλίτας. „I. e. τῶν πολιτῶν τοὺς ἐν ὅπλοις τὴν πομπὴν πέμποντας, ut paulo ante loquitur." Steph. in Thes. Hoc uno loco sic πομπεύς videtur legi. Temere Herwerd. Stud. Thuc. p. 86 τοὺς ὁπλίτας delet. Nam non omnes, qui pompae intererant, armati erant. Certe 56, 2 nihil dictum est nisi his eo die arma ferre sine suspicione fuisse. Praeterea in exteriorem tantum Ceramicum, ubi Hippias pompam disponebat, armati videntur convenisse. Cf. A. Momms. Heortol. p. 189. — πρότερον ἢ αἰσθέσθαι. Cf. adn. I 69, 5. — ἐχώρησε, se convertit. — ἀδήλως τῇ ὄψει πλασάμενος πρὸς τὴν ξυμφ.] ὑποκρινάμενος φαιδρὸς εἶναι τῷ προσώπῳ. ἤγουν ἀσύγχυτον τὴν ἑαυτοῦ ὄψιν τηρήσας καὶ μὴ ὑπεμφαίνουσαν τεκμήριον τοῦ πάθους. Schol. Vertas igitur: ita ut nihil sentiretur vultu adversus (*gegenüber*. Cf. VII 68, 1. VIII 58, 2) calamitatem mentitus. Medium πλάσσεσθαι eodem modo dicitur quo ψεύδεσθαι, dedita opera decipere. Cf. Krueg. Gr. § 52, 7 adn. 4 et 5. Pariter atque hic obiecto caret apud Herodian. hist. V 3, 10 εἴτε πλασαμένη εἴτε καὶ ἀληθεύουσα.

τι χωρίον, ἀπελθεῖν ἐς αὐτὸ ἄνευ τῶν ὅπλων. καὶ 2
οἱ μὲν ἀπεχώρησαν οἰόμενοί τι ἐρεῖν αὐτόν, ὁ δὲ
τοῖς ἐπικούροις φράσας τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν ἐξ-
ελέγετο εὐθὺς οὓς ἐπῃτιᾶτο καὶ εἴ τις ηὑρέθη ἐγ-
χειρίδιον ἔχων. [μετὰ γὰρ ἀσπίδος καὶ δόρατος
εἰώθεσαν τὰς πομπὰς ποιεῖν.]

ἡ οὖν τυραννὶς μετὰ τοῦτο χαλεπωτέρα γίγνεται, παύεται δὲ ὑπὸ Λακεδαιμονίων.

59. Τοιούτῳ μὲν τρόπῳ δι' ἐρωτικὴν λύπην ἥ 1
τε ἀρχὴ τῆς ἐπιβουλῆς καὶ ἡ ἀλόγιστος τόλμα ἐκ
τοῦ παραχρῆμα περιδεοῦς Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστο-
γείτονι ἐγένετο. τοῖς δ' Ἀθηναίοις χαλεπωτέρα μετὰ 2

§ 2. *ἀνεχώρησαν* codd. Cf. adn.
εὑρέθη codd. nisi quod *εὑρεθείη* Ar. Cf. ad. IV 54, 1.
γρ. πέμπειν (pro *ποιεῖν*) H., quam posteriorem soloeci sermonis (cf. adn.) correcturam esse patet.

§ 2. *ἀπεχώρησαν* legendum esse *ἀπελθεῖν* ostendit. Idem enim faciunt quod ille iubet. — *οἰόμενοι ... αὐτόν.* „Usitatum videtur fuisse, ut, antequam ad orationem audiendam congregarentur, arma deponerent.“ Bloomf. Cf. IV 91. Polyaen. I 21, 2. — *ἐπικούροις.* Cf. adn. 55, 3. — *ὑπολαβεῖν*] *ὑφαρπάσαι.* Schol. — *ἐξελέγετο*, sibi eligebat ad interficiendum. Cf. Iust. II 9. Polyaen. I 22. — *οὓς ἐπῃτιᾶτο*, quos crimini obnoxios putabat. — *ἐγχειρίδιον ἔχων.* Pugionem enim praeter solitum morem habebat. Cf. adn. 57, 1. — *μετὰ γὰρ ... ποιεῖν* spuria esse cum *ποιεῖν* ostendit vitiose scriptum pro *ποιεῖσθαι* (qui enim pompae intersunt *πομπὴν ποιοῦνται.* Cf. adn. II 86, 6) tum inde apparet quod idem iam 56, 2 memoratum est. Exempla, quae Class. ad tuendum *ποιεῖν* affert, tantum abest ut sententiam eius comprobent, ut redarguant. Nam ne II 15, 1 quidem de civibus Atheniensibus sermo est, qui ferias agant, sed de civitate, quae eas publico sumptu apparet (*veranstaltet*). Multo magis etiam III 104, 2. V 80, 3 haec activi *ποιεῖν* notio elucet. Adscripta sunt verba seclusa ab aliquo, qui indicare voluit, quod indicio non egebat, pugionem non *ἐν τοῖς ὅπλοις* (56, 2) esse.

Cap. 59. § 1. *δι' ἐρωτικὴν λύπην ... περιδεοῦς* traiecta esse putant pro *διά τε ἐρωτ. λύπην ἡ ἀρχὴ τῆς ἐπιβ. καὶ ἐκ τοῦ παραχρ. περιδεοῦς ἡ ἀλόγιστος τόλμα ... ἐγένετο*; nam initium coniurationis propter indignationem amatoriam factum, inconsideratam rei perfectionem ex repentino metu ortam esse. Sed si consentaneum est consilio capto non cessisse illam indignationem, etiam ad rem perpetrandam valuit. Atque hoc ipsum 57, 2 verbis *τὸν λυπήσαντα οὐν σφᾶς ἐβούλοντο προτιμωρήσασθαι* indicatur. Itaque ut rem perpetrarent, dolor amatorius eos impulit, ut temere id facerent, repentino metu factum est. Hoc autem modo, ut verborum collocatio suadet, *δι' ἐρωτικὴν λύπην* ad utrumque quod sequitur membrum refertur.

§ 2. *χαλεπωτέρα ... κατέστη.* Rem confirmat Herodot.

τοῦτο ἡ τυραννὶς κατέστη, καὶ ὁ Ἱππίας διὰ φόβου ἤδη μᾶλλον ὢν τῶν τε πολιτῶν πολλοὺς ἔκτεινε καὶ πρὸς τὰ ἔξω ἅμα διεσκοπεῖτο, εἴ ποθεν ἀσφάλειάν τινα ὁρῴη μεταβολῆς γενομένης ὑπάρχουσάν
3 οἱ. Ἱπποκλοῦ γοῦν τοῦ Λαμψακηνοῦ τυράννου Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ μετὰ ταῦτα Ἀρχεδίκην, Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ, ἔδωκεν, αἰσθανόμενος αὐτοὺς μέγα παρὰ βασιλεῖ Δαρείῳ δύνασθαι. καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐστὶν ἐπίγραμμα ἔχον τόδε·

ἀνδρὸς ἀριστεύσαντος ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ
  Ἱππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κέκευθε κόνις·
ἣ πατρός τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων
  παίδων τ' οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην.

4 τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ

V 55. 62. VI 123. — διὰ φόβου ... ὤν. Cf. Matth. Gr. § 580 e. — μεταβολῆς γενομένης, rerum commutatione ex seditione facta.

§ 3. γοῦν. Male δ' οὖν coniecit Krueg. Cum commemoretur exemplum praesidii ab Hippia quaesiti, rectissime hic legitur γοῦν, quidem certe, nam certe. Cf. I 2, 5. — αἰσθανόμενος ... δύνασθαι. De infin. cf. adn. V 4, 6. — ἐπίγραμμα. Hoc epigramma Simonidi adscribit Aristot. Rhetor. I 9, qui tertium versum affert. Vide in Bergkii Poet. Lyr. Simonid. fragm. 111. — ἀδελφῶν. „Unus tantum nobis notus est Pisistratus, Hippiae filius, cuius mentionem fecit Thucydides supra c. 54." Haack. — τυράννων. Partim Athenarum, partim Lampsaci.

§ 4. ἔτη τρία ... ἔτι. „Totidem Plato [personatus] in Hipparch. 229 b nihil admodum Herodoti quattuor annis officientes, modo ... tres integri et quartus incohatus Hippiae tyranno post Hipparchi violentam mortem relinquantur." Wessel. ad Herodot. V 55. Add. Boeckh. ad Inscr. II p. 318. — ἐν τῷ τετάρτῳ. „Antequam quartus Hippiae annus completus fuit ideoque ante Hecatombaeonem s. Iulium a. 510 [cf. adn. 56, 2], et tamen viginti annis ante pugnam Marathoniam, proinde non ante Boedromionem s. Septembrem. Haec ut inter se concilientur, statuendum est aliquamdiu inter factiones pugnatum esse. Hippias imperio privatus est ante Hecatombaeonem, sed abiit Athenis (ἐχώρει ὑπόσπονδος) demum post Boëdromionem. [At Boeckh. l. d. annum vicesimum ideo recte dici posse, quia magis de universa expeditione eiusque initio quam de ipsius pugnae mense vel die intellegenda verba scriptoris sint, probabilius existimat.] Pisistratidae expulsi sunt octodecim annis post Pisistrati mortem (Aristot. Polit. V 9) et circiter centum annis (ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα Thuc. VIII 68) ante quadringentorum virorum imperium." Clint. Fast. Hell. ad a. 510. — ὑπὸ Λακεδαιμονίων

Ἀλκμεωνιδῶν τῶν φευγόντων ἐχώρει ὑπόσπονδος ἔς τε Σίγειον καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον, ἐκεῖθεν δὲ ὡς βασιλέα Δαρεῖον, ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ ἤδη γέρων ὢν μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν.

τούτων μὲν δὴ μιμνησκομένου τοῦ δήμου ἐν τῇ τῶν ἀσεβησάντων ζητήσει εἷς τῶν δεδεμένων γίγνεται μηνυτής· ὁ δὲ δῆμος τοὺς μὲν καταιτιαθέντας τιμωρεῖται.

60. Ὧν ἐνθυμούμενος ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθη- 1
ναίων καὶ μιμνῃσκόμενος ὅσα ἀκοῇ περὶ αὐτῶν
ἠπίστατο, χαλεπὸς ἦν τότε καὶ ὑπόπτης ἐς τοὺς
περὶ τῶν μυστικῶν τὴν αἰτίαν λαβόντας, καὶ πάντα
αὐτοῖς ἐδόκει ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραν-
νικῇ πεπρᾶχθαι. καὶ ὡς αὐτῶν διὰ τὸ τοιοῦτον 2
ὀργιζομένων πολλοί τε καὶ ἀξιόλογοι ἄνθρωποι
ἤδη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἦσαν καὶ οὐκ ἐν παύλῃ
ἐφαίνετο, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ἐπεδίδοσαν μᾶλλον ἐς
τὸ ἀγριώτερόν τε καὶ πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν,

Cap. 59. § 4. Ἀλκμαιωνιδῶν codd. praeter Laur. Cf. Inscr. Att. I n. 438.

καὶ Ἀλκμεωνιδῶν. Vid. maxime Herodot. V 55 sqq. Cf. quos citat Boeckh. de Alcmaeonidis disputans in Explic. Pind. ad Pyth. VII p. 301. — ὑπόσπονδος. Hac condicione, ut tradita arce reciperet liberos ab adversariis captos. Cf. Herodot. V 65. — ἔς τε Σίγειον. Ibi enim dominabatur Hegesistratus, Hippiae frater nothus, cui pater Pisistratus eius urbis imperium tradiderat. Cf. Herod. V 65. 94. 95.

Cap. 60. § 1. ὧν ἐνθυμούμενος. Cf. adn. I 42, 1. — μιμνῃσκόμενος ... ὑπόπτης. Ad narrationem cum superioribus nectendam repetit scriptor 53, 3 dicta. — αἰτίαν λαβόντας. Cf. adn. II 18, 3. — ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ. Cf. 27, 3. 53, 3.

§ 2. καὶ ὡς ... Rem illustrat Andoc. I 48 sqq. — οὐκ ἐν παύλῃ ἐφαίνετο] οὐδεμία ἀπόπαυσις τοῦ συλλαμβάνειν τοὺς ἄνδρας [ἐφαίνετο]. Schol. „Male Thomas Mag. in ἀνάπαυλα· τὸ δὲ παῦλα ἀδόκιμον. Usi sunt praeter Thucydidem etiam Plato, [Xenophon,] Aristoteles, Socrates apud scholiasten Aristoph. Nub. 94." Duk. „Add. Soph. Philoct. 1329 et Aristoph. Lysistr. 772." Bloomf. De tota formula cf. adn. 1 137, 4. III 33, 3. IV 73, 3, quibus apparet non opus esse Reiskii coniectura οὐκ ἀνάπαυλα. — ἐπεδίδοσαν ἐς τὸ ἀγριώτερον. Similiter VIII 24, 4 ἐπεδίδου ἐπὶ τὸ μεῖζον. Dicitur enim ἐπιδιδόναι ἔς τι, πρός τι, ἐπί τι. Cum ipsis verbis ἐς τὸ ἀγριώτερον cf. ἐς τὸ τρυφερώτερον I 6, 3 et adn. VI 34, 7. — καὶ ... ξυλλαμβάνειν. Post καί cogitando repetendum est ἐς τό. Cf. VIII 83, 2. Plat. de Rep. 526 b. Neque enim ipsum infinitivum ex ἐπεδίδοσαν pendentem facere licet, cum eius rei exempla desint. Nostrae rationi cur τέ particulae collocatio obstare Class. videatur, non perspicimus. Cf. VII 36, 6 τὴν

ἐνταῦθα ἀναπείθεται εἷς τῶν δεδεμένων, ὅσπερ
ἐδόκει αἰτιώτατος εἶναι, ὑπὸ τῶν ξυνδεσμωτῶν
τινος εἴτε ἄρα καὶ τὰ ὄντα μηνῦσαι εἴτε καὶ οὔ·
ἐπ' ἀμφότερα γὰρ εἰκάζεται, τὸ δὲ σαφὲς οὐδεὶς
οὔτε τότε οὔτε ὕστερον ἔχει εἰπεῖν περὶ τῶν δρα-
3 σάντων τὸ ἔργον. λέγων δὲ ἔπεισεν αὐτὸν ὡς χρή,
εἰ μὴ καὶ δέδρακεν, αὐτόν τε ἄδειαν ποιησάμενον
σῶσαι καὶ τὴν πόλιν τῆς παρούσης ὑποψίας
παῦσαι· βεβαιοτέραν γὰρ αὐτῷ σωτηρίαν εἶναι
ὁμολογήσαντι μετ' ἀδείας ἢ ἀρνηθέντι διὰ δίκης
4 ἐλθεῖν. καὶ ὁ μὲν αὐτός τε καθ' ἑαυτοῦ καὶ κατ'
ἄλλων μηνύει τὸ τῶν Ἑρμῶν· ὁ δὲ δῆμος [ὁ τῶν

Cap. 60. § 4. καθ' ἑαυτὸν It. Vat. Laur. Pal. Aug. M. Cf. Krueg. § 68, 24 adn. 2.

ἐπίπλευσιν ἀπὸ τοῦ πελάγους τε καὶ ἀνάκρουσιν. — εἷς τῶν δεδεμένων. Erat Andocides orator. Cf. Andoc. l. l. Plut. Alcib. 21. Wachsm. Antiqu. Gr I. p. 629. — ὅσπερ ... εἶναι. Causam explicat Plut. l. d. — τῶν ξυνδεσμωτῶν τινος. Eum Plutarchus Timaeum vocat. At Andocides ipse a Charmide Aristotelis filio sibi persuasum esse affirmat. — εἴτε ἄρα καὶ τὰ ὄντα (i. e. τὰ ἀληθῆ)... εἴτε καὶ οὔ. Haec verba scriptoris, non persuadentis sunt. Vera indicasse Andocidem existimant Droys. Mus. Rhen. IV p. 36. Weisweil. de Caus. Hermoc. p. 55 sqq. De particulis εἴτε καὶ ... εἴτε καί vid. adn. V 65, 3. — ἐπ' ἀμφότερα. Cf. adn. I 83, 3. — οὔτε τότε ... ἔχει, i. e. οὔτε τότε εἶχεν, οὔτε ὕστερον (καὶ μέχρι τοῦ νῦν) ἔχει. Cf. adn. I 86, 2 et Krueg. Gr. § 62, 4 adn. 2. Cur Th. nihil de hac re exploratum fuerit, explicat Weisw. l. l. p. 62.

§ 3. εἰ μὴ καί, i. e. εἰ καὶ μή. Cf. adn. II 11, 6. — ἄδειαν ποιησάμενον, sibi comparata securitate, impetrata securitate. Cf. adn. IV 51, 1 et I 25, 1 τιμωρίαν ἀπ' αὐτῶν ποιεῖσθαι. Sub impunitatis condicione indicium offertur. Cf. Weisw. l. l. p. 12. — βεβαιοτέραν γὰρ ... ἐλθεῖν, certiorem enim ipsi salutem fore securitate impetrata rem fasso, quam si negans iudicium subiret. „Rursus variavit Thuc. per particip. et infinit. [quorum illud ad αὐτῷ referendum, infinitivus subiectum est praedicati σωτηρίαν εἶναι. Nam] e σωτηρίαν εἶναι, non a διὰ δίκ. ἐλθεῖν pendere ὁμολογήσαντι vel ex eo appareat, quod absolutum statim, immo custodia liberatum sine iudicio refert Thuc.; non ergo ἦλθε διὰ δίκης ὁμολογήσας.“ Duk. Cf. Plutarch. l. d. ὁμολογήσαντι γὰρ ἄδειαν εἶναι κατὰ ψήφισμα τοῦ δήμου, τὰ δὲ τῆς κρίσεως ἄδηλα πᾶσι. De verbis διὰ δίκης ἐλθεῖν cf. adn. II 11, 8.

§ 4. αὐτός τε καθ' ἑαυτοῦ ... μηνύει. Ita Plut. l. d. Oratores Andocidem contra semet ipsum indicium professum esse non narrant. Cf. Droys. Mus. Rhen. IV p. 33 sq. Eum consilii Hermarum mutilandorum partem se habuisse confessum esse, non facinoris iudicat Weisw. l. l. p. 58. — τὸ τῶν Ἑρμῶν. Sic iterum

Ἀθηναίων] ἄσμενος λαβών, ὡς ᾤετο, τὸ σαφὲς καὶ
δεινὸν ποιούμενοι πρότερον εἰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας
σφῶν τῷ πλήθει μὴ εἴσονται, τὸν μὲν μηνυτὴν
εὐθὺς καὶ τοὺς ἄλλους μετ᾽ αὐτοῦ ὅσων μὴ κατ-
ηγορήκει ἔλυσαν, τοὺς δὲ καταιτιαθέντας κρίσεις
ποιήσαντες τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, ὅσοι ξυνελήφθη-
σαν, τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες
ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι. κἀν τούτῳ 5
οἱ μὲν παθόντες ἄδηλον ἦν εἰ ἀδίκως ἐτετιμώ-
ρηντο, ἡ μέντοι ἄλλη πόλις ἐν τῷ παρόντι περι-
φανῶς ὠφέλητο.

ἐπὶ δὲ Ἀλκιβιάδην ὕποπτον ὄντα ἡ Σαλαμινία

61. Περὶ δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐναγόντων τῶν 1
ἐχθρῶν, οἵπερ καὶ πρὶν ἐκπλεῖν αὐτὸν ἐπέθεντο,
χαλεπῶς οἱ Ἀθηναῖοι ἐλάμβανον· καὶ ἐπειδὴ τὸ

§ 5. ἐνδίκως Ar. Chr. Dan. et olim Cl. Quod probandum esset, nisi post verba dubitandi et considerandi εἰ etiam an *(ob nicht)* valeret. Cf. Krueg. ad Dion. p. 135 et ad Xen. Anab. III 2, 22 et Popp. ad Cyr. VIII 4, 16, ne ab Elmsl. ad Eur. Med. 911 in errorem inducare.

61, 1. — ὁ τῶν Ἀθηναίων apte ad ὁ δῆμος. § 1 additur, ubi post digressionem ad interruptam narrationem scriptor redit; hic, postquam § 1 additum est, molestiam facit. Del. Krueg. — ὡς ᾤετο ad τὸ σαφές pertinet. Quod acceperunt verum esse putabant. — δεινὸν ποιούμενοι. Transitum in pluralem non mirabere. Cf. 53, 3 et de ipsis verbis δεινὸν ποιεῖσθαι adn. I 102, 4. — τοὺς ἄλλους. Eos, quorum nomina ex trecentis detulerat Dioclides et qui comprehensi erant. Vid. Andoc. I 37 sqq. et 66. — κρίσεις ποιήσαντες, iudiciis constitutis, quod qua ratione factum sit, uberius exponit Weisw. l. l. p. 17 sqq. — καταιτιαθέντας. Passive, ut simplex 53, 2. — ἐπανεῖπον . . . τῷ ἀποκτείναντι. „Ad hunc locum fortassis respexit Pollux II 128 ἐπανειπὼν ἀργύριον, οἷον ἐπικηρύξας. Videtur pro eodem habuisse ἐπανειπεῖν et ἐπικηρύττειν ἀργύριόν τινι. Sed est inter haec discrimen. Nam in illo dativus refertur ad eum, cui praemium promittitur, in hoc ad eum, in cuius caput pecunia statuitur; nam usitatius est de hac re ἐπικηρῦξαι.“ Duk. Ceterum ἐπανεῖπον est praetera (praeterquam quod capitis eos damnaverunt) pronuntiabant. „Talentum publice decretum est proscriptorum aliquem trucidanti. Vid. Wessel. ad Diod. XIII 2.“ Goell.

§ 5. ἀδίκως ἐτετιμ. Id factum censet Plutarchus Alc. 21. Ceterum cf. sd. — ἡ μέντοι . . . ὠφέλητο. Cf. Andoc. I 68.

Cap. 61. § 1. τῶν ἐχθρῶν. Androcle et Thessalo. Cf. Plut. Alc. 22. Thuc. VIII 65, 2, supra adn. 28, 2. Weisw. l. l. p. 65 sq. — ἐπέθεντο, aggressi erant, alibi de hostibus in pugna, hic de inimicis in re civili

τῶν Ἑρμῶν ᾤοντο σαφὲς ἔχειν, πολὺ δὴ μᾶλλον καὶ τὰ μυστικά, ὧν ἐπαίτιος ἦν, μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου [καὶ τῆς ξυνωμοσίας] ἐπὶ τῷ δήμῳ ἀπ'
2 ἐκείνου ἐδόκει πραχθῆναι. καὶ γάρ τις καὶ στρατιὰ Λακεδαιμονίων οὐ πολλὴ ἔτυχε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ᾧ περὶ ταῦτα ἐθορυβοῦντο μέχρι Ἰσθμοῦ

ναῦς πέμπεται· ὁ δὲ ἐς τὴν Πελοπόννησον οἴχεται.

Cap. 61. § 1. σαφῶς D. K. m. Ar. Chr. Dan. et int. vers. Cass., quod recepit Did. Sed forsitan Graece non magis dicatur σαφῶς ἔχειν quam Latine aperte se habere. Verte Hermarum scelus manifestum habere, tenere, et cf. Aesch. Sept. 40 σαφῆ τἀκεῖθεν φέρων.

dicitur. De re cf. 28, 2. — μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου, cum eadem ratione (eodem consilio) atque Hermarum detruncatio, quae quidem ratio significata est verbis ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ 60, 1 et ἐπιβουλεύοντας σφῶν τῷ πλήθει 60, 4. Verba quae sequuntur uncis inclusa non solum, quod μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου ad 60, 1 ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ respicit, supervacanea sunt, sed etiam falsa iunctura superioribus adnexa. Nam coniuratio ipsa illa ratio est, cum qua mysteriorum violatio facta esse videbatur. Neque ita hanc causam tollimus, si cum eadem ratione eaque coniuratione in populum facta vertimus, cum non addita terminatione circumscribatur ea ratio, sed ipsa significetur. Ad eam autem significationem sine καί particula simplici appositione utendum erat. Neque Class. interpretatione haec verba defenduntur. Dici enim vult mysteriorum violationem eadem ratione factam esse atque coniurationem. Sed hoc non satis convenit ad 60, 1, ubi ipsam coniurationem consilium fuisse indicatur, quod in mysteriis violandis secuti sint. Tum vero Class. quae in codd. leguntur scripta esse putat pro his: μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου καὶ ἡ ξυνωμοσία . . . ἐδόκει πραχθῆναι, attractionem quandam genetivi statuens, qualis in Graeco sermone nulla est. Itaque τῆς ξυνωμοσίας interpretandi causa adscriptum a librario aliquo ad sententiam parum intento cum scriptoris verbis addito καί coniunctum esse putamus. Herw. Stud. Thuc. p. 86 etiam ἐπὶ τῷ δήμῳ delet, quod, cum stare possit, propter exquisitiorem ἐπί praepositionis usum servandum esse putamus. Cf. adn. 79, 1. I 40, 6. Kock. ad Aristoph. Equit. 286. Krueg. Gr. § 68, 41 adn. 7. — ἀπ' ἐκείνου. Cf. adn. I 17, 1. IV 76, 2.

§ 2. καὶ γάρ τις καὶ στρατιὰ Λ. κ. τ. λ. Cum Andoc. I 45 Βοιωτοὶ δὲ πεπυσμένοι τὰ πράγματα ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἦσαν ἐξεστρατευμένοι dicat, hoc ipsum ex consilio cum Lacedaemoniis, qui usque ad Isthmum accesserunt, communicato videtur factum esse. Nam nihil impedit, quin rerum scriptoris et oratoris narrationes ad eandem rem pertinere credamus. Quod enim Andocides hoc post Dioclidis denuntiationem et ante ipsius indicium factum esse dicit, cum hac temporis significatione satis convenit quod Th. tempus in universum designans dicit κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ᾧ περὶ ταῦτα ἐθορυβοῦντο. Neque audiendus est Leak. Athen. p. 300, qui sine idonea causa ex eo, quod Ando-

παρελθοῦσα πρὸς Βοιωτούς τι πράσσοντες. ἐδόκει
οὖν ἐκείνου πράξαντος καὶ οὐ Βοιωτῶν ἕνεκα ἀπὸ
ξυνθήματος ἥκειν, καὶ εἰ μὴ ἔφθασαν δὴ αὐτοὶ
κατὰ τὸ μήνυμα ξυλλαβόντες τοὺς ἄνδρας, προδο-
θῆναι ἂν ἡ πόλις. καί τινα μίαν νύκτα καὶ κατ-
έδαρθον ἐν Θησείῳ τῷ ἐν πόλει ἐν ὅπλοις. οἵ τε ξένοι 3
τοῦ Ἀλκιβιάδου οἱ ἐν Ἄργει κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον
ὑπωπτεύθησαν τῷ δήμῳ ἐπιτίθεσθαι· καὶ τοὺς
ὁμήρους τῶν Ἀργείων τοὺς ἐν ταῖς νήσοις κει-
μένους οἱ Ἀθηναῖοι τότε παρέδοσαν τῷ Ἀργείων
δήμῳ διὰ ταῦτα διαχρήσασθαι. πανταχόθεν τε 4
περιειστήκει ὑποψία ἐς τὸν Ἀλκιβιάδην. ὥστε
βουλόμενοι αὐτὸν ἐς κρίσιν ἀγαγόντες ἀποκτεῖναι,
πέμπουσιν οὕτω τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐς τὴν

§ 3. *διαχρήσεσθαι* pars codd.
§ 4. *περιεστήκει* codd. plurimi. Cf. ad. IV 26, 7.

cides *τοὺς ἐν μακρῷ τείχει εἰς τὸ Θησεῖον* excubitum ivisse refert, hoc Theseum non ut apud Th. in urbe, sed intra longos muros fuisse efficere vult. — *πρὸς Βοιωτούς τι πράσσοντες*, cum Boeotis aliquid agentes, in aliquid conspirantes. Cf. adn. I 131, 1. De plurali cf. adn. 60, 4. — *ἀπὸ ξυνθήματος* ut IV 67, 4. — *δή*, revera. Cf. Plat. Gorg. 481 b. Xen. Mem. II 6, 20. — *μήνυμα*, scil. Andocidis. — *τινα μίαν*. Cf. adn. 31, 4. Similiter *τὶς εἷς* Soph. OT. 246. — *κατέδαρθον ... ἐν ὅπλοις*, pernoctaverunt, excubias egerunt ... in armis. De hac urbis custodia multo accuratiora tradidit Andoc. l. l. Quod hic memoratur Theseum non templum esse quod vulgo putant ad Colonum agoraeum situm hodieque servatum (cf. Leak. l. l. p. 362 sqq. Burs. Geogr. I p. 288) C. Wachsmuth. de Urb. Ath. I p. 357 sqq. demonstravit, simul docens hoc templum potius Herculi *ἀλεξικάκῳ* sacrum fuisse. Idem l. l. p. 218 sq. Theseum urbanum a foro orientem versus prope gymnasium Ptolemaeum situm fuisse suspicatur. Quattuor Thesei templa (*τεμένη*) fuisse Plut. Thes. 35 indicat, quorum unum in ipsa urbe fuisse hoc Th. loco efficitur. De articulo apud *πόλει* omisso dictum est ad I 10, 2.

§ 3. *οἵ τε ξένοι* cet. Rem clarius narrat Diod. XIII 5, 2. — *ὑπωπτεύθησαν ... ἐπιτίθεσθαι*. Passivum *ὑποπτεύομαι* personaliter quod dicunt iam II 62, 1 positum legimus. — *τοὺς ὁμήρους ... κειμένους*. De re cf. V 84, 1 et de verbo *κειμένους* adn. V 61, 4. — *διὰ ταῦτα*, *ὡς οἰκείους ὄντας τῶν τοῦ Ἀλκιβιάδου ξένων*. Schol.

§ 4. *περιειστήκει ὑποψία ἐς τὸν Ἀλκ.*, suspicio conversa erat in Alcibiadem. Cf. adn. I 78, 2. Krueg. tamen *ἐς* ad *ὑποψίαν* refert. De re vid. adn. VI 28, 2. — *πέμπουσιν ... τὴν Σαλαμινίαν ναῦν*. „Post mediam aestatem (80, 1) itaque Chabriae anno. Non

Σικελίαν ἐπί τε ἐκεῖνον καὶ ὧν πέρι ἄλλων ἐμεμή-
5 *νυντο. εἴρητο δὲ προειπεῖν αὐτῷ ἀπολογησομένῳ*
ἀκολουθεῖν, ξυλλαμβάνειν δὲ μή, θεραπεύοντες τό
τε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατιώτας τε σφετέρους
καὶ πολεμίους μὴ θορυβεῖν, καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς
Μαντινέας καὶ Ἀργείους βουλόμενοι παραμεῖναι,
δι' ἐκείνου νομίζοντες πεισθῆναι σφίσι ξυστρα-
6 *τεύειν. καὶ ὁ μὲν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ ναῦν καὶ οἱ*
ξυνδιαβεβλημένοι ἀπέπλεον μετὰ τῆς Σαλαμινίας

§ 5. *ἀπολογησαμένῳ* male in optimis libris.
σφᾶς codd. Cf. adn.

accurate igitur argum. [Aristoph.] Av. II (*ἐπὶ Ἀριμνήστου τοῦ πρὸ Χαβρίου*) *Ἀθηναῖοι πέμπουσι τὴν Σαλαμινίαν Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι*. Rectius Philochorus apud schol. Av. 767 (*οἱ Ἑρμοκοπίδαι*) *ἐπὶ Χαβρίου θανάτῳ κατεγνώσθησαν*." Clint. in Fast. Hellen. Extremo Iulio mense vel ineunte Augusto factum putat Droysen. Mus. Rhen. III p. 174. Cf. Weisw. l. l. p. 67 sqq. *Πάραλον* missam esse dicit Suidas in v. *Πάραλος*, sed vid. ibi Gaisf. De Salaminia cf. adn. III 33, 1, de *οὕτω* adn. III 96, 2. — *ἐπί τε ἐκεῖνον καὶ ὧν πέρι . . . ἐμεμήνυντο*. Cf. Krueg. Gr. § 51, 13 adn. 5.

§ 5. *εἴρητο . . . θεραπεύοντες*. Ita perrexit, ut si *εἰρήκεσαν* scripsisset. Cf. adn. IV 28, 2. V 70. VII 42, 2. — *θεραπεύοντες τό τε πρὸς . . . μὴ θορυβεῖν*, curantes, ne apud (adversus. Cf. adn. 40, 1. 68, 2) milites in Sicilia suos et hostiles turbas excitarent (*Aufsehen erregen* Heilm.), i. e. curantes, ne vehementer commoverent suorum animos irritantes, hostium erigentes. Itaque a verbo *θεραπεύοντες* pendet *τὸ μὴ θορυβεῖν* et ad *θορυβεῖν* pertinet *πρὸς τοὺς . . . πολεμίους*. Verbum autem *θορυβεῖν* intransitive dictum est ut III 78, 1. Super v. *θεραπεύειν* cf. adn. IV 67, 3 et VII 70, 3. Prius *τέ* ita collocatum est, quasi alterum participium non esset secuturum (cf. adn. 15, 2), alterum sic ut *στρατιώτας* mente repetendum esse ante *πολεμίους* significet. De articulo ante *τὲ σφετέρους* non iterato cf. adn. 46, 3. Hunc locum non satis intellegens Class. *τό τε πρός* delendum esse suspicatur, quod unde huc immigrare potuerit, ne ipse quidem sibi videtur probabiliter explicare posse. — *πεισθῆναι σφίσι ξυστρατεύειν*. Perperam in codd. *σφᾶς*. Sententia postulat, ut cui auxilientur indicetur. Nec potest pro subiecto infinitivi *πεισθῆναι* esse. Sic enim *αὐτούς* scribendum erat. Emend. Bekk. De Mantinensibus et Argivis vid. 43, 2.

§ 6. *τὴν ἑαυτοῦ ναῦν*. „I. e. quam ipse armaverat et regebat; quanquam eandem ab eo praebitam esse probabile est. Ita de avo [immo patre] Alcibiadis dicitur a Plut. Alcib. [c. 1] *ἰδιοστόλῳ τριήρει περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχησεν*. Et sic Herod. VIII 17 [de patre Alcibiadis] *ὃς δαπάνην οἰκηΐην παρεχόμενος ἐστρατεύετο καὶ οἰκηΐῃ νηΐ*. [Vid. ibi Baehr.]" Bloomf. Cf. Diod. XIII 5, 4. — *οἱ ξυνδιαβεβλημένοι*. Cf. 53, 1. Hos quoque Alcibiadis nave vectos esse recte docet Bred. —

ἐκ τῆς Σικελίας ὡς ἐς τὰς Ἀθήνας· καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο ἐν Θουρίοις, οὐκέτι ξυνείποντο, ἀλλ' ἀπελθόντες ἀπὸ τῆς νεὼς οὐ φανεροὶ ἦσαν, δείσαντες τὸ ἐπὶ διαβολῇ ἐς δίκην καταπλεῦσαι. 7 *οἱ δ' ἐκ τῆς Σαλαμινίας τέως μὲν ἐζήτουν τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ· ὡς δ' οὐδαμοῦ φανεροὶ ἦσαν, ᾤχοντο ἀποπλέοντες. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ἤδη φυγὰς ὢν οὐ πολὺ ὕστερον ἐπὶ πλοίου ἐπεραιώθη ἐς Πελοπόννησον ἐκ τῆς Θουρίας· οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμῃ δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε καὶ τῶν μετ' ἐκείνου.*

Ἀθηναίων στρατεία ἐς Ὕκκαρα, ἃ λαβόντες ἐπί τε Ἐγέστης

62. *Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ τῶν Ἀθηναίων* 1 *στρατηγοὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ, δύο μέρη ποιήσαντες τοῦ στρατεύματος καὶ λαχὼν ἑκάτερος, ἔπλεον ξύμπαντι ἐπὶ [Σελινοῦντος καὶ] Ἐγέστης, βουλό-*

Cap. 62. § 1. *ξὺν παντὶ* codd. Emend. Krueg. propter similem locum III 95, 1 et quod Th. nusquam videretur ita *ξύν* addidisse. Et sane ad sententiam aptissimum est universo exercitu.

ἐν Θουρίοις, in finibus Thurinorum. Nam apud Th. *Θούριοι* ubique (104, 3. VII 33, 6. 35, 1. 57, 11. VIII 84, 2) est nomen gentis. — *οὐ φανεροὶ ἦσαν*, non comparebant. In urbe aut eius vicinia paulisper videntur delituisse, donec profecta esset Salaminia. Cf. Plut. Alc. 22 *ἔκρυψεν ἑαυτόν* et Diod. XIII 5, 5. — *ἐπὶ διαβολῇ*, cum calumnia. Rei condicionem *ἐπί* significat. Cf. adn. 45, 1.

§ 7. *οἱ δ' ἐκ τῆς Σαλαμινίας*. Cf. adn. 46, 4. — *ἐπὶ πλοίου*. *Στρογγύλης νεὼς ἐπιβάς* Polyaen. I 40, 6. Cf. infra 88, 9, ubi *ἐπὶ πλοίου φορτικοῦ*. — *ἤδη*, iam i. e. ex hoc tempore. Cf. I 49, 7. — *ἐκ τῆς Θουρίας*. [Complures interpretes] „his agrum Thurinum putant significari. Sed 104, 2 [et VII 33, 5] *τὴν Θουρίαν* urbem esse oportet et ager VII 35, 1 *ἡ Θουριάς* vocatur. Stephanus Byz. nomen non minus *Θουρία* et *Θούριον* quam *Θούριοι* exarari dicit et Eckhel. nummum, cuius inscriptio est *ΘΟΥΡΙΑ*, depingit.“ Arn. Cf. 88, 9. Accedit quod hoc unum urbis nomen scriptori relinquitur, cum *Θούριον* non habeat et *Θούριοι* apud eum ubique sit nomen gentis. — *ἐρήμῃ δίκῃ*, absentem damnaverunt. Cf. Herm. Antiqu. Gr. I § 144, 10. — *θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ*. Praeterea bona eius publicata sunt et sacerdotes eum devoverunt eiusque devotionis exemplum in pila lapidea incidendum curaverunt. Vide Plut. 22. Corn. Nep. Alc. 4, 5. Iust. V 1, 3, cum quibus cf. VIII 53, 2. Isocr. XVI 9. Accusationis formulam Plut. l. l. tradit. — *τῶν μετ' ἐκείνου*. De his cf. adn. 88, 9, de ipso pronomine adn. I 132, 5.

Cap. 62. § 1. *Μετὰ δὲ ταῦτα* cet. Res proximas ducum Athen. Plutarchus in Nicia 15 iure vituperat. Cf. infra 63, 2. — *λαχὼν ἑκάτερος*. Cf. adn. 42, 1. — *ἐπὶ ... Ἐγέστης*.

πλέουσι καὶ Ὕβλης πειρῶνται.

μενοι μὲν εἰδέναι τὰ χρήματα εἰ δώσουσιν οἱ
Ἐγεσταῖοι, κατασκέψασθαι δὲ καὶ τῶν Σελινουν-
τίων τὰ πράγματα καὶ τὰ διάφορα μαθεῖν τὰ πρὸς
2 Ἐγεσταίους. παραπλέοντες δ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν
Σικελίαν, τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν κόλπον,
ἔσχον ἐς Ἱμέραν, ἧπερ μόνη ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς
Σικελίας Ἑλλὰς πόλις ἐστί· καὶ ὡς οὐκ ἐδέχοντο
3 αὐτούς, παρεκομίζοντο. καὶ ἐν τῷ παράπλῳ αἱ-
ροῦσιν Ὕκκαρα, πόλισμα Σικανικὸν μέν, Ἐγε-
σταίοις δὲ πολέμιον (ἦν δὲ παραθαλασσίδιον), καὶ
ἀνδραποδίσαντες τὴν πόλιν παρέδοσαν Ἐγεσταίοις
(παρεγένοντο γὰρ αὐτῶν ἱππῆς), αὐτοὶ δὲ πάλιν
τῷ μὲν πεζῷ ἐχώρουν διὰ τῶν Σικελῶν, ἕως ἀφ-

§ 2. παραπλεύσαντες Ven. It. Vat. H. et corr. Cl., cui etiam Diod. XIII 6, 1 favet. Verum non finita hac expeditione, sed in ea res proximae evenerunt.

Seclusa insiticia esse putamus non solum propter inversam oppidorum collocationem (nam prius utique Segestam profecti sunt. Cf. adn. 72, 1) sed etiam quod in sequenti narratione non memoratur Athenienses Selinuntem appulsos esse et Diod. XIII 6, 1 solius Segestae mentionem facit. Addita sunt ab aliquo, qui, cum infra duces dicantur etiam Selinuntiorum opes inspicere voluisse, hoc Selinunte factum esse putaret. — *τὰ χρήματα.* Cf. 46, 1. — *κατασκέψασθαι* volebant Selinuntiorum opes (cf. VII 27, 3) et cum Segestanis controversias ubi optime poterant Segestae, quam urbem Selinuntii bello premebant (6, 2). Eodem consilio iam antea legati Segestam missi sunt (6, 3). Cf. adn. § 4. — *τὰ διάφορα . . . Ἐγεσταίους.* Vid. 6, 2.

§ 2. *παραπλέοντες δ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Σικελίαν.* Frustra Class. *ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες* (III 106, 1. VIII 101, 1) vel *λαβόντες* (VII 1, 1) desiderat, quod Th. scribere potuisset si Siciliam a dextra habentes aliam terram praeternavigassent. Sequitur appositio partitiva. — *ἔσχον.* Cf. adn. I 110, 4. — *μόνη.* Idem VII 58, 2 affirmatur. Etenim Mylae, quam Scylax 13 urbem Graecam vocat, Thucydidi sunt castrum Messeniorum. Vid. III 90, 2. — *Ἑλλὰς πόλις.* Ἑλλάς adiectivum, ut aliquotiens apud Herodot. Cf. adn. I 131, 1. — *οὐκ ἐδέχοντο*] οἱ Ἱμεραῖοι. Schol.

§ 3. *αἱροῦσιν Ὕκκαρα.* Cf. Diod. Plut. Nic. l. d. Occupatum autem id esse oppidum Chabria archonte significare scholiastam Aristoph. Plut. 179 adnotat Wessel. De situ huius oppidi cf. Cluv. Sic. p. 272. Holm. Hist. Sic. I p. 60. — *Σικανικόν.* Σικελικὸν πολισμάτιον seu φρούριον appellant Diod. l. d. schol. Thuc. VII 18, 2. Athen. 588c, sive Sicanos et Siculos non distinxerunt (cf. adn. 2, 1), sive latius accipientes voc. Σικελικός neglegentius locuti sunt. — *αὐτοί,* οἱ Ἀθηναῖοι. — *διὰ τῶν Σικελῶν . . . Κατάνην.*

ἵκοντο ἐς Κατάνην, αἱ δὲ νῆες περιέπλευσαν τὰ
ἀνδράποδα ἄγουσαι· Νικίας δὲ εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων 4
ἐπὶ Ἐγέστης παραπλεύσας καὶ τἆλλα χρηματίσας
καὶ λαβὼν τάλαντα τριάκοντα παρῆν ἐς τὸ στρά-
τευμα. καὶ τἀνδράποδα ἀπέδοσαν, καὶ ἐγένοντο
ἐξ αὐτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα. καὶ ἐς τοὺς 5
[τῶν Σικελῶν] ξυμμάχους περιέπεμψαν, στρατιὰν

§ 5. περιέπλευσαν codd. Cf. adn.

„Iter formidolosum, cum CXXX vel CXL mil. per terram clivosissimam fuerit et octo dies ... in eo consumendi fuerint. Ac tamen hoc facere quam circumvehi maluerunt, quod est documentum navigationis illorum temporum imperfectae.“ Bloomf. — περιέπλευσαν, insulam circumvectae sunt. Cf. Plut. l. l. ἐκπεριπλέων Σικελίαν.

§ 4. εὐθύς, i. e. statim postquam Hyccara advenerunt. Itaque Nicias oppidi expugnationi non interfuit. — παραπλεύσας. Class. προπλεύσας, quod propter εὐθύς non putamus necessarium esse et ideo displicet, quia reliqua classis Segestae non videtur commorata esse. — τἆλλα χρηματίσας, cum reliqua peregisset (cf. adn. I 87, 5), i. e. κατασκεψάμενος τῶν Σελινουντίων τὰ πράγματα καὶ τὰ διάφορα μαθὼν τὰ πρὸς Ἐγεσταίους (§ 1.). — παρῆν ἐς τὸ στράτευμα. Cum classis insulam circumvecta Catinam veniret, Nicias ibi aderat apud exercitum pedestrem, qui eo per Siculos profectus pervenerat. De ἐς praep. cf. 88, 9. VII 50, 1. Matth. Gr. § 578a. — ἀπέδοσαν. Ἀπέδοντο coniecit Bekk. et recepit Class., quod vendendi notio medio exprimenda esset; ἀπεδόθησαν Madvig. Adv. crit. I p. 327. Nobis nunc ἀπέδοσαν tolerari posse videtur propter Eur. Cycl. 239 ἀποδώσειν τινί, ubi activum cum eadem significatione dictum metri necessitate defenditur. Nomen autem verbi est τὸ στράτευμα sive οἱ στρατιῶται. — ἐγένοντο. Sic omnes libri, non ἐγένετο. Cf. ad. I 126, 5. — εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Ἑκατόν commemorat Diod. l. d.

§ 5. τοὺς ... ξυμμάχους. Cum de Siculorum sociis hic omnino sermo esse nequeat, genetivum τῶν Σικελῶν partitivum esse volunt. Sed apud Th. talis genetivus non interponitur nisi inter articulum et participium (I 126, 11. III 22, 5. 36, 5. VI 102, 1) vel adiectivum (III 65, 3), cuius rei causa in eo posita est, quod genetivus cum participio vel adiectivo substantivi vice fungente iunctus non potest possessivus esse. Cf. Krueg. Gr. § 47, 9 adn. 9—11. Congruunt quidem haec verba legitimae dicendi consuetudini, si Krueg. coniecturam secuti τῶν Σικελῶν τοὺς ξυμμάχους legimus; sed revera etiam ad alios Athenienses misisse ex 65, 2 ὅσοι Σικελῶν αὐτοῖς ἢ ἄλλος τις προσεληλύθει, quibus verbis auxilia quae impetraverunt significantur, videtur apparere. Neque intellegitur, cur a Naxiis et Catinensibus, quos ad eorum partes se applicavisse 50, 3. 51, 2 comperimus, auxilia impetrare non studuerint. Itaque τῶν Σικελῶν a librario adscriptum esse putamus, qui omnes Siciliae incolas intellegeret. Ac profecto ex interpretamento facilius iniquo loco in Th. verba irrepere poterat quam transponi, si ab ipso Th. scriptum fuisset. — περιέπεμψαν. Quod in codd. legitur περι-

κελεύοντες πέμπειν· τῇ τε ἡμισείᾳ τῆς ἑαυτῶν ἦλθον ἐπὶ Ὕβλαν τὴν Γελεᾶτιν πολεμίαν οὖσαν καὶ οὐχ εἷλον. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

1 63. *Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς τὴν* *θάρσος καὶ ὕβρις τῶν Συρακοσίων.*
ἔφοδον οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ Συρακούσας παρεσκευάζοντο, οἱ δὲ Συρακόσιοι καὶ αὐτοὶ ὡς ἐπ' ἐκεί-
2 *νους ἰόντες. ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸν πρῶτον*
φόβον καὶ τὴν προσδοκίαν οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ εὐθὺς

ἔπλευσαν ad rerum condicionem non convenit. Cum enim Siculi maximam partem mediterranea habitaverint (2, 5. 62, 3. V 4, 6) et ex his ipsis plurimi Atheniensium socii fuerint (88, 4), ad hos pervenire navibus non poterant; cur autem ad reliquos tantum naves miserint (nam a Siculis eos auxilia arcessivisse ex 65, 2 certo cognoscitur), nullo modo cogitari potest. Nec videtur opus fuisse classem vel partem classis ad sociorum auxilia petenda circumnavigare, cum alias ad eandem rem legatis vel singulis navibus usi sint (88, 6). Omnis autem difficultas sublata est, simulac *περιέπεμψαν* legimus, cui verbo eandem vim (*umherschicken*) tribuimus, quam III 78. VI 45, 1 habet. Ne a Th. elegantia alienum esse putes *περιέπεμψαν* ante *πέμπειν*, cf. 88, 6 *πέμψαντες ἐκέλευον . . . πέμπειν*. Ante nos iam Class. *περιέπεμπον* emendavit; sed *περιέπεμψαν* faciliore scribi putamus litterarum mutatione. — *Ὕβλαν τὴν Γελεᾶτιν.* Incolas Steph. Byz. *Γαλεώτας* vocat, cognomen urbis apud Paus. V 28, 5 *Γερεᾶτις* est. Cum autem tres fuerint in Sicilia urbes, quibus nomen erat Hybla, vulgo propter verba quaedam Stephani Byz. in v. *Ὕβλαι*, quanquam valde corrupta, Cluverium secuti statuerunt unam circa Aetnam sitam maiorem, alteram circa Syracusas parvam et Geleatidem vel etiam Megara, tertiam apud Pachynum minorem seu Heraeam nominatam esse. Quod male tradi et Hyblam Geleatidem non esse Megara, sed Hyblam maiorem e Thucydide perspicue demonstrari potest. Nam Megara tunc fuisse deserta 49, 4 legimus, et munitionem quandam postea demum ibi exstructam esse 75, 1 audiemus. Nihilominus, antequam haec munitio aedificatur, Athenienses impetum faciunt in Hyblam Geleatidem eamque non possunt expugnare. Adde quod hic narrantur res contra Sicanos et Siculos gestae, ad quos nihil pertinet Megara urbs, et quod minime diligentiae huius scriptoris conveniret eandem urbem alibi semper Megara, bis autem (hic et ne addito quidem epitheto 63, 2) Hyblam Geleatidem nominare. Cf. Dorv. Sic. p. 172. Holm. Hist. Sic. I p. 68. 363. — Res inde a § 3 tam strictim atque breviter scriptor percurrit, ut extremam eius manum desiderare possis. Nam Niciae neque a reliquo exercitu discessus neque reditus satis clare significatus est neque, utrum insulam circumnavigaverit an (quod sane probabilius est) eadem qua profecti erant via redierit, comperimus, neque magis traditur, utrum Lamachus cum pedestri exercitu an cum classe Catinam reverterit.

Cap. 63. § 2. *πρὸς τὸν πρῶτον φόβον*, secundum (cf. Liv. VIII 10, 9) primum terrorem. Ad rerum continuationem indicandam pariter *πρός* praepos. adhibuit Herod. I 38.

*ἐπέκειντο, κατά τε τὴν ἡμέραν ἑκάστην προϊοῦσαν
ἀνεθάρσουν μᾶλλον, καὶ ἐπειδὴ πλέοντές τε τὰ
ἐπ' ἐκεῖνα τῆς Σικελίας πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνοντο
καὶ πρὸς τὴν Ὕβλαν ἐλθόντες καὶ πειράσαντες οὐχ
εἷλον βίᾳ, ἔτι πλέον κατεφρόνησαν καὶ ἠξίουν τοὺς
στρατηγούς, οἷον δὴ ὄχλος φιλεῖ θαρσήσας ποιεῖν,
ἄγειν σφᾶς ἐπὶ Κατάνην, ἐπειδὴ οὐκ ἐκεῖνοι ἐφ'
ἑαυτοὺς ἔρχονται. ἱππῆς τε προσελαύνοντες ἀεὶ* 3
*κατάσκοποι τῶν Συρακοσίων πρὸς τὸ στράτευμα
τῶν Ἀθηναίων ἐφύβριζον ἄλλα τε καὶ εἰ ξυνοική-
σοντες σφίσιν αὐτοὶ μᾶλλον ἥκοιεν ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ
ἢ Λεοντίνους ἐς τὴν οἰκείαν κατοικιοῦντες.*

Cap. 63. § 2. *πλέοντες τά τε* codd. Cf. adn.
§ 3. *τε* post *ἱππῆς* male om. Cass. Aug. It. Vat. G. Gr. Lugd. B. C. D. E. (in quo s. v. exstat) K. m. et, si Bekkero fides, Pal., ex quo tamen adnotavit Frommel; *δὲ* Cl. Ven., *καὶ* Mosqu. Ar. Chr.
σφίσιν αὐτοῖς codd. Cf. adn.

III 52. — *τὴν ἡμέραν ἑκάστην.* Frustra Krueg. articulus suspectus est. Cf. IV 98, 2 et eius Gr. § 50, 11 adn. 28. — *πλέοντές τε τὰ ἐπ' ἐκεῖνα* leni mutatione scripsimus pro *πλέοντες τά τε ἐπ' ἐκεῖνα.* Nam *τέ* particulae traiectio ita excusari nequit, ut eam scriptorem ita collocasse dicamus, quasi non secuturum esset *ἐλθόντες καὶ πειράσαντες* (cf. adn. 61, 5). Etenim ne cogitando quidem *πλέοντες* simul ad *πρὸς τὴν Ὕβλαν* referri potest, quoniam terrestri exercitu contra Hyblam, quippe quae non ad mare sita esset (cf. 62, 5), profecti sunt. Ceteroqui autem coniecturis (*πλέοντες ἔς τε τά* Reisk., *πλέοντές τε ἐς τά* Dobr., *παραπλέοντες τά τε* Popp., *πλέοντες τότε ἐς τἀπέκεινα* Arn.) abstinendum esse ducimus. Nam *πλέοντες τὰ ἐπ' ἐκεῖνα τῆς Σ.* pariter dictum esse potest pro *πλέοντες τὸν ἐπ' ἐκεῖνα τῆς Σ. πλοῦν* atque I 39, 2 *τἀκεῖ ἁμαρτόντες* pro *τὴν ἐκεῖ ἁμαρτίαν ἁμαρτόντες.* Cf. Krueg. Gr. § 46, 5 adn. 4. De *ἐπ' ἐκεῖνα*, ultra (*jenseits*), cf. VII 58, 1. VIII 104, 5. — *πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνοντο*, longe ab ipsis comparebant. Cf. V 7, 5. Plat. Phaed. 72c *οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο*, de Rep. 528b *τὰ πόρρωθεν φαινόμενα*, Xen. Hist. Gr. VI 5, 25 *εἰ μόνον φανείησαν εἰς τὴν χώραν.* — *πειράσαντες*, scil. *αὐτῆς.* Cf. adn. I 61, 4. — *κατεφρόνησαν*, sensu incohativo contemnere coeperunt.

§ 3. *εἰ ἀντὶ τοῦ πότερον κεῖται.* Schol. Sed praestat *ἤ* quod sequitur ad *μᾶλλον* referre. — *σφίσιν αὐτοί* pro *σφίσιν αὐτοῖς* scripsimus, quod oppositio non fit inter Syracusanos et Leontinos, sed inter Athenienses et Leontinos. Sententia enim haec est: num apud se ipsi potius sedes collocaturi venissent in aliena terra quam Leontinis suas restituturi. A Th aliquanto discrepat Plut. Nic. 16 *εἰ Καταναίοις συνοικήσοντες ἢ Λεοντίνους κατοικιοῦντες ἥκουσι.*

1 64. Ἃ γιγνώσκοντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων καὶ βουλόμενοι αὐτοὺς ἄγειν πανδημεὶ ἐκ τῆς πόλεως ὅτι πλεῖστον, αὐτοὶ δὲ ταῖς ναυσὶν ἐν τοσούτῳ ὑπὸ νύκτα παραπλεύσαντες στρατόπεδον καταλαβεῖν ἐν ἐπιτηδείῳ καθ' ἡσυχίαν, εἰδότες οὐκ ἂν ὁμοίως δυνηθέντες, [καὶ] εἰ ἐκ τῶν νεῶν πρὸς παρεσκευασμένους ἐκβιβάζοιεν ἢ κατὰ

οἱ δ' Ἀθηναῖοι διὰ μηχανῆς στρατόπεδον καταλαμβάνειν ἐγγὺς Συρακουσῶν βούλονται, ἥπερ μηχανὴ δηλοῦται.

Cap. 64. § 1. καὶ om. schol. εἰδότες ὅτι οὐχ ὁμοίως οἱ Ἀθηναῖοι δυνήσονται στρατόπεδον καταλαβεῖν, οὔτ' εἰ κατὰ θάλασσαν φανερῶς καὶ προησθημένων τῶν Συρακοσίων ἐπιπλέοιεν (χαλεπὴν γὰρ ἔσεσθαι τὴν ἀπόβασιν ἀντιταχθησομένων τῶν ἐναντίων καὶ οὐκ ἀπαρασκευών ὄντων) οὔτ' εἰ κατὰ γῆν ἐπίοιεν ἐκ τοῦ φανεροῦ et Valla vertens non perinde se valituros, si aut... descenderent aut... cognoscerentur; καὶ οἱ Vat. H., εἰ om. M. Mosqu. Cf. adn.

ἐκβιάζοιεν codd. multi et boni. Cf. ad. V 98 et adn.

Cap. 64. § 1. ἐν τοσούτῳ, interea. Cf. Arist. Equ. 420. — παραπλεύσαντες, oram praetervecti, quod tutissimum erat. Id sub noctem facere volebant, quoniam interdiu facile animadverti potuissent. Sine causa προσπλεύσαντες Class. — ἐν ἐπιτηδείῳ. Cf. adn. II 81, 4. — οὐκ ἂν ὁμοίως δυνηθέντες, fore ut id (στρατόπεδον καταλαβεῖν ἐν ἐπιτηδείῳ) haud perinde (i. e. multo minus. Cf. I 2, 6. V 11, 1) possent. Quod deinde in codd. legitur καὶ εἰ cum superioribus iungi non potest, nisi intellegamus ea quam inituri erant ratione duces se idoneum castris locum haud perinde occupaturos esse cognovisse atque si adversus paratos hostes escenderent aut terra proficiscentes animadverterentur, i. e. multo minus illo, quem secuturi erant, modo id fieri posse quam hoc, quem non secuti sunt. At clarissime patet contrariam sententiam veram esse. Eam autem praebent schol. et Valla καί omittentes. Nam frustra Class. contra dicit, quae Athenienses evitare voluerint magis ad cladis periculum pertinuisse quam quominus castra collocarent impeditura fuisse. Quid? Nonne hoc ipsum Th. designavit, multo difficilius Atheniensibus visum esse idoneum locum occupare, si hostibus ad se prohibendos paratis copias exponerent aut terra iter facientes conspicerentur atque equitum impetu laborarent? Inutilis igitur est quam illo argumento fulsit Class. mutatio λυπηθέντες (cf. 66, 1) καὶ εἰ. Cur enim coniectandi periculum faciamus, cum traditam acceperimus idoneam scripturam? — εἰ ... ἐκβιβάζοιεν, si adversus eos, qui in promptu essent ad se prohibendos, exercitum exponerent, ex adverso respondet verbis βουλόμενοι ... ὅτι πλεῖστον. Nam ne hoc fieret, hostes quam longissime ex urbe abducere volebant. Ad ἐκβιβάζοιεν tam facile στρατόν auditur quam ad ἄγειν, ἐλαύνειν, similia. Cf. Xen. Hist. Gr. II 1, 24. Class. ἐκβιάζοιεν recepit vertens *die Landung forcieren*. Sed etiamsi hoc verbum exstaret, ipso appulsu non significato eam vim habere non posset. — ἢ ...

γῆν ἰόντες γνωσθεῖεν (τοὺς γὰρ ἂν ψιλοὺς [τοὺς]
σφῶν καὶ τὸν ὄχλον τῶν Συρακοσίων τοὺς ἱππέας
πολλοὺς ὄντας, σφίσι δ' οὐ παρόντων [ἱππέων],
βλάπτειν ἂν μεγάλα· οὕτω δὲ λήψεσθαι χωρίον
ὅθεν ὑπὸ τῶν ἱππέων οὐ βλάψονται ἄξια λόγου·
ἐδίδασκον δ' αὐτοὺς περὶ τοῦ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ
χωρίου, ὅπερ καὶ κατέλαβον, Συρακοσίων φυγάδες
οἳ ξυνείποντο), τοιόνδε τι οὖν πρὸς ἃ ἐβούλοντο
οἱ στρατηγοὶ μηχανῶνται. πέμπουσιν ἄνδρα σφίσι 2
μὲν πιστόν, τοῖς δὲ τῶν Συρακοσίων στρατηγοῖς
τῇ δοκήσει οὐχ ἧσσον ἐπιτήδειον· ἦν δὲ Κατα-
ναῖος ὁ ἀνήρ, καὶ ἀπ' ἀνδρῶν ἐκ τῆς Κατάνης
ἥκειν ἔφη ὧν ἐκεῖνοι τὰ ὀνόματα ἐγίγνωσκον καὶ
ἠπίσταντο ἐν τῇ πόλει ἔτι ὑπολοίπους ὄντας τῶν

γνωσθείημεν E., reliqui γνωσθείησαν. Cf. sd. III 42, 4.

γνωσθεῖεν ad αὐτοὶ δὲ ... παραπλεύσαντες ex adverso refertur. Nam ne terra proficiscentes, ubi eorum iter per equites facile explorari poterat, animadverterentur, navibus sub noctem praetervecti sunt. — τοὺς γὰρ ... βλάπτειν ἂν μεγάλα, scil. εἰ κατὰ γῆν ἰόντες γνωσθεῖεν. Τοὺς ψιλοὺς σφῶν καὶ τὸν ὄχλον obiectum, τῶν Σ. τοὺς ἱππέας subiectum est huius enuntiati. Articulus ante σφῶν repetitus neque exemplis comprobatur neque eo excusari potest, quod σφῶν cum graviore pondere pro σφῶν αὐτῶν dictum sit, cum ne ante hoc quidem ita articulus iteretur. Cf. Kuehn. Gr. max. § 455, 6c. Ortus hic est ex terminatione praecedentis vocabuli. Τὸν ὄχλον calones cum impedimentis esse puta. Cf. Xen. Anab. III 2, 36. 3, 6. Deinde πολλοὺς ὄντας, σφίσι δ' οὐ παρόντων = οἳ πολλοὶ ἦσαν, σφίσι δ' οὐ παρῆσαν. Cf. Krueg.. Gr. § 56, 14 adn. 2 et § 69, 16 adn. 3. Quod additum est ἱππέων non solum facillime subauditur, sed etiam, cum brevi post idem vocabulum sequatur, molestius est. Ad infinitivum βλάπτειν ἂν et qui sequitur λήψεσθαι ex εἰδότες audiendum est ἐγίγνωσκον vel ἐνόμιζον. — οὕτω δέ, scil. εἰ ταῖς ναυσὶν ἐν τοσούτῳ ὑπὸ νύκτα παραπλεύσειαν. — λήψεσθαι χωρίον ὅθεν ... οὐ βλάψονται, se capturos esse locum idoneum ex ea parte, ubi ... damnum non acciperent. De ὅθεν = ἐκεῖθεν ὅπου cf. Soph. Trach. 701. adn. I 89, 3. — Ὀλυμπιείῳ. Templum cum oppidulo fuit prope magnum Syracusarum portum MD passus ab urbe distans (Liv. XXIV 33, 3). Cf. Cluv. Sic. p. 179. Holm. Hist. Sic. I p. 129. — ὅπερ καὶ κατέλαβον. Cf. 65, 3. 66, 1. — οὖν particula scriptor se ad enuntiationem parenthesi interruptam reverti indicat. Cf. adn. III 95, 1.

§ 2. πέμπουσιν ... Cf. Diod. XIII 6, 2. Hoc Alcibiadis fuisse commentum perperam tradunt Frontin. Strat. III 6, 6. Polyaen. I 40, 5. — τῇ δοκήσει. Cf. III 45, 2 et adn. II 35, 2. — ἐπιτήδειον. Cf. adn. I 60, 2. — καὶ ἠπίσταντο = καὶ οὓς ἠπίσταντο. Cf. III 55, 3. Krueg. Gr. § 60, 6. — ἐν τῇ πόλει

3 σφίσιν εὔνων. ἔλεγε δὲ τοὺς Ἀθηναίους αὐλίζεσθαι ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει, καὶ εἰ βούλονται ἐκεῖνοι πανδημεὶ ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ ἅμα ἕῳ [ἐπὶ τὸ στράτευμα] ἐλθεῖν, αὐτοὶ μὲν ἀποκλῄσειν τοὺς παρὰ σφίσι καὶ τὰς ναῦς ἐμπρήσειν, ἐκείνους δὲ ῥᾳδίως [τὸ στράτευμα] προσβαλόντας τῷ σταυρώματι

§ 2. εὐνόων codd. plurimi. Cf. Wecklein. Cur. epigr. p. 26.
§ 3. αὐτοὺς παρὰ σφίσι Cass. Aug. Pal. It. Vat. M. H. Reg. F. E. Mosqu. K. m. Ar. Chr. Dan. „Cum credibile sit neque omnes Athenienses castra et stationem deseruisse neque, si hoc fecissent, Catinenses proditores toti Atheniensium exercitui retinendo pares existimari, vulgatam adhuc praefero, praesertim cum ita verba sequentia magis quadrare videantur.“ Haack. Vulgatam confirmat Polyaen. I 40, 5 δύνασθαι τοὺς ἐν τῇ πόλει γυμνοὺς ἀποκλεισθέντας ἁλῶναι ῥᾳδίως et Diod. XIII 6, 2 συχνοὺς τῶν Ἀθηναίων αὐλιζομένους ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει νυκτὸς ἄφνω λαβόντες τὰς ἐν τῷ λιμένι ναῦς ἐμπρῆσαι, ob quae in αὐτούς latere ἄφνω (αὐτίκα) τούς suspicere, quanquam αὐτούς et τούς etiam alibi confunduntur.
τῷ στρατεύματι pro τῷ σταυρώματι F. Lugd. Gr. I. E. Laur.

ἔτι ὑπολοίπους. Quanquam, cum Athenienses intrassent, οἱ τὰ τῶν Συρακοσίων φρονοῦντες ὑπεξῆλθον οὐ πολλοί τινες (51, 2).

§ 3. ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει. „Castra igitur stativa Atheniensium, in quibus lanceae et clipei, ut fieri solebat, in loco aperto ordine composita erant, extra urbem Catinam erant; sed milites plerique [custodibus scilicet in castris aliquot relictis] in urbe deversari et pernoctare consueverant.“ Arn. Polyaen. Ἀθηναίους καταλιπόντας τὸ στρατόπεδον ἀόπλους εἴσω Κατάνης αὐλίζεσθαι. De τῶν ὅπλων verborum sententia cf. I 121, 1. III 1, 1. — καὶ εἰ βούλονται cet. Cf. Plut. Nic. l. d. — [ἐπὶ τὸ στράτευμα] Th. abiudicamus. Nam ex iis, quae infra dicuntur, patet Syracusanis consilium datum esse, ut in castra Atheniensium, dum hi in Catinensium urbe versantur, impetum faciant. Itaque non potest de exercitu qui in castris fuerit cogitari. Nam licet aliquot custodes remanserint, hi tamen non possunt, cum reliqui milites longe plurimi in urbe pernoctasse dicantur, pro exercitu haberi. Herw. Stud. Thuc. p. 87 ἐπὶ τὸ στρατόπεδον proponit, quo propter προσβαλόντας τῷ σταυρώματι facile caremus. Plut. l. l. scribens πρὸς Κατάνην παραγενέσθαι hoc certe non legit. — αὐτοὶ μὲν ἀποκλῄσειν. „Nempe ipsos (Catinenses) hoc facturos, quorum unus cum fuerit interpres ille, de se quoque dicturus quod de reliquis civibus suis diceret, apparet, cur nominativo utatur αὐτοί.“ Bau. Cf. IV 114, 5. — ἐκείνους δὲ ... αἱρήσειν. Sententiam oportet hanc esse: illos autem, si vallum adorti essent, id (seu castra) facile capturos. Cf. Plut. l. d. εἰ βούλονται λαβεῖν ἔρημον ἀνδρῶν τὸ στρατόπεδον. Polyaen. l. d. εἰ καταλάβοιεν Ἀθηναίων τὸ στρατόπεδον. Omisso accusativo τὸ στράτευμα (cf. sd.) oritur ea forma sermonis, de qua dicit Krueg. Gr. § 60, 5 adn. 2.

αἱρήσειν· εἶναι δὲ ταῦτα τοὺς ξυνδράσοντας πολλοὺς Καταναίων καὶ ἡτοιμάσθαι ἤδη, ἀφ' ὧν αὐτὸς ἥκειν.

οἱ μὲν οὖν Συρακόσιοι ἐπὶ Κατάνης πορεύονται, οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπιεῖον ἀποβαίνουσιν.

65. *Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Συρακοσίων μετὰ* 1
τοῦ καὶ ἐς τὰ ἄλλα θαρσεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἰέναι [παρεσκευάσθαι] ἐπὶ Κατάνην ἐπίστευσάν τε τῷ ἀνθρώπῳ πολλῷ ἀπερισκεπτότερον καὶ εὐθὺς ἡμέραν ξυνθέμενοι ᾗ παρέσονται ἀπέστειλαν αὐτόν, καὶ αὐτοὶ (ἤδη γὰρ καὶ τῶν ξυμμάχων Σελινούντιοι καὶ ἄλλοι τινὲς παρῆσαν) προεῖπον πανδημεὶ πᾶσιν ἐξιέναι Συρακοσίοις. ἐπεὶ δὲ ἑτοῖμα αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἦν καὶ αἱ ἡμέραι ἐν αἷς ξυνέθεντο ἥξειν ἐγγὺς ἦσαν, πορευόμενοι ἐπὶ Κατάνης ηὐλίσαντο

m. Ar. Chr. Dau. marg. Cass., quam scripturam etiam schol. affert. Valla interpretatus Syracusanos autem facile Atheniensium adortos exercitum deleturos aut dativum aut accusativum non videtur legisse. Et exercitus omnino hic non aptius commemoratur quam supra. Itaque aeque falsae atque languidae voci uncos (ut Bloomf.) apposuimus. Cf. adn.

Cap. 65. § 1. *παρασκευάσασθαι* Cl. Ven. E. F., *παρασκευᾶσθαι* Laur., *παρασκευάσθαι* M. m.

— *ταῦτα τοὺς ξυνδράσοντας*, i. e. *τοὺς ταῦτα ξυνδρ.* Cf. adn. II 7, 2. III 82, 4. — *καὶ ἡτοιμάσθαι . . . ἥκειν*] *καὶ ἑτοίμους εἶναι τοὺς ἄνδρας παρ' ὧν αὐτὸς ἥκει.* Schol. De infinitivo *ηκειν* cf. adn. 24, 3.

Cap. 65. § 1. *μετὰ τοῦ . . . θαρσεῖν*, cum etiam alioqui bonum animum haberent. De vi praep. *μετά* cf. adn. V 69, 2. 111, 3. — *εἶναι ἐν διανοίᾳ*] *ἤγουν διανοεῖσθαι.* Schol. Cf. adn. II 80, 3. — *καὶ ἄνευ τούτων*, etiam sine his nuntiis. — [*παρεσκευάσθαι*]. Ire in animo habebant, non ad eundum parati esse, quoniam, ut ex verbis infra scriptis *ἐπεὶ δὲ ἑτοῖμα αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἦν* intellegitur, revera parati iam erant. Patet *παρεσκευάσθαι* verborum *εἶναι ἐν διανοίᾳ* interpretamentum esse. Del. Krueg. — *ἀπερισκεπτότερον.* Ad comparativum illustrandum Bau. haec adscripsit: „Faciebat illorum universa fiducia et consilium iam captum Catinae occupandae, ut per id essent proniores et incautiores ad fidem illi proditori habendam.“ — *ἡμέραν.* *Νύκτα* commemorat Diod. XIII 6, 3. — *αὐτοί* ad insequentem parenthesim respicit: cum pars sociorum iam adesset, ipsi totum Syracusanorum exercitum evocaverunt. — *ἄλλοι τινές.* Vid. 67, 2. — *ἐπεὶ δὲ ἑτοῖμα . . . ἦν*, cum autem in promptu iis esset etiam apparatus bellicus, qua de re dictum est 63, 1. Cf. de verbis *τὰ τῆς παρασκ.* supra 29, 1. — *αἱ ἡμέραι.* Plurali aut tempus universum aut potius non solum

2 ἐπὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ἐν τῇ Λεοντίνῃ· οἱ δ' Ἀθηναῖοι ὡς ᾔσθοντο αὐτοὺς προσιόντας, ἀναλαβόντες τό τε στράτευμα ἅπαν τὸ ἑαυτῶν καὶ ὅσοι Σικελῶν αὐτοῖς ἢ ἄλλος τις προσεληλύθει καὶ ἐπιβιβάσαντες ἐπὶ τὰς ναῦς καὶ τὰ πλοῖα, ὑπὸ
3 νύκτα ἔπλεον ἐπὶ τὰς Συρακούσας. καὶ οἵ τε Ἀθηναῖοι ἅμα ἕῳ ἐξέβαινον ἐς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπιεῖον ὡς τὸ στρατόπεδον καταληψόμενοι, καὶ οἱ ἱππῆς οἱ Συρακοσίων πρῶτοι προσελάσαντες ἐς τὴν Κατάνην καὶ αἰσθόμενοι ὅτι τὸ στράτευμα ἅπαν ἀνῆκται, ἀποστρέψαντες ἀγγέλλουσι τοῖς πεζοῖς, καὶ ξύμπαντες ἤδη ἀποτρεπόμενοι ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν πόλιν.

1 66. Ἐν τούτῳ δ' οἱ Ἀθηναῖοι, μακρᾶς οὔσης τῆς ὁδοῦ αὐτοῖς, καθ' ἡσυχίαν καθῖσαν τὸ στράτευμα ἐς χωρίον ἐπιτήδειον καὶ ἐν ᾧ μάχης τε

ἐνταῦθα μὲν δὴ τὸ στρατόπεδον ὀχυροῦνται. ἀφικνοῦνται

§ 3. ἐς τὸ Pal. K. (et ita legendum esse coniecit Duk.); ἐς τὸν reliqui. Quare in H. Reg. Lugd. superscr. μέγαν λιμένα, sed temere. Bernh. Synt. p. 184 ut alii nonnulli τόπον audiens comparat Soph. OC. 1061 τὸν ἑφέσπερον. At hoc Sophoclis loco ex superioribus χῶρον repetendum esse elucet nec magis alibi admittenda est ellipsis τόπος.

Cap. 66. § 1. καθῖσαν multi codd., ἐκάθισαν It. Vat. vulgo. Cf. ad. IV 130, 7.

adventus, sed etiam profectionis dies significatur. — Συμαίθῳ. Est maximus Siciliae fluvius, qui nunc dicitur Giaretta. Cf. Cluv. Sic. p. 124. Holm. Hist. Sic. I p. 27 sq.

§ 2. Σικελῶν. Cf. 62, 5. — τὰς ναῦς καὶ τὰ πλοῖα. Cf. adn. IV 116, 2.

§ 3. καὶ οἵ τε Ἀθηναῖοι cet. Cf. Diod. XIII 6, 4, qui Athenienses Olympieo potitos esse falso narrat. Vid. infra 70, 4. — ἐς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπιεῖον. Ad neutrum illustrandum Duker comparat 66, 1 τῇ μὲν τειχία τε καὶ οἰκίαι εἶργον . . . παρὰ δὲ τὸ κρημνοί, 75, 1 παρὰ πᾶν τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς ὁρῶν, 64, 1 περὶ τοῦ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ χωρίου. Add. Krueg. Gr. § 50, 5 adn. 12. De Olympieo cf. adn. 64, 1, de loco escensionis plura in adn. 66, 1. — τὸ στρατόπεδον. Articulum addens „aperte respicit Thuc. antecedentis capitis verba βουλόμενοι στρατόπεδον καταλαβεῖν ἐν ἐπιτηδείῳ." Bened. — πρῶτοι, i. e. antequam reliquus exercitus eo adveniret. — ἀποτρεπόμενοι] ὀπίσω ἐπανερχόμενοι. Schol. — ἐβοήθουν ἐπὶ τ. π. Cf. adn. I 107, 5.

Cap. 66. § 1. αὐτοῖς] τοῖς Συρακοσίοις. Schol. — καθῖσαν τὸ στράτευμα. Cf. IV 93, 1 ἐς χωρίον καθίσας et V 7, 4 καθίσας ἐπὶ λόφου καρτεροῦ τὸν στρατόν. De re cf. Plut. l. d. — μάχης ἄρξειν

δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι.

ἄρξειν ἔμελλον ὁπότε βούλοιντο καὶ οἱ ἱππῆς τῶν
Συρακοσίων ἥκιστ' [ἂν] αὐτοὺς καὶ ἐν τῷ ἔργῳ
καὶ πρὸ αὐτοῦ λυπήσειν· τῇ μὲν γὰρ τειχία τε
καὶ οἰκίαι εἶργον καὶ δένδρα καὶ λίμνη, παρὰ δὲ
τὸ κρημνοί. καὶ τὰ ἐγγὺς δένδρα κόψαντες καὶ 2
κατενεγκόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν παρά τε τὰς ναῦς
σταύρωμα ἔπηξαν καὶ ἐπὶ τῷ Δάσκωνι ἔρυμά τε,
ᾗ εὐεφοδώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις, λίθοις λογά-

§ 2. *ἐνεφοδώτατον* Gr., *ἐφοδώτατον* reliqui. Sed *ἔφοδος*

ἔμελλον. Recte Port.: proelii initium erant facturi. Cf. IV 73, 2. — *ἐν τῷ ἔργῳ,* in pugna. — *λυπήσειν,* afflictaturi erant. Cf. IV 53, 3 *λῃσταὶ τὴν Λακωνικὴν ἧσσον ἐλύπουν.* De deleto *ἄν* cf. Stahl. Quaest. gram. p. 9 sq. Servato *ἄν λυπήσειαν* coni. Meinek. (Herm. III p. 372) vel propter aor. reiciendum. Neque enim unum aliquem, sed omnem quo pugnam committentes vel commissuri afflictentur equitum impetum Athenienses evitare volunt. — *τῇ μὲν γὰρ . . . κρημνοί.* Dubitant interpretes, utrum hic locus ad dextram an ad sinistram Anapi ripam fuerit. Illud praeter alios nonnullos probat Arn. Cui sententiae paludem, quae non videretur alia nisi Lysimelea esse, obstare olim credidimus; eam enim, quam solam cum aliae tabulae a nobis inspectae tum Didotiana continent, in sinistra Anapi ripa collocant. At Arnoldiana tabula ceteris plerumque accuratior adeo nullas in sinistra ripa paludes, ubi fuisse ex VI 101, 1 atque aliunde utique constat, sed complures in dextra exhibet. Atque ad eandem dextram ripam eas paludes, quae nunc Pantano vocentur, esse dicit Kephalidas It. II p. 46. Et cum reliqua omnia sententiae eorum, qui Atheniensium castra ibi collocant, faveant, etiam in dextra Anapi ripa prope illas domus et arbores seu prope sinistrum cornu Atheniensium locum quendam palustrem fuisse statuere malumus quam aliis difficultatibus inextricabilibus impediri. Accedit, quod, si maior illa palus Lysimelea intellegeretur, Thucydidem non *λίμνη,* sed *ἡ λίμνη ἡ Λυσιμέλεια καλουμένη,* ut VII 53, 2 scripturum fuisse probabile est. Cf. Holm. Hist. Sic. I p. 129. II p. 26. *Κρημνοί* videtur esse rupes iuga Olympiei finiens, saxa praerupta ab Olympieo in mare excurrentia. De *παρὰ δὲ τό* verborum collocatione vid. adn. III 61, 1.

§ 2. *σταύρωμα.* Hoc vallum utrum a mari an a terra cogitandum sit, quaerunt interpretes. Nobis ut Bloomfieldio illud placet. Cf. VII 38, 2. — *ἐπὶ τῷ Δάσκωνι.* „Dasconis [vici vel sinus, qua de re cf. Goell.] situs in universum tantum definiri potest. In recessu portus eum fuisse novimus [ex VII 52, 2 cl. cum Diod. XIII 13, 3] et prope sinus Magdalenae [qui ab aliis Marina di Melocca vocatur] partem extremam ad septentriones spectantem, ubi iuga Olympiei ad litus decurrunt et rupem prominentem propter ipsum aquae angulum efficiunt, fuisse verisimile est.“ Arn. Certe ad dextram Anapi ripam fuisse omnes praeter Goell. in ed. 2 concedunt. Cf. Holm. Hist. Sic. II p. 26. — *ἔρυμά τε.* Krueg. *ἔρυμά τι* coniecit, quod reciperemus, si nobis satis constaret *ἐπὶ*

δην καὶ ξύλοις διὰ ταχέων ὤρθωσαν καὶ τὴν τοῦ
3 Ἀνάπου γέφυραν ἔλυσαν. παρασκευαζομένων δὲ
ἐκ μὲν τῆς πόλεως οὐδεὶς ἐξιὼν ἐκώλυε, πρῶτοι
δὲ οἱ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων προσεβοήθησαν,
ἔπειτα δὲ ὕστερον καὶ τὸ πεζὸν ἅπαν ξυνελέγη.
καὶ προσῆλθον μὲν ἐγγὺς τοῦ στρατεύματος τῶν
Ἀθηναίων τὸ πρῶτον, ἔπειτα δέ, ὡς οὐκ ἀντι-
προῇσαν αὐτοῖς, ἀναχωρήσαντες καὶ διαβάντες τὴν
Ἐλωρίνην ὁδὸν ηὐλίσαντο.

1 67. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμ-
μαχοι παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην καὶ ξυνετά-
ξαντο ὧδε. δεξιὸν μὲν κέρας Ἀργεῖοι εἶχον καὶ

παρασκευαζομένων οὖν ἀμφοτέρων ὡς ἐς μάχην δηλοῦται ἡ

non magis adiectivum est quam *δίοδος*, *εἴσοδος*, *πάροδος* *ἔξοδος*, *πρόσοδος*, *σύνοδος*. Veram lectionem praebet schol. *εὐπρόσιτον* interpretatus. Cf. adn.

§ 3. *Ἐλωρινὴν* vel *Ἑλωρινὴν* multi codd. Cf. Herodian. II p. 867.

τῷ Δάσκωνι non posse etiam ad *καὶ τὴν τοῦ Ἀ. γέφυραν ἔλυσαν* referri. — *εὐεφοδώτατον*. Cf. Xen. Cyr. II 4, 13. Bekk. *εὐοδώτατον*, quod potius pervium, expeditum quam aditu facile significare Class. monet. — *λίθοις λογάδην*. Cf. adn. IV 4, 2. 31, 2. — *τὴν τοῦ Ἀνάπου γέφυραν ἔλυσαν*. „Hunc pontem non ita multum ab ostio Anapi [ubi in Leakii tabula recentior pons est] afuisse inde apparet, quod Nicias [eum interscindendo] id agitabat, ut hostem a fronte, id est ab Olympieo, progredientem se aggredi cogeret.“ Arn. Itaque a ponte ad Olympieum prope Cyanes et Anapi confluentes ferente hic distinguendus, etsi aliter statuere videtur Leakius apud Bloomf. ed. 2. II p. 675 sq. (cf. Holm. l. l.); illum remotiorem interscindendi potestatem Atheniensibus fuisse Arn. negat, et deletum non esse ex 70, 4 extr. videtur intellegi. Et nisi supra cum Krueg. *ἐρυμά τε* legimus, ipsis Th. verbis indicatur hunc pontem propius Dasconem fuisse. Et plures Anapi pontes memorat Plut. Nic. 16. Anapus hodie Alfeo nominatur.

§ 3. *παρασκευαζομένων*. Genetivum accusativo praelatum esse a Thuc., ut participium etiam alteri verbo *προσεβοήθησαν* conveniret, adnotat Bau. — *προσεβοήθησαν*. Port.: ad opem (suis rebus) ferendam occurrerunt. — *ἔπειτα ὕστερον*. Cf. adn. II 9, 2. — *τὴν Ἐλωρίνην ὁδόν*. „Haec via Heloro [de qua urbe vid. Cluv. Sic. ant. p. 184 sq.] profecta oram usque maritimam legens procurrebat ad fluvium Cacyparim (VII 80, 5). Tum occasum versus usque ad radices Olympiei vergens [ibique denuo mari appropinquans, de quo vid. l. l.] trans Anapum per portas Temenitidas in urbem duxit. Letronn. p. 58 sq.“ Goell. de sit. Syrac. p. 81. Eam Olympieum transisse et per vallem humilem in aggere stratam esse ex 70, 4 cognosci docet Arn. Hanc viam versus septentrionem Syracusani transgressi castra posuerunt.

Cap. 67. § 1. *δεξιὸν κέ-*

τάξις ἑκατέρων.

Μαντινῆς, Ἀθηναῖοι δὲ τὸ μέσον, τὸ δὲ ἄλλο οἱ
ξύμμαχοι οἱ ἄλλοι. καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτοῖς τοῦ
στρατεύματος ἐν τῷ πρόσθεν ἦν, τεταγμένον ἐπὶ
ὀκτώ, τὸ δὲ ἥμισυ ἐπὶ ταῖς εὐναῖς ἐν πλαισίῳ,
ἐπὶ ὀκτὼ καὶ τοῦτο τεταγμένον· οἷς εἴρητο, ᾗ ἂν
τοῦ στρατεύματός τι πονῇ μάλιστα, ἐφορῶντας
παραγίγνεσθαι. καὶ τοὺς σκευοφόρους ἐντὸς τού-
των τῶν ἐπιτάκτων ἐποιήσαντο. οἱ δὲ Συρακόσιοι 2
ἔταξαν τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐφ' ἑκκαίδεκα, ὄντας
πανδημεὶ Συρακοσίους καὶ ὅσοι ξύμμαχοι παρ-
ῆσαν (ἐβοήθησαν δὲ αὐτοῖς Σελινούντιοι μὲν μά-
λιστα, ἔπειτα δὲ καὶ Γελῴων ἱππῆς, τὸ ξύμπαν
ἐς διακοσίους, καὶ Καμαριναίων ἱππῆς ὅσον εἴκοσι
καὶ τοξόται ὡς πεντήκοντα), τοὺς δὲ ἱππέας ἐπ-
ετάξαντο ἐπὶ τῷ δεξιῷ, οὐκ ἔλασσον ὄντας ἢ δια-
κοσίους καὶ χιλίους, παρὰ δ' αὐτοὺς καὶ τοὺς
ἀκοντιστάς. μέλλουσι δὲ τοῖς Ἀθηναίοις προτέροις 3
ἐπιχειρήσειν ὁ Νικίας κατά τε ἔθνη ἐπιπαριὼν
ἕκαστα καὶ ξύμπασι τοιάδε παρεκελεύετο.

ρας. De articulo omisso vid. adn. I 48, 4. — τὸ δὲ ἄλλο. Cf. adn. III 107, 4. — ἐν τῷ πρόσθεν, in prima acie. — ἐπὶ ὀκτώ, in octo militum altitudinem. Cf. adn. IV 93, 4. — ἐπὶ ταῖς εὐναῖς, ad tentoria. Cf. adn. III 76. — ἐν πλαισίῳ. „Πλαίσιον, ut scribit Aelianus, proprie est ὅταν ἐκ τεσσάρων πλευρῶν γένηται ἡ παράταξις οὐκ ἐν τετραγώνῳ, ἀλλ' ἑτερομήκει σχήματι.“ Huds. Ita aciem instructam esse, quia, cum Athenienses castra nondum plane munivissent, calones inter pugnam periculo obiecti essent, nisi in aciem oblongam sive quadratum cavum recepti essent, adnotat Arn., qui intra quadrata exercitus partes ad proeliandum non idoneas receptas esse demonstrat etiam ex IV 125, 2. VII 78, 2. Xen. Anab. III 2, 36. 3, 6. 4, 19. — ἐφορῶντας, observantes. Cf. IV 132, 3. Xen. Anab. VI 3, 14. Frustra τάχιστα ἐφορμῶντας Meinek. l. l. Ne usitatum quidem Th. est vocabulum ἐφορμᾶν. — ἐντὸς . . . ἐποιήσαντο, intra hos, qui in subsidiis collocati erant, receperunt. Cf. II 83, 5. Xen. Anab. VII 8, 16.

§ 2. ἐφ' ἑκκαίδεκα. Item in altitudinem. — πανδημεί. Stephanus in Thes. v. πανδ. male interpretatur in universum. Rectius Haas.: qui erant omnis Syracusanorum populus. Cf. 68, 2. — μάλιστα, praecipue. Ante hoc numerum, qualis in reliquis additus sit, excidisse suspicatur Class., quod nobis parum certum videtur. — τὸ ξύμπαν. Cf. adn. I 145. — ὅσον. Cf. Matth. Gr. § 86 adn. 1b extr. — ἔλασσον. Vid. adn. 1, 2.

§ 3. ἐπιπαριών. Cf. adn. IV 94, 2. V 69, 2.

1 68. „Πολλῇ μὲν παραινέσει, ὦ ἄνδρες, τί δεῖ χρῆσθαι, οἳ πάρεσμεν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα; αὐτὴ γὰρ ἡ παρασκευὴ ἱκανωτέρα μοι δοκεῖ εἶναι θάρσος παρασχεῖν ἢ καλῶς λεχθέντες λόγοι μετὰ
2 ἀσθενοῦς στρατοπέδου. ὅπου γὰρ Ἀργεῖοι καὶ Μαντινῆς καὶ Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν οἱ πρῶτοί ἐσμεν, πῶς οὐ χρὴ μετὰ τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε ξυμμάχων πάντα τινὰ μεγάλην τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχειν, ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρας πανδημεί τε ἀμυνομένους καὶ οὐκ ἀπολέκτους ὥσπερ καὶ ἡμᾶς, καὶ προσέτι Σικελιώτας, οἳ ὑπερφρονοῦσι μὲν ἡμᾶς, ὑπομενοῦσι δὲ οὔ, διὰ τὸ τὴν ἐπιστή-
3 μην τῆς τόλμης ἥσσω ἔχειν. παραστήτω δέ τινι καὶ τόδε, πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν εἶναι καὶ πρὸς γῇ οὐδεμιᾷ φιλίᾳ ἥντινα μὴ αὐτοὶ μαχόμενοι κτήσεσθε. καὶ τοὐναντίον ὑπομιμνῄσκω ὑμᾶς ἢ οἱ πολέμιοι σφίσιν αὐτοῖς εὖ οἶδ' ὅτι παρακελεύονται· οἱ μὲν γὰρ ὅτι περὶ πατρίδος ἔσται ὁ ἀγών, ἐγὼ δὲ ὅτι οὐκ ἐν πατρίδι, ἐξ

Νικίου λόγος πρὸς τοὺς στρατιώτας.

Cap. 68. § 1. οἳ πάρεσμεν, i. e. ἡμᾶς οἳ π. Cf. Krueg. Gr. § 51, 13. — ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα. Cum omnibus idem propositum sit certamen, non multa ac varia opus est oratione. — αὐτὴ γὰρ ... λεχθέντες λόγοι. Similia legimus V 69, 2, ubi cf. adn.

§ 2. πρὸς ἄνδρας, adversus viros, cum vobis res sit cum viris. Cf. adn. 40, 1. 61, 5. — πανδημεί τε ἀμυνομένους pariter atque adiunctum καὶ οὐκ ἀπολέκτους universam defendendi rationem indicat, non ad solam quam facturi sunt pugnam pertinet. Itaque non probamus Meinek. (Herm. III p. 359) coniecturam ἀμυνουμένους. „Vis τοῦ πανδημεί non est in universis, quod augendae sit formidini, non minuendae, sed in colluvie promiscua, incondita multitudine.“ Bau. Cf. adn. 67, 2. — ὥσπερ καὶ ἡμᾶς. De accusativo vid. adn. V 44 1 et de addito καί Krueg. § 69, 32 adn. 18. — ὑπερφρονοῦσι ... ἡμᾶς. Similiter iam III 89, 5.

§ 3. παραστήτω. Cf. adn. IV 61, 2. VI 84, 9. — ἡμετέρας. Class. mavult ὑμετέρας. Sed non videmus, cur pronomen potius ad κτήσεσθε convenire debeat quam ad proxime praegressum ἡμᾶς. Atque ex arbitrio alternare solent oratores primam et secundam pers. plur. — ἥντινα ... κτήσεσθε. Temere Rauchenst. (Phil. XXXVI p. 244) οὐ ante κτήσεσθε inserit. Sententia enim haec est: non venistis ad amicam terram, qua sine pugna (ipsi non pugnantes) potituri sitis. — εὖ οἶδ' ὅτι. Cf. adn. 84, 7. — οἱ μὲν γάρ. Cf. Madv. Synt. § 214 adn. 3. — οὐκ ἐν πατρίδι. Ἐν οὐ πατρίδι, de quo loquendi genere vid. adn. I

ἧς κρατεῖν δεῖ ἢ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν· οἱ γὰρ ἱππῆς πολλοὶ ἐπικείσονται. τῆς τε οὖν ὑμετέρας 4
αὐτῶν ἀξίας μνησθέντες ἐπέλθετε τοῖς ἐναντίοις προθύμως καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην καὶ ἀπορίαν φοβερωτέραν ἡγησάμενοι τῶν πολεμίων."

τὼ στρατὼ ἀλλήλοιν ἐπίασιν. ἀκροβολισμοί.

69. Ὁ μὲν Νικίας τοιαῦτα παρακελευσάμενος 1
ἐπῆγε τὸ στρατόπεδον εὐθύς. οἱ δὲ Συρακόσιοι ἀπροσδόκητοι μὲν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἦσαν ὡς ἤδη μαχούμενοι (καί τινες αὐτοῖς ἐγγὺς τῆς πόλεως οὔσης καὶ ἀπεληλύθεσαν, οἱ δὲ καὶ διὰ σπουδῆς προσβοηθοῦντες δρόμῳ ὑστέριζον μέν, ὡς δὲ ἕκαστός πῃ τοῖς πλείοσι προσμίξειε καθίσταντο· οὐ γὰρ δὴ προθυμίᾳ ἐλλιπεῖς ἦσαν οὐδὲ τόλμῃ οὔτ' ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ οὔτ' ἐν ταῖς ἄλλαις,

Cap. 69. § 1. ἀπεληλύθεσαν D. I. idemque Valla vertens abierant; reliqui codd. ἐπεληλύθεσαν. Cf. adn.

137, 4, scribendum putat Dobr.; nam in alieno solo dicendum est. Transpositione tamen non est opus. Cf. Krueg. Gr. § 67, 10 adn. 4. Multo minus quicquam excidisse conicias. — ἐξ ἧς . . . ἀποχωρεῖν. Haec verba iam schol. negotium facessiverunt, qui adnotat ἤτοι λείπει τὸ [ἐξ ἧς] ὁρμωμένους ἢ τὸ ἐξ ἧς ἀντὶ τοῦ ἐν ᾗ. Sed neutra quam proposuit ratio probatur. Verum κρατεῖν δεῖ interpositum tanquam per se constat et ἐξ ἧς ad solum ἀποχωρεῖν refertur. Cf. Plat. Prot. 327a ἐδίδασκε καὶ ἐπέπληττε τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα ... οὐδεὶς φθονεῖ οὐδ' ἀποκρύπτεται ὥσπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων ibique Saupp. Inter hunc enim locum et exempla Platonica hoc maxime interest, quod hic vocabula ad remotius verbum relata in initio, apud Platonem in fine enuntiati collocata sunt. Temere ἐξ del. Reisk., quod profecto, si afuisset, adscribere nemini in mentem venisset. — πολλοί, i. e. πολλοὶ ὄντες. Aliter πολὺς ἐνέκειτο IV 22, 2, ubi cf. adn. Vid. adn. V 75, 4.

§ 4. ἀξίας, dignitatis. Cf. VII 77, 1. 3.

Cap. 69. § 1. ἀπροσδόκητοι ... ἦσαν ὡς ἤδη μαχούμενοι, non exspectabant ... se iam pugnaturos esse. Cf. Kuehn. Gr. max. § 488bβ adn. 4. — καί τινες ... προυδίδοσαν in parenthesim ideo redegimus, quod verbis ἀπροσδόκητοι μὲν ... μαχούμενοι contraria sunt ὅμως δὲ ... ἀντεπῆσαν. — καί τινες ... καὶ ἀπεληλύθεσαν, atque aliqui ... etiam eo (in urbem) abierant. Falso Class. ἐπεληλύθεσαν tuetur, quod verbum non significat se conferre aliquo, sed accedere (I 36, 2. III 69, 1. IV 25, 9. 44, 5. 72, 2). — διὰ σπουδῆς, similiter atque paulo post διὰ τάχους. Alibi κατὰ σπουδήν, ὑπὸ σπουδῆς, festinanter. — προσβοηθοῦντες, subsidio venientes (ex

ἀλλὰ τῇ μὲν ἀνδρείᾳ οὐχ ἥσσους ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη ἀντέχοι, τῷ δὲ ἐλλείποντι αὐτῆς καὶ τὴν βούλησιν ἄκοντες προυδίδοσαν)· ὅμως δὲ [οὐκ ἂν οἰόμενοι σφίσι τοὺς Ἀθηναίους προτέρους ἐπελθεῖν καὶ] διὰ τάχους ἀναγκαζόμενοι ἀμύνασθαι,
2 ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα εὐθὺς ἀντεπῇσαν. καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἑκατέρων οἵ τε λιθοβόλοι καὶ

ἀνδρίᾳ aliquot codd. Cf. Herodian. I p. 292 τὸ δὲ ἀνδρεία διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφει ἡ παράδοσις, II p. 476 ἀνδρεία ἰσχύς: ει, cuius doctrinam et Ionicum ἀνδρηίη (Herod. VII 99) et poetarum scaenicorum usus confirmat, apud quos unus locus (Aristoph. Nub. 510) diphthongum postulat, reliqui (Aesch. Sept. 52. Soph. El. 983. Eur. El. 845. Troad. 674. Arist. Equ. 268) tolerant (nam Eur. Herc. 475 nunc pro certa habetur Elmsleii emendatio εὐανδρίᾳ pro ἐπ' ἀνδρίᾳ). Itaque reliquis quoque Th. locis,

urbe). — ἀλλὰ τῇ μὲν ἀνδρείᾳ ... προυδίδοσαν, sed fortitudine quidem non inferiores (cum fortitudine quidem non inferiores essent), quatenus peritia sufficeret, defectu vero eius (ubi vero peritia eos defecerat) etiam animi voluntatem inviti prodebant sive ad irritum redigebant (cf. Arist. Nub. 1500). De μὲν ... δέ iunctura cf. adn. III 82, 1 et Buttm. ad Plat. Crit. 44 b. Class., qui ad ἥσσους quoque superius ἦσαν pertinere vult, sententiae conexum pessumdat. Neque enim dici potest: non indigebant animo atque audacia, sed fortitudine non inferiores erant, quatenus peritia suppeteret, quoniam huius sententiae partes non sunt inter se contrariae; pergendum erat: neque fortitudine inferiores erant, quatenus peritia suppeteret. — ὅμως δὲ ... ἀντεπῇσαν. Verba seclusa neque novi quicquam ad sententiam addunt (eadem res enim § 1 init. indicata est) neque apte cum reliquis iungi possunt. Cum enim οὐκ ἂν οἰόμενοι ... ἐπελθεῖν pro enuntiatione concessiva, διὰ τάχους ἀναγκαζόμενοι ἀμύνασθαι autem pro causali habendum sit (alterum enim verbo principali ἀντεπῇσαν contrarium est, alterum non contrarium), non possunt haec duo membra, quippe quae et ipsa inter se contraria sint, καί particula iungi. Tolleretur quidem haec offensio deleta hac particula; sed quomodo Syracusani eo ipso tempore, quo Atheniensibus ad pugnam progressis captis armis obviam ibant, opinari poterant hos non priores aggressuros esse? Tum profecto suis oculis rem, quam non exspectaverant, videbant. Itaque οὐκ ἂν οἰόμενοι ... ἐπελθεῖν superiorem sententiam ἀπροσδόκητοι ... μαχούμενοι non potest repetere. Nam diversa ratione cum ἀντεπῇσαν cohaeret. Simulatque autem perspectum est illa verba cum reliqua sententia non coire, ex eo quod nullo sententiae damno abesse possunt continuo cognoscitur ea ad ὅμως δέ interpretandi causa adscripta et deinde cum scriptoris verbis copulata esse. Petitum autem est προτέρους ἐπελθεῖν ex 67, 3 προτέροις ἐπιχειρῆσαι.

§ 2. οἱ λιθοβόλοι. „A funditoribus distincti ... Unde

σφενδονῆται καὶ τοξόται προυμάχοντο καὶ τροπάς, οἷα εἰκὸς ψιλούς, ἀλλήλων ἐποίουν· ἔπειτα δὲ μάντεις τε σφάγια προύφερον τὰ νομιζόμενα καὶ σαλπιγκταὶ ξύνοδον ἐπώτρυνον τοῖς ὁπλίταις.
οἱ δ' ἐχώρουν, Συρακόσιοι μὲν περί τε πατρίδος 3
μαχούμενοι καὶ τῆς ἰδίας ἕκαστος τὸ μὲν αὐτίκα σωτηρίας, τὸ δὲ μέλλον ἐλευθερίας, τῶν δ' ἐναντίων Ἀθηναῖοι μὲν περί τε τῆς ἀλλοτρίας οἰκείαν

ubi pariter librorum memoria variat (II 39, 4. 87, 4. III 82, 4. V 72, 2. VI 72, 2. 4), *ἀνδρεία* rescribendum est.

§ 2. *οἷα* Cass. Aug. Cl. Ven. T. Pal. It. Vat. H. M. Reg. I. Mosqu.; vulgo *οἵας*. Cf. adn.

§ 3. *δὲ ἀντίων* Cass. Aug. Pal. It. M. Lugd. Sed alienus a prosae orationis scriptoribus hic *ἀντίος* vocabuli usus.

apud Poll. I 131 *σφενδονῆται, λιθοβόλοι, τοξοφόροι* ... Aesch. Pers. 459 *ἐκ χερῶν πέτροισιν ἠράσσοντο.* Eur. Phoen. 1142 *ἐμαρνάμεσθα σφενδόναις θ' ἑκηβόλοις πετρῶν τ' ἀραγμοῖς* ... Veget. I 16 ad lapides vero vel manibus vel fundis iaciendos exerceri convenit iuniores. ... Plato Legg. 834a *τόξοις καὶ λίθων βολῇ ἐκ χειρὸς καὶ σφενδόναις.*" Wass. „Ex his igitur liquet eos fuisse, qui lapides manibus iacularentur. Ex locis tamen a Wass. allatis in uno solo distincta *λιθοβόλων* mentio fit ... Ego addo Polyb. VIII 7, 2 et IX 41, 8." Bloomf. A Tacito libratores aut libritores appellantur cum funditoribus coniuncti Ann. II 20. XIII 39. Cf, Ruest. et Koechl. Hist. rei milit. Gr. p. 129. — *οἷα εἰκὸς ψιλούς.* Ex proximo *ἐποίουν* repete *ποιεῖν.* Cf. Krueg. Gr. § 55, 4 adn. 11. De *οἷα* cf. 103, 4. II 54, 2. — *ἐποίουν.* Dicitur *τροπὰς ποιεῖσθαι* (II 19, 2. VII 54, 1) et *τροπὰς ποιεῖν* (Herod. I 30. Xen. Hist. Gr. VII 2, 20). Illud si fit, *τροπή* vocatur *τὸ τρέψασθαι*, si hoc, *τὸ τραπέσθαι.* — *μάντεις τε σφάγια προύφερον.* „Cf. Eur. Phoen. 1110 *ἐχώρει σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρμασιν ὁ μάντις Ἀμφιάραος.* Eundem ritum a Brasida instante pugna non neglectum esse [ex V 10, 2] recordemur." Bloomf. Cf. Herm. Antiqu. Gr. II § 33, 9. Haruspices exercitus sequi solitos esse adnotat Goell. cf. Dorv. ad Char. p. 605, et ex Xenoph. Anab., ubi saepe nominantur, notissimum est. Ex iis, qui in Siciliam exercitum comitati erant, Stilbidis nomen est servatum. Vid. Krueg. ad Dion. p. 273. — *ξύνοδον ἐπώτρυνον τοῖς ὁπλίταις.* Exquisitior dicendi ratio, quasi utare verbis congressum instigabant gravis armaturae militibus pro usitatis ad congressum milites. *Ἐποτρύνειν τινί τι* tamen etiam Homerus (Od. XXII 152) dixit et irritare proelium Tacitus Hist. II 24.

§ 3. *πατρίδος.* Saepe sine articulo legitur, ut modo 68, 3. Cf. Krueg. Gr. § 50, 3 adn. 8. — *τὸ μὲν αὐτίκα ... τὸ δὲ μέλλον.* Cf. Krueg. l. d. 5 adn. 13. — *περί τε τῆς ἀλλοτρίας οἰκείαν σχεῖν*] ἡ διάνοια· *περὶ τῆς ἀλλοτρίας μαχούμενοι ὥστε αὐτοὺς τὴν ἀλλοτρίαν ποιῆσαι οἰκείαν.*

σχεῖν καὶ τὴν οἰκείαν μὴ βλάψαι ἡσσώμενοι, Ἀργεῖοι δὲ καὶ τῶν ξυμμάχων οἱ αὐτόνομοι ξυγκτήσασθαί τε ἐκείνοις ἐφ᾽ ἃ ἦλθον καὶ τὴν ὑπάρχουσαν σφίσι πατρίδα νικήσαντες πάλιν ἐπιδεῖν· τὸ δ᾽ ὑπήκοον τῶν ξυμμάχων μέγιστον μὲν περὶ τῆς αὐτίκα ἀνελπίστου σωτηρίας, ἢν μὴ κρατῶσι, τὸ πρόθυμον εἶχον, ἔπειτα δὲ ἐν παρέργῳ καὶ εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψάμενοι ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούσονται.

ξυγκαταστρεψάμενοι Pal. teste Frommel., συγκαταστρεψόμενοι teste Bekk., reliqui ξυγκαταστρεψαμένοις, ξυγκαταστρεψομένοις, συγκαταστρεψομένοις; deinde ὑπακούσεται omnes praeter ὑπακοῦσαι Mosqu., ὑπακούσονται schol. ὅπως συγκαταστρεψαμένων αὐτῶν τὴν Σικελίαν οἱ Ἀθηναῖοι πρᾳότερον τῶν συναγωνισαμένων ἄρχοιεν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ῥαδίως ὑπακούσονται. Cf. adn.

Schol. Lugd. De syntaxi vid. Matth. Gr. § 589a. Krueg. Gr. § 61, 6 adn. 9, de infinitivo etiam Matth. Gr. § 532 f. — τὸ δ᾽ ὑπήκοον. Cf. adn. II 45, 1. — μέγιστον μὲν περὶ τῆς αὐτίκα ...] μάλιστα μὲν διὰ τὴν ... σωτηρίαν προθύμως ἐμάχοντο, ἥτις ἦν ἀνέλπιστος αὐτοῖς, εἰ μὴ κρατοῖεν. Schol. — ἔπειτα δὲ ... ὑπακούσονται. Nemo, qui vulgatam olim huius loci scripturam εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψαμένοις ῥᾷον αὐτοῖς ὑπακούσεται „ab omni parte accurate expenderit, haec verba ab interpretibus ad liquidum perducta esse sibi persuadebit. Nam eam explicandi rationem, in qua Poppo et Boehm., quanquam diffidenter, acquieverunt, formam futuri quae est ὑπακούσεται pro passiva posse accipi, ne ipsi quidem probarunt et sanus grammaticae usus omnino repudiat. Krueg. autem inter diversas duas interpretationes dubius haeret: cum enim dativum participii ξυγκαταστρεψαμένοις diserte ad socios referendum esse dicat, continuo tamen simili exemplo allato eam rationem defendere conatur, qua ad verbum ὑπακούσεται subiecti loco nomen τὸ ὑπήκοον intellegatur: quae quomodo inter se consentiant, non video. Equidem hoc loco alterum librarii errorem, qui participium terminatione immutata male cum sequenti pronomine coniunxerit, alterum traxisse suspicor, quo finitum quoque quod dicunt verbum a nomine suo deflexum sit. Quare cum Haackio Th. scripsisse existimo εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψάμενοι ... ὑπακούσονται. Haec enim vera huius loci sententia videtur esse: tum etiam eam ob causam alacriores erant, si forte, quoniam ipsi ad alios subigendos operam navassent, illis (Atheniensibus) in posterum facilius (h. e. leviore condicione) essent oboedituri.“ Class. Symb. crit. p. 19 sq. Revera autem nominativum participii etiam nunc cod. Pal. servat et ὑπακούσονται schol. legit. Itaque coniecturis ad hunc locum in integrum restituendum opus non est. De εἰ coniunctionis vi cf. III 20, 1 et quod huic loco simillimum est Xen. Anab. VI 4, 22 ἐδεήθη προθυμεῖσθαι, εἴ τι ἐν τούτῳ εἴη et Matth. Gr. § 526; αὐτοῖς proxime ad

ξυμβολή. οἱ Συρακόσιοι ἡσσῶνται.

70. *Γενομένης δ' ἐν χερσὶ τῆς μάχης ἐπὶ πολὺ* 1
ἀντεῖχον ἀλλήλοις, καὶ ξυνέβη βροντάς τε ἅμα
τινὰς γενέσθαι καὶ ἀστραπὰς καὶ ὕδωρ πολύ, ὥστε
τοῖς μὲν πρῶτον μαχομένοις καὶ ἐλάχιστα πολέμῳ
ὡμιληκόσι καὶ τοῦτο ξυνεπιλαβέσθαι τοῦ φόβου,
τοῖς δ' ἐμπειροτέροις τὰ μὲν γιγνόμενα καὶ ὥρᾳ
ἔτους περαίνεσθαι δοκεῖν, τοὺς δὲ ἀνθεστῶτας
πολὺ μείζω ἔκπληξιν μὴ νικωμένους παρέχειν.
ὠσαμένων δὲ τῶν Ἀργείων πρῶτον τὸ εὐώνυμον 2
κέρας τῶν Συρακοσίων καὶ μετ' αὐτοὺς τῶν Ἀθη-
ναίων τὸ κατὰ σφᾶς αὐτούς, παρερρήγνυτο ἤδη

ἐκείνοις respicit, qui sane sunt Athenienses.

Cap. 70. § 1. *Γενομένης ... τῆς μάχης.* Tempus huius pugnae quodammodo ex verbis *βροντὰς ... ὥρᾳ ἔτους περαίνεσθαι* et inde colligi potest, quod „*τῇ ὑστεραίᾳ* cadavera Syracusanis fide publica concedunt et ad Catinam [propter hiemem] redeunt (*χειμών τε γὰρ ἦν* 71, 2). Haec ratio cum redditur, [quoniam ineunte demum hieme (63, 1) ipsam expeditionem paraverant], eam plane hiemem supponit, quae fuerit rebus bello gerendis prorsus intempestiva. Proinde Naxum et Catinam *διαχειμάσοντες* navigant Athenienses (72, 1) *ὀλίγων ἡμερῶν διαγενομένων* (Plut. Nic. 16).“ Dodw., qui Novembri mense hanc pugnam commissam esse conicit. — *ὕδωρ.* Cf. adn. III 22, 1 et Krueg. Gr. § 61, 4 adn. 4. — *ὥστε ... ξυνεπιλαβέσθαι τοῦ φόβου*, ut iis, qui primum pugnabant et minime in bello versati erant (cf. adn. 55, 3 et qui et ipsi *πολέμῳ ὁμιλεῖν* dixerunt Plut. Luc. 28. Dexipp. 18), praeterquam quod nondum pugnaverant et belli ignari erant, etiam haec res ad timorem faciendum simul contribueret. Cf. Bekk. Anecd. p. 173 *ξυνεπιλαμβάνομαι γενικῇ Θουκυδίδης ἕκτῳ· καὶ τοῦτο συνεπιλαμβάνεσθαι τοῦ φόβου.* Schol. *αἴτιον φόβου γενέσθαι* explicat. Aptissime cum hoc loco componitur VIII 26, 1 *ξυνεπιλαβέσθαι καὶ τῆς ὑπολοίπου Ἀθηναίων καταλύσεως*, ubi schol. *συνεφάψασθαι ὥστε καὶ τὴν ὑπολειπομένην δύναμιν τῶν Ἀθηναίων καταλῦσαι* interpretatur. Pariter enim hic explicari potest *συνεφάψασθαι ὥστε αὐτοὺς φοβῆσαι.* Dativus autem *τοῖς ... ὡμιληκόσι* non a praep. *ξύν* in *ξυνεπιλαβέσθαι* pendet, sed is est quem incommodi dicere consuevimus. Inter hunc autem locum et eum quem allegavimus hoc maxime intereat, quod hic verbum paulo audacius ita translatum est, ut non persona, sed res *ξυνεπιλαβέσθαι* dicatur. — *τὰ μὲν γιγνόμενα ... δοκεῖν*, (ut) quae fierent etiam (*schon.* Cf. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 19) anni tempore effici viderentur. De verbis cf. adn. II 52, 2, de re VII 79, 3. — *τοὺς δὲ ἀνθεστῶτας ... μὴ νικωμένους*, quod (*der Umstand dass*) autem adversarii non vincebantur. Cf. adn. IV 29, 3.

§ 2. *τὸ κατὰ σφᾶς αὐτούς* = *τὸ μέσον.* Cf. 67, 1. — *παρερρήγνυτο.* Cf. adn. IV 96, 6.

καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα τῶν Συρακοσίων καὶ ἐς
3 φυγὴν κατέστη. καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν οὐκ ἐδίωξαν οἱ Ἀθηναῖοι (οἱ γὰρ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων πολλοὶ ὄντες καὶ ἀήσσητοι εἶργον καὶ ἐσβαλόντες ἐς τοὺς ὁπλίτας αὐτῶν, εἴ τινας προδιώκοντας ἴδοιεν, ἀνέστελλον), ἐπακολουθήσαντες δὲ ἀθρόοι ὅσον ἀσφαλῶς εἶχε πάλιν ἐπανεχώρουν καὶ τροπαῖον
4 ἵστασαν. οἱ δὲ Συρακόσιοι ἀθροισθέντες ἐς τὴν Ἑλωρίνην ὁδὸν καὶ ὡς ἐκ τῶν παρόντων ξυνταξάμενοι ἔς τε τὸ Ὀλυμπιεῖον ὅμως σφῶν αὐτῶν παρέπεμψαν φυλακήν, δείσαντες μὴ οἱ Ἀθηναῖοι τῶν χρημάτων ἃ ἦν αὐτόθι κινήσωσι, καὶ οἱ λοιποὶ ἐπανεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν.

1 71. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὸς μὲν τὸ ἱερὸν οὐκ ἦλθον, ξυγκομίσαντες δὲ τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς καὶ ἐπὶ πυρὰν ἐπιθέντες ηὐλίσαντο αὐτοῦ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῖς μὲν Συρακοσίοις ἀπέδοσαν ὑποσπόνδους τοὺς νεκρούς (ἀπέθανον δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων περὶ ἑξήκοντα καὶ διακοσίους), τῶν δὲ σφετέρων τὰ ὀστᾶ ξυνέλεξαν (ἀπέθανον δὲ αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὡς πεντήκοντα), καὶ τὰ τῶν

οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἀποπλέουσιν ἐς Κατάνην. αἰτίαι τοῦ ἀπόπλου.

Cap. 70. § 4. Ἑλωρινὴν vel Ἐλωρινὴν codd. Cf. ad. 66, 3.

§ 3. προδιώκοντας, longius insequentes. — ἀνέστελλον. Cf. adn. III 98, 1. — ἐπανεχώρουν, eo, unde ad persequendos Syracusanos profecti erant, redibant. Cf. adn. III 33, 3.

§ 4. Ἑλωρίνην ὁδόν. Vid. adn. 66, 3, unde patet Syracusanos, antequam cum Atheniensibus congrederentur, hanc viam rursus meridiem versus transgressos esse. — ὡς ἐκ τῶν παρόντων. Cf. adn. III 29, 2. — ὅμως, i. e. quanquam victi erant. Cf. adn. III 28, 2. — παρέπεμψαν φυλακήν. Diod. XIII 6, 4. Polyaen. I 40, 5 tunc statim Athenienses Olympieum occupasse narrant. Sed cum Th. facit Plut. Nic. 16. Rem etiam memorat Paus. X 28, 6. — τῶν χρημάτων ... κινήσωσι. De his cf. adn. I 143, 1.

Cap. 71. § 1. ξυγκομίσαντες δὲ τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. „Ita mos erat in bello. Liv. XXVII 2 spolia per otium legere et *congestos in unum locum* cremavere suos. Et c. 42 spolia legi caesorum hostium et suorum corpora *collata in unum* sepeliri iussit. Add. XXXVI 8.“ Duk. — περὶ ἑξήκοντα καὶ διακοσίους. At οἱ Ἀθηναῖοι τετρακοσίους τῶν ἐναντίων ἀνελόντες Diod. XIII 6, 5. — τὰ ὀστᾶ ξυνέλεξαν. „Ut in patriam relata ibi sepelirentur, ut arbitror; quod et de Themistoclis

πολεμίων σκῦλα ἔχοντες ἀπέπλευσαν ἐς Κατάνην.
χειμών τε γὰρ ἦν καὶ τὸν πόλεμον αὐτόθεν ποι- 2
εῖσθαι οὔπω ἐδόκει δυνατὸν εἶναι, πρὶν ἂν ἱπ-
πέας τε μεταπέμψωσιν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν καὶ ἐκ τῶν
αὐτόθεν ξυμμάχων ἀγείρωσιν, ὅπως μὴ παντάπασιν
ἱπποκρατῶνται, καὶ χρήματα δὲ ἅμα αὐτόθεν τε
ξυλλέξωνται καὶ παρ᾽ Ἀθηναίων ἔλθῃ, τῶν τε
πόλεών τινας προσαγάγωνται, ἃς ἤλπιζον μετὰ
τὴν μάχην μᾶλλον σφῶν ὑπακούσεσθαι, τά τε
ἄλλα, καὶ σῖτον καὶ ὅσων δέοι, παρασκευάσωνται,
ὡς ἐς τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες ταῖς Συρακούσαις.

Ἑρμοκράτους λόγοι πρὸς τοὺς

72. Καὶ οἱ μὲν ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἀπέπλευσαν 1
[ἐς τὴν Νάξον καὶ Κατάνην διαχειμάσοντες]· Συ-

Cap. 71. § 2. ὥστε pro ὡς ἐς plurimi et optimi codd.; tanquam sub vernum tempus Valla.

ossibus quidam prodiderunt I [138] et de Eumene Plutarchus et Corn. Nepos Eum. in fin." Dük. Cf. II 34, 5. — ἀπέπλευσαν ἐς Κατάνην. Nicias ideo a Plut. l. d. tarditatis et ignaviae accusatur.

§ 2. αὐτόθεν ποιεῖσθαι. „Ἐκ τοῦ κατὰ τὸ Ὀλυμπιεῖον sive ex magno portu." Haack. Contra alterum αὐτόθεν omnino ex Sicilia valet. — ἱππέας τε ... καὶ χρήματα δὲ ἅμα iunge. — μεταπέμψωσιν. Cf. adn. I 112, 3. — ἔλθῃ. Cf. Matth. Gr. § 428, 2. — πόλεών τινας. Velut Camarinaeos. Vid. 75, 3. — καὶ σῖτον καὶ ὅσων δέοι, et frumentum et quae praeterea (cf. 76, 3. V 115, 4) opus erant, ad τὰ ἄλλα explicandi causa appositum est. — ἐς τὸ ἔαρ. Super ἐς cf. Matth. Gr. § 578b et adn. III 84, 2.

Cap. 72. § 1. [ἐς τὴν Ν. ... διαχειμάσοντες] nullo modo tolerari possunt. Primum enim non Naxum profecti sunt ταύτῃ τῇ γνώμῃ, sed Catinam, ut apertissime significatum est 71, 1 verbis ἀπέπλευσαν ἐς Κατάνην, quo tota quae deinde (71, 2) exponitur quaeque eadem hic ταύτῃ τῇ γνώμῃ verbis comprehenditur Atheniensium deliberatio refertur. Atque adeo hac deliberatione non tam causa continetur, cur Catinam se contulerint quam cur Syracusis discesserint (ἀπέπλευσαν). Deinde Athenienses non Catinam hiemandi causa vecti, sed continuo inde Messanam profecti sunt (74, 1) et spe huius urbis potiundae frustrati non Catinae, sed Naxi hiberna collocaverunt (74, 2). Denique ne nominum quidem collocatio eorum situi contraria hic offensione videtur carere. Nam quod III 29, 1. VIII 88, ubi cf. adn., prius remotior itineris quidam terminus significatur, deinde propior locus ad regionem qua eo perventum sit indicandam adiungitur, non prorsus eadem neque hic neque 62, 1 res est. Nam 62, 1 non, ut Selinuntem se conferant, Segestam Athenienses attingunt, sed in hac urbe proprio consilio atque negotii causa commorantur, et hic non Naxum supra Catinam proficiscuntur, sed hinc Messanam expeditionem suscipiunt (74, 1). Itaque hoc loco

ρακόσιοι δὲ τοὺς σφετέρους αὐτῶν νεκροὺς θά- Συρακοσίους.
2 ψαντες ἐκκλησίαν ἐποίουν. καὶ παρελθὼν αὐτοῖς
Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος, ἀνὴρ καὶ ἐς τἆλλα ξύν-
εσιν οὐδενὸς λειπόμενος καὶ κατὰ τὸν πόλεμον
ἐμπειρίᾳ τε ἱκανὸς γενόμενος καὶ ἀνδρείᾳ ἐπιφα-
νής, ἐθάρσυνέ τε καὶ οὐκ εἴα τῷ γεγενημένῳ ἐν-
3 διδόναι· τὴν μὲν γὰρ γνώμην αὐτῶν οὐχ ἡσσῆ-
σθαι, τὴν δὲ ἀταξίαν βλάψαι. οὐ μέντοι τοσοῦτόν
γε λειφθῆναι ὅσον εἰκός [εἶναι], ἄλλως τε καὶ τοῖς
πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ, ἰδιώτας ὡς εἰπεῖν
4 χειροτέχναις, ἀνταγωνισαμένους. μέγα δὲ βλάψαι

Cap. 72. § 2. ἀνδρίᾳ hic et similiter § 4 ἀνδρίας aliquot codd. Cf. sd. 69, 1.

§ 3. εἰκὸς ἦν Gr. Cf. adn.

ἄλλως τε καὶ Bas. m. corr. H., reliqui καὶ om. Sed praesertim ubique est ἄλλως τε καί.

χειροτέχναις corr. Aug. itemque Cl. et γρ. m et Valla vertens praesertim rudes cum ... operariis bellorum dimicantes; reliqui codd. χειροτέχνας. Cf. adn.

interpretamentum deprehenditur ex c. 74, ubi ipsum διαχειμάζειν verbum legitur, satis negiegenter confectum. — θάψαντες. Cf. adn. II 52, 4. — ἐποίουν. De activo vid. adn. I 67, 3.

§ 2. παρελθὼν αὐτοῖς. Cf. sd. 19, 2. — Ἑρμοκράτης. Cf. IV 58. — ξύνεσιν ... λειπόμενος. Usitatius esset ξυνέσει. Cf. Matth. Gr. § 401, 7. — οὐκ εἴα, non sinebat, i. e. prohibere studebat, dissuadebat.

§ 3. τὴν ... γνώμην ... οὐχ ἡσσῆσθαι. Cf. II 87, 3. Infinitivi pendent ex ἔλεγε repetendo ex οὐκ εἴα. Cf. adn. IV 8, 2. — οὐ μέντοι τοσοῦτόν γε λειφθῆναι ὅσον εἰκός [εἶναι]. Cum servato εἶναι ex legitima dicendi consuetudine ὅσον εἰκὸς εἶναι pro enuntiatione consecutiva, non relativa, qualem sententia postulat, habendum sit (cf. III 49, 4. Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 5. Kuehn. Gr. max. § 585, 5), ne scriptor consulto ineptam ambiguitatem sectatus esse videatur, nolumus hic infinit. εἶναι in oratione obliqua secundum rariorem usum pro verbo finito quod dicitur positum esse, qua de re cf. adn. 24, 3. 64, 3, sed cum Th. post ὅσον sive ὅσα εἰκός (IV 64, 1. VII 87, 2), ὡς εἰκός (II 21, 2. III 104, 6. VI 2, 4. VIII 2, 3. 88), ὥσπερ εἰκός (V 9, 9), οἷα εἰκός (II 54, 2. VI 69, 2. 103, 4), ὅπερ εἰκός (I 141, 5) verbum substantivum omittere soleat, εἶναι hic a librario suppletum esse putamus. Eiusdem rei nobis indicium est cod. Gr. scriptura ὅσον εἰκὸς ἦν, quippe ubi ἦν pari modo a librario additum sit atque in Vat. VIII 2, 3, ubi cf. sd., post ὡς εἰκός. — ἰδιώτας, rei militaris imperitos, oppositum est χειροτέχναις, opificibus sive iis qui bellicam artem callent (*die sich auf das Handwerk verstehen*). Similiter Plat. Soph. 221c πότερον ἰδιώτην ἤ τινα τέχνην ἔχοντα θετέον εἶναι τὸν ἀσπαλιευτήν, Legg. 916b ἐὰν δέ

καὶ [τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν καὶ] τὴν πολυαρχίαν (ἦσαν γὰρ πεντεκαίδεκα οἱ στρατηγοὶ αὐτοῖς) τῶν τε πολλῶν τὴν ἀξύντακτον ἀναρχίαν. ἢν δὲ ὀλίγοι τε στρατηγοὶ γένωνται ἔμπειροι καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ παρασκευάσωσι τὸ ὁπλιτικόν, οἷς τε ὅπλα μὴ ἔστιν ἐκπορίζοντες, ὅπως ὡς πλεῖστοι ἔσονται, καὶ τῇ ἄλλῃ μελέτῃ προσαναγκάζοντες, ἔφη κατὰ τὸ εἰκὸς κρατήσειν σφᾶς τῶν ἐναντίων, ἀνδρείας μὲν σφίσιν ὑπαρχούσης, εὐταξίας δ' ἐς τὰ ἔργα προσγενομένης· ἐπιδώσειν γὰρ ἀμφότερα αὐτά, τὴν μὲν μετὰ κινδύνων μελετωμένην, τὴν δ' εὐψυχίαν αὐτὴν ἑαυτῆς μετὰ τοῦ

τις ἰδιώτῃ τι τῶν τοιούτων ἀποδῶται δημιουργός. Male a quibusdam editoribus, inter quos Class., *χειροτέχνας* praefertur, quod *χειροτέχνης* vocabulum non tam peritiam quam humilem atque contemptam vitae condicionem designet (Plat. de Rep. 405a. Herod. II 167). Fatendum sane est Graecis prae iis, qui rebus publicis et artibus liberalioribus vacabant, despicatui fuisse eos, qui manuum labore victum quaerebant; sed hinc non efficitur illos opificum sollertiam omnino non aestimasse, verum ipsum vocabulum *χειροτέχνης* documento est opificium pro *τέχνῃ* esse habitum. Itaque Plat. Pol. 258e *τὴν χειρουργίαν* dicit *πρακτικὴν ἐπιστήμην* esse et 259d distinctionem facit *τῆς γνωστικῆς* et *τῆς χειροτεχνικῆς καὶ ὅλως πρακτικῆς (ἐπιστήμης)*. Deinde ipse Th. VII 27, 4 inter servos fugitivos magnam partem opifices fuisse ea de causa memorat, quod horum opera atque peritia maxime desiderabatur. Apud Dion. Cass. L 16, 1 autem pariter atque hic ad pugnandi peritiam vocabulum transfertur; laudat enim ibi Antonius milites suos, quod *παντὸς εἴδους μάχης χειροτέχναι* sint. Nec aliter hoc ipso loco Pollux I 156 intellegit, cum dicit *πολέμου δὲ χειροτέχνας στρατιώτας εἴρηκε Θ.*; nam vocabuli notionem a Th. ad belli peritiam translatam esse vult indicare. Quae cum ita sint, causa, quam contra hanc interpretandi rationem protulerunt, sane nulla est. Neque eadem *χειροτέχνας* ullo modo commendatur. Quomodo enim Hermocrates, qui civium suorum animos erecturus est, eos cum contemptu *χειροτέχνας* appellare potest? Eorum in se potius indignationem movisset.

§ 4. *μέγα δὲ βλάψαι καὶ . . . τὴν πολυαρχίαν.* Seclusa ex interpretamento fluxisse cognovit Pluygers. Mnemos. XI p. 92. Errat Class. quod hic duas res significari putat, a multis et multa sine consensu imperari. Nam *τὴν πολυαρχίαν* nihil aliud esse quam *τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν* ostendunt *μοναρχία, ὀλιγαρχία*, Homericum illud *πολυκοιρανίη*. Cf. Xen. Anab. VI 1, 18. — *πεντεκαίδεκα.* Consentit Plut. Nic. 16. — *καὶ . . . προσαναγκάζοντες*, et praeterea ad exercitium eos adigentes. Cf. adn. II 14, 1. — *ἔφη* propter collocationem del. Krueg., vix recte. — *ἀμφότερα αὐτά*, haec ambo. De neutro vid. adn. III 97, 3 et Krueg. Gr. § 58, 3 adn. 5. — *τὴν δ' εὐψυ-*

πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης θαρσαλεωτέραν ἔσεσθαι. τούς τε στρατηγοὺς καὶ ὀλίγους καὶ αὐτοκράτορας χρῆναι ἑλέσθαι καὶ ὀμόσαι αὐτοῖς τὸ ὅρκιον ἦ μὴν ἐάσειν ἄρχειν ὅπῃ ἂν ἐπίστωνται· οὕτω γὰρ ἅ τε κρύπτεσθαι δεῖ μᾶλλον ἂν στέγεσθαι καὶ τἄλλα κατὰ κόσμον καὶ ἀπροφασίστως παρασκευασθῆναι.

1 73. Καὶ οἱ Συρακόσιοι αὐτοῦ ἀκούσαντες ἐψηφίσαντό τε πάντα ὡς ἐκέλευε καὶ στρατηγὸν αὐτόν τε εἵλοντο τὸν Ἑρμοκράτη καὶ Ἡρακλείδην τὸν Λυσιμάχου καὶ Σικανὸν τὸν Ἐξηκέστου,
2 τούτους τρεῖς, καὶ ἐς τὴν Κόρινθον καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρέσβεις ἀπέστειλαν, ὅπως ξυμμαχία τε αὐτοῖς παραγένηται καὶ τὸν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον βεβαιότερον πείθωσι ποιεῖσθαι ἐκ τοῦ προφανοῦς ὑπὲρ σφῶν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἵνα ἢ ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀπαγάγωσιν αὐτοὺς ἢ πρὸς τὸ ἐν Σικελίᾳ στράτευμα ἧσσον ὠφελίαν ἄλλην ἐπιπέμπωσι.

οἱ δὲ τρεῖς τε στρατηγοὺς ἀντὶ πολλῶν αἱροῦνται καὶ πρέσβεις ἀποστέλλουσιν ἐς Κόρινθον καὶ Λακεδαίμονα.

1 74. Τὸ δ' ἐν τῇ Κατάνῃ στράτευμα τῶν Ἀθη-

Ἀθηναῖοι μὲν μάτην ἐπὶ

χίαν. Εὐψυχίας et ἀνδρείας nomina inter se commutari vides, ut II 87, 4. — μετὰ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης, cum peritiae fiducia (coniunctam). — ἔσεσθαι. Exspectes ἐσομένην; sed quasi antea τὴν μὲν γὰρ ἐπιδώσειν, non ἀμφότερα ἐπιδώσειν scriptum esset, oratio continuata est. Cf. III 94, 3.

§ 5. ὀλίγους καὶ αὐτοκράτορας praedicativa sunt. Cf. adn. IV 78, 2. Krueg. Gr. § 57, 3 adn. 3. — ἀπροφασίστως, sine tergiversatione. — παρασκευασθῆναι. Huc quoque ἂν pertinet. Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 7.

Cap. 73. § 1. τούτους τρεῖς scriptor addidit, quo magis attenderetur quindecim ducum (72, 4) numerus adeo deminutus. De re vid. Plut. l. d.

§ 2. ξυμμαχία, auxilia. Cf. Xen. Hist. Gr. IV 8, 24 συμμαχίαν ἔπεμπον. — τὸν πρὸς ... πόλεμον. Articulum ideo addidit, quia „clam et occulte jam tumebat bellum.“ Bau. Sic iam supra τὸν ἐκεῖ πόλεμον κινεῖν 34, 3 et infra 88, 8 τὸν αὐτοῦ πόλεμον σαφέστερον ποιεῖσθαι et 91, 5 τὰ ἐνθάδε χρὴ ἅμα φανερώτερον ἐκπολεμοῦν. — βεβαιότερον utrum ad πείθωσι an ad ποιεῖσθαι referendum sit, ambigit Bau.; sed alterum confirmatur locis ad τὸν πόλεμον modo adscriptis. — ἀπαγάγωσιν, abducerent, ad abeundum permoverent. — ἄλλην ἐπιπέμπωσι. Similiter VII 15, 1 et Aristid. I p. 379 στρατιὰν ἄλλην ἐπιπέμψομεν. Est redundantia quaedam orationis, de qua cf. adn. I 23, 3. 138. V 75, 6, infra 91, 5 vitata.

Μεσσήνην στρατεύσαντες ἐν Νάξῳ διαχειμάζουσι καὶ τριήρη ἀποστέλλουσιν ἐς Ἀθήνας.

ναίων ἔπλευσεν εὐθὺς ἐπὶ Μεσσήνην ὡς προδοθησομένην. καὶ ἃ μὲν ἐπράσσετο οὐκ ἐγένετο· Ἀλκιβιάδης γὰρ ὅτ' ἀπῄει ἐκ τῆς ἀρχῆς ἤδη μετάπεμπτος, ἐπιστάμενος ὅτι φεύξοιτο, μηνύει τοῖς τῶν Συρακοσίων φίλοις τοῖς ἐν τῇ Μεσσήνῃ ξυνειδὼς τὸ μέλλον· οἱ δὲ τούς τε ἄνδρας διέφθειραν πρότερον καὶ τότε στασιάζοντες καὶ ἐν ὅπλοις ὄντες ἐπεκράτουν μὴ δέχεσθαι τοὺς Ἀθηναίους
οἱ ταῦτα βουλόμενοι. ἡμέρας δὲ μείναντες περὶ 2
τρεῖς καὶ δέκα οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς ἐχειμάζοντο καὶ τὰ ἐπιτήδεια οὐκ εἶχον καὶ προυχώρει οὐδέν, ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ ὅρια καὶ σταυρώματα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι αὐτοῦ διεχεί-

Cap. 74. § 2. *ὅρια καὶ* schol. *ὅρια περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι· οἱ μὲν τὰ νεώρια ἤκουσαν ... οἱ δ' ἀποθήκας*, cum quo conspirat Hesych. *ὅρια· τὰ νεώρια, ἔνιοι ἀποθήκας*; *ὅρα καὶ* praebet haec scholiorum Patmensium (Revue de phil. I p. 182 sqq.) adnotatio: *ὅρα καὶ σταυρώματα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι*] *ὅρα οἱ πεφραγμένοι τόποι καὶ οἷον ὅροις τισὶ διειλημμένοι καὶ εἰς ἀπόθεσίν τινος πεποιημένοι· καὶ ἴσως ἐστὶ τὰ νῦν ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενα ὅρια*, ex eoque factum est quod in codd. legitur *θρᾶκας* (*ΟΡΑΚΑΙ* : *ΘΡΑΚΑC*). Scripturam *ὅρια* primus detexit Pluygers. (Mnemos. XI p. 92 sq.), qui *καὶ σταύρωμα* (cf. infra sd.) tanquam interpretamentum delevit.

Cap. 74. § 1. *εὐθύς*. Postquam ad Olympieum victores Catinam redierunt. Cf. adn. 72, 1. — *ὡς προδοθησομένην*. Cf. adn. III 18, 1. — *ἐπιστάμενος ὅτι φεύξοιτο*, cum exploratum haberet se fugiturum esse ideoque Atheniensium iram non timeret, rem indicavit. — *μηνύει ... τὸ μέλλον*. Sententiam recte expressit Portus verbis futuram urbis proditionem, cuius erat conscius, indicavit. Cf. Plut. Alc. 22. — *οἱ δέ*, scil. *Μεσσήνιοι*. Cf. adn. 48. 75, 2. — *τούς τε ἄνδρας*] *τοὺς ὑπόπτους ὡς προδιδόντας*. Schol. — *πρότερον*, post Alcibiadis indicium. — *τότε*, cum Athenienses advenissent. — *οἱ ταῦτα βουλόμενοι*. Appositio partis ad totum. Cf. adn. I 2, 6. Frustra haec verba del. Herwerd. Stud. Thuc. p. 88.

§ 2. *ἡμέρας δὲ μείναντες*. „Haec respondent enuntiationi incipientis capitis *ἃ μὲν ἐπράσσετο, οὐκ ἐγίγνετο*. Reliqua interiecta sunt.“ Arn. — *περί*. De collocatione verborum *ἡμέρας περὶ τρεῖς καὶ δέκα* cf. I 117, 1. — *ὅρια καὶ σταυρώματα ... ποιησάμενοι*, cum saepta (ad condendum belli apparatum) atque vallos castris circumdedissent. Vim quam uno hoc loco habet vocabulum *ὅριον* praeter schol. Patm. (cf. sd.) aperit Hesych. *ὅριον· τείχισμα, φραγμόν*. De plurali *σταυρώματα* (supra 64, 3. 66, 2 singularem legimus) cf. VII 53, 1. Xen. Anab. V 2, 15. 19.

μαζον· καὶ τριήρη ἀπέστειλαν ἐς τὰς Ἀθήνας ἐπί τε χρήματα καὶ ἱππέας, ὅπως ἅμα τῷ ἦρι παραγένωνται.

1 75. Ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι ἐν τῷ χειμῶνι πρός τε τῇ πόλει, τὸν Τεμενίτην ἐντὸς ποιησάμενοι, τεῖχος παρὰ πᾶν τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς ὁρῶν, ὅπως μὴ δι' ἐλάσσονος εὐαποτείχιστοι ὦσιν, Συρακόσιοι δὲ τειχίζουσί τε καὶ ἐπὶ Κατάνην στρατεύουσι.

Retinuit καὶ σταυρώματα Class., cuius sententiam et schol. Patm. confirmat et quod ὅρια et σταυρώματα non tam similes habent notiones, ut alterum facile alterius interpretatio esse possit. Alter autem schol. in adnotatione sua καὶ σταυρώματα videtur omisisse, quod haec verba interpretatione non egebant. Itaque nunc repudianda est F. Porti coniectura, qui θρᾶκας ex χάρακας ad σταύρωμα adscripto ortum esse putavit, et G. Hermanni, qui, ut memorat M. Haupt. (Herm. III p. 151), id similiter ex θαίρακας (cf. schol. Arist. Vesp. 385) factum esse suspicatus est. Profecto σταύρωμα, quo iam 64, 3. 66, 2 Th. usus erat, hoc l. interpretatione vix egebat. Cf. adn.

σταυρώματα plures codd. et schol. Patm., reliqui codd. σταύρωμα. Cf. adn.

Cap. 75. § 1. τὸν Τεμενίτην. „Ea Syracusarum pars, quam posteriores dixere Neapolin, a Thuc. appellata est Temenites . . . ab Apollinis Temenitae fano, quemadmodum altera . . . pars ἀπὸ τῆς Τύχης, id est a Fortunae fano, Tyche. Vid. Cluv. Sic. p. 151 [et Letr. Syrac. p. 38 sqq.]" Huds. „Τὸν Τεμενίτην, signum Apollinis Temenitae maximum et pulcherrimum, quod erat in hac regione. Vid. Cic. Verr. IV 53. Suet. Tib. 74. Cum domus in hac regione nondum essent, ambitus novorum moenium melius significari non potuit quam sic, ut murus satis longe ad hoc signum includendum sive comprehendendum ductus esse diceretur. Super hac ratione de simulacro loquendi, quasi sit ipse deus, consule adn. [II 13, 5.] IV 67, 2 et 118, 4." Arn. Non totam eam regionem, quae postea Neapolis appellata sit, sed solum signum vel fanum Apollinis cum luco sacro muro protectum eumque murum, quoniam non περιετείχιζον legatur, non circa Temenitem (usque ad magnum portum) factum videri explicat Dunbar „*An attempt to ascertain the positions of the Athenian lines and the Syracusan defences*" p. 7. Illud tamen περιετείχιζον propter verba ἐντὸς ποιεῖσθαι minus necessarium est, quae, si murus ille, id quod Dunbar statuit, ne incepisset quidem ab ipsa urbe, omnino non apta essent. Cf. adn. II 83, 5. Et Temenitem iam tunc regionis, non solius dei nomen fuisse ex ἄκρᾳ Τεμενίτιδι VII 3, 3 colligit Goell., addens incertum esse, num Thucydidis aetate nobile illud signum iam ibi exstiterit. Cf. Holm. Hist. Sic. II p. 384 sq., qui explicat hunc murum, cum ultra Epipolas non perductus sit, non portum magnum, sed veterem Achradinae murum attigisse, qui ad portum magnum pertinuerit (cf. ibid. I p. 128). Paulo post ποιησόμενοι frustra coniecit Krueg. — τεῖχος . . . ὁρῶν. Portus: murum (excitaverant) a tota illa parte, quae Epipolas spectat. De Epipolis vid. 96, 1, de ὁρᾶν adn. II 55, 1. — δι' ἐλάσσονος. Cf. adn. II 29, 3.

ἣν ἄρα σφάλλωνται, καὶ τὰ Μέγαρα φρούριον καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο· καὶ τὴν θάλασσαν προεσταύρωσαν πανταχῇ ᾗ ἀποβάσεις ἦσαν. καὶ 2 τοὺς Ἀθηναίους εἰδότες ἐν τῇ Νάξῳ χειμάζοντας ἐστράτευσαν πανδημεὶ ἐπὶ τὴν Κατάνην, καὶ τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον καὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων σκηνὰς καὶ τὸ στρατόπεδον ἐμπρήσαντες ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

πρεσβεῖαι ἑκατέρων ἐς Καμάριναν, ὅπου γίγνονται λόγοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Καὶ πυνθανόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἐς τὴν 3 Καμάριναν κατὰ τὴν ἐπὶ Λάχητος γενομένην ξυμμαχίαν πρεσβεύεσθαι, εἴ πως προσαγάγοιντο αὐτούς, ἀντεπρεσβεύοντο καὶ αὐτοί· ἦσαν γὰρ ὕποπτοι αὐτοῖς οἱ Καμαριναῖοι μὴ προθύμως σφίσι μήτ' ἐπὶ τὴν πρώτην μάχην πέμψαι ἃ ἔπεμψαν, ἔς τε τὸ λοιπὸν μὴ οὐκέτι βούλωνται ἀμύνειν, ὁρῶντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῇ μάχῃ εὖ πράξαντας, προσχωρῶσι δ' αὐτοῖς κατὰ τὴν προτέραν φιλίαν πεισθέντες. ἀφικομένων οὖν ἐκ μὲν Συρακουσῶν 4 Ἑρμοκράτους καὶ ἄλλων ἐς τὴν Καμάριναν, ἀπὸ δὲ τῶν Ἀθηναίων Εὐφήμου μεθ' ἑτέρων, ὁ Ἑρμοκράτης, ξυλλόγου γενομένου τῶν Καμαριναίων, βουλόμενος προδιαβάλλειν τοὺς Ἀθηναίους, ἔλεγε τοιάδε.

Cap. 75. § 4. προδιαβαλεῖν pauci neque optimi codd.

— καὶ τὰ Μέγαρα φρούριον, i. e. καὶ τὰ Μέγαρα ἐτείχιζον φρούριον = ἐτείχ. ὥστε εἶναι φρούριον. Cf. II 32. Locus enim tunc desertus erat. Cf. 49, 4 et adn. 62, 5. Hoc autem castellum Syracusani ideo videntur exstruxisse, ne Athenienses Megara navium stationem caperent. Cf. 49, 4. — ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο. Causa rei cognoscitur ex 70, 4. — πανταχῇ . . . ἦσαν. Neque tamen prope Leontem et Thapsum, ut 97, 1 videbimus; ergo maxime in magno portu.

§ 2. αὐτῶν, i. e. τῶν Καταναίων. Similiter § 2 αὐτοὺς = τοὺς Καμαριναίους. Cf. adn. 74, 1. — τὸ στρατόπεδον, i. e. τὸ στρατόπεδον τὸ ἐρῆμον, τὰ σταυρώματα καὶ ὅμοια.

§ 3. κατὰ τὴν . . . ξυμμαχίαν. Vid. III 86, 2. — πέμψαι ἃ ἔπεμψαν. De re vid. 67, 2, de oratione Matth. Gr. § 486 adn. 2. — μὴ . . . βούλωνται. De hoc usu μή particulae vid. adn. II 13, 1, de mutata oratione cf. VIII 78.

§ 4. προδιαβάλλειν, „priusquam Athenienses se venditarent, occupare criminando et praevertere." Bau. — ἔλεγε. De tempore vid. adn. I 72, 3.

1 76. „Οὐ τὴν παροῦσαν δύναμιν τῶν Ἀθη- Ἑρμοκρά-
ναίων, ὦ Καμαριναῖοι, μὴ αὐτὴν καταπλαγῆτε τους λόγος,
δείσαντες ἐπρεσβευσάμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς ὃς πρῶτον
μέλλοντας ἀπ' αὐτῶν λόγους, πρίν τι καὶ ἡμῶν μὲν κατηγο-
2 ἀκοῦσαι μὴ ὑμᾶς πείσωσιν. ἥκουσι γὰρ ἐς τὴν ρεῖ Ἀθη-
Σικελίαν προφάσει μὲν ᾗ πυνθάνεσθε, διανοίᾳ ναίων, ων
δὲ ἣν πάντες ὑπονοοῦμεν· καί μοι δοκοῦσιν οὐ τὴν διάνοιαν
Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλ- δι' ἣν ἐς τὴν
λον ἐξοικίσαι. οὐ γὰρ δὴ εὔλογον τὰς μὲν ἐκεῖ Σικελίαν
πόλεις ἀναστάτους ποιεῖν, τὰς δὲ ἐνθάδε κατοι- ἦλθον δηλοῖ.
κίζειν, καὶ Λεοντίνων μὲν Χαλκιδέων ὄντων κατὰ
τὸ ξυγγενὲς κήδεσθαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν
Εὐβοίᾳ, ὧν οἵδε ἄποικοί εἰσι, δουλωσαμένους ἔχειν.
3 τῇ δὲ αὐτῇ ἰδέᾳ ἐκεῖνά τε ἔσχον καὶ τὰ ἐνθάδε
νῦν πειρῶνται· ἡγεμόνες γὰρ γενόμενοι ἑκόντων
τῶν τε Ἰώνων καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμα-

Cap. 76. § 1. *οὐ τὴν ... δείσαντες.* Sicut saepe, id quod notissimum est (cf. adn. II 21, 1), subiectum enuntiationis secundariae in obiectum primariae mutatur, ita hic obiectum illius in hanc relatum et simul illic pronomine *αὐτήν* indicatum est. Cf. adn. II 42, 4 et Krueg. Gr. § 61, 6 adn. 2. — *τοὺς μέλλοντας ἀπ' αὐτῶν λόγους*, futuram eorum orationem (cf. adn. I 37, 1), pariter in enuntiatione primaria collocatum est atque *τὴν παροῦσαν δύναμιν.* — *πρὶν ... μή.* Usitatior collocatio esset *μὴ πρίν* cet. Cf. adn. IV 4, 1.

§ 2. *προφάσει μὲν ... διανοίᾳ δέ.* Herodot. II 100 *τῷ λόγῳ, νόῳ δέ.* Cf. ibi Valck. Supra 33, 2 *πρόφασιν μὲν ... τὸ δ' ἀληθές*, sed hic addita enuntiata relativa accusativis repugnant. — *ᾗ πυνθάνεσθε*, scil. *ἥκειν αὐτούς.* — *κατοικίσαι ... ἐξοικίσαι.* Adnominatio, quae figura in Hermocratis orationibus aliquotiens legitur (vid. § 4 extr., 79, 2. 3. IV 62, 2), sed eadem alibi quoque delectatur Thuc. Cf. adn. I 33, 3. Frigidam eam hic apellat Dion. Hal. p. 985. — *ἐκεῖ*, in Graecia. — *Λεοντίνων ... Χαλκιδέων ὄντων.* Vid. 3, 3. — *κατὰ τὸ ξυγγενές.* Cf. adn. 50, 4. — *δουλωσαμένους ἔχειν.* Cf. adn. I 29, 5.

§ 3. *ἰδέᾳ*] *τρόπῳ, διανοίᾳ.* Schol. — *ἐκεῖνα*, i. e. *τὰ ἐκεῖ.* — *πειρῶνται.* Audi *σχεῖν.* — *ἡγεμόνες γὰρ γενόμενοι* cet. De re vid. I 94 sq. — *καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι*, et qui praeterea (cf. adn. 71, 2) ab ipsis orti erant socii. Etenim imperium Atheniensibus non soli Iones tradiderunt, sed *Ἴωνες καὶ ὅσοι ἀπὸ βασιλέως νεωστὶ ἠλευθερῶντο* (I 95, 2). In his fuerunt maxime Cyclades et aliae insulae, quae coloniae erant Atheniensium; nam *Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν* (I 12, 4, ubi cf. adn.). Ad quos insulanos praeter Iones et Hellespontios maxime hic respicl etiam ex

χοι ὡς ἐπὶ τοῦ Μήδου τιμωρίᾳ, τοὺς μὲν λιπο-
στρατίαν, τοὺς δὲ ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν, τοῖς
δ' ὡς ἑκάστοις τινὰ εἶχον αἰτίαν εὐπρεπῆ ἐπ-
ενεγκόντες κατεστρέψαντο. καὶ οὐ περὶ τῆς ἐλευ- 4
θερίας ἄρα οὔτε οὗτοι τῶν Ἑλλήνων οὔθ' οἱ
Ἕλληνες τῆς ἑαυτῶν τῷ Μήδῳ ἀντέστησαν, περὶ
δὲ οἱ μὲν σφίσιν ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ καταδουλώσεως,
οἱ δ' ἐπὶ δεσπότου μεταβολῇ οὐκ ἀξυνετωτέρου,
κακοξυνετωτέρου δέ.

ἔπειτα αἰτιᾶται τοὺς Σικελιώτας ὅτι οὐ ξυστραφέντες Ἀθηναίοις πολεμοῦσιν.

77. Ἀλλ' οὐ γὰρ δὴ τὴν τῶν Ἀθηναίων εὐκατ- 1
ηγόρητον οὖσαν πόλιν νῦν ἥκομεν ἀποφανοῦντες
ἐν εἰδόσιν ὅσα ἀδικεῖ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς
αἰτιασόμενοι ὅτι ἔχοντες παραδείγματα τῶν τ' ἐκεῖ

Cap. 76. § 3. λειποστρατίαν aliqμot codd. Cf. ad. IV 12, 1.
Cap. 77. § 1. τ' om. M. Ar. Chr. Dan. librariique (cf. adn. III 82, 1) Dion. Hal. p. 932. At vid. adn. Tum Aug. Pal. It. Vat.

prox. cap. § 1 extr. et 82, 3 apparet. Kruegeri coniectura ὅσοι ἄλλοι σφῶν opus non est. De ἀπό cf. VII 57, 4 Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων et II 15, 4. — τοὺς μὲν λιποστρατίαν. Accusativus τούς ex κατεστρέψαντο, alter ex ἐπενεγκόντες suspensus est. De re cf. I 99, 1. — ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν. Quod fecerant Samii et Milesii. Vid. I 115. — τοῖς δ'. „Ad dativum transiit, qui regatur ab ἐπενεγκόντες, et subaudiendum reliquit accusativum αὐτούς mutata structura. Similis locus exstat 77, 2 ὥστε τοὺς μὲν . . . κακουργεῖν, quem vide.“ Haack. — τινὰ . . . αἰτίαν εὐπρεπῆ. Sicut τὰς τῶν φόρων καὶ νεῶν ἐκδείας I 99, 1. Sine idonea causa εἶχον del. Krueg. Nam recte ipse ἐπιφέρειν subaudit.

§ 4. περὶ δὲ οἱ μὲν . . . καταδουλώσεως] Ἀθηναῖοι δὲ περὶ τοῦ ἑαυτοῖς, ἀλλὰ μὴ τῷ Μήδῳ καταδουλωθῆναι τοὺς Ἕλληνας. Schol. Egregie conferta est oratio, de qua cf. Matth. Gr. § 390 et adn. VIII 21 et de praepositione a casu suo avulsa insuper adn. I 69, 5. — ἐπὶ δεσπότου . . . οὐκ ἀξυνετ., κακοξυνετ. δέ. *Um einen (andern) zwar listigern, aber (zugleich) arglistigern Herrn einzutauschen;* nam prius incisum per λιτότητα in negationibus frequentem dictum est. Possumus quidem etiam sic reddere: *einen andern nicht (etwa) minder listigen, sondern (nur) arglistigern Herrn.* Quod confirmatur usu particularum οὐ . . . δέ eo, qui 78, 1 86, 3. IV 86, 5 alibi invenitur. Sed obstat, quod ξύνεσιν Persarum nusquam praedicatam audimus. Iure autem tacemus eius interpretationem, qui οὐ . . . δέ pro non tam . . . quam et comparativum pro positivo positum esse fingit.

Cap. 77. § 1. Ἀλλ' οὐ cet. Haec magnis laudibus ornat Dion. Hal. p. 892. — τὴν . . . πόλιν . . . ὅσα ἀδικεῖ = ὅσα ἡ πόλις ἀδικεῖ. Cf. adn. 76, 1. — ἐν εἰδόσιν. Ita aliquotiens Thuc. Cf. adn. II 36, 4. — ἡμᾶς αὐτούς, i. e. πάντας τοὺς Σικελιώτας. De colloca-

Ἑλλήνων ὡς ἐδουλώθησαν οὐκ ἀμύνοντες σφίσιν αὐτοῖς, καὶ νῦν ἐφ' ἡμᾶς ταὐτὰ παρόντα σοφίσματα, Λεοντίνων τε ξυγγενῶν κατοικίσεις καὶ Ἐγεσταίων ξυμμάχων ἐπικουρίας, οὐ ξυστραφέντες βουλόμεθα προθυμότερον δεῖξαι αὐτοῖς ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν οὐδ' Ἑλλησπόντιοι καὶ νησιῶται, οἳ δεσπότην ἢ Μῆδον ἢ ἕνα γέ τινα ἀεὶ μεταβάλλοντες δουλοῦνται, ἀλλὰ Δωριῆς ἐλεύθεροι ἀπ' αὐτονόμου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες.
2 *ἢ μένομεν ἕως ἂν ἕκαστοι κατὰ πόλεις ληφθῶμεν, εἰδότες ὅτι ταύτῃ μόνον ἁλωτοί ἐσμεν καὶ*

H. M. Cass. Lugd. Mosqu. *ἐκεῖσε*. Sed omnia exempla, quibus *ἐκεῖσε* pro *ἐκεῖ* legi defendunt, scriptorum non Atticorum sunt. Vid. Steph. Thes. ed. rec. v. *ἐκεῖσε* p. 411. Cum emphasi autem dicta sunt verba *ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες* Demosth. IV 40, ubi vid. interpret.

tione pronominum cf. adn. IV 38, 3. — *οὐκ ἀμύνοντες σφίσιν αὐτοῖς.* *Σφίσιν αὐτοῖς* pro *ἀλλήλοις*. Vid. Bernh. Synt. p. 273 et adn. IV 25, 9. De re cf. III 10, 5. — *ἐφ' ἡμᾶς ταὐτὰ . . . σοφίσματα,* easdem artes nobis admotas. Non solum *ἔχοντες* sed, ut *τὲ* — *καί* particularum collocatio ostendit, *ἔχοντες παραδείγματα* huc pertinet. Documento (*Warnung*) enim iis est non solum Graecorum servitus, sed etiam eaedem fallaciae ipsis atque illis intentae. Male Herwerd. l. l. *ὁρῶντες* post *παρόντα* inserit. Artes in Sicilia ab Atheniensibus adhibitae statim quidem ab ipso scriptore explicantur, in universum tamen eaedem fuere atque in Graecia; nam in utraque terra discordiis effectis singulas civitates aggressi sunt. — *κατοικίσεις . . . ἐπικουρίας.* Haec vocabula Thuc. ideo in plurali posuit, quia significare vult tales fallacias quales sunt Leontinorum restitutio et Segestanorum defensio. — *ξυστραφέντες.* Non, ut plerumque, conglobati, conferti (cf. adn. II 4, 1), sed coniuncti, sociati. Cf. 91, 2. — *οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσίν.* Verbum ad praedicatum accommodatum est. Cf. adn. III 26, 5. De pronomine vid. Matth. Gr. § 440, 7. Krueg. § 61, 7 adn. 6. De Ionibus a Doribus contemptis cf. adn. I 124, 1. — *Ἑλλησπόντιοι.* Hi una cum Ionibus a Medis defecerant (I 89, 2) et una Atheniensibus se adiunxerant, I 95, 1 comprehensi verbis *καὶ ὅσοι . . . ἠλευθέρωντο.* — *νησιῶται.* Cf. adn. 76, 3. — *μεταβάλλοντες δουλοῦνται.* „Brevitas haec est pro . . . *κατὰ μεταβολὰς* (per vices) *ἔχοντες δ.*; unus enim non mutatur, sed plures deinceps . . . *Δουλοῦνται* verteris patiuntur se in servitutem redigi [cf. adn. I 120, 3] . . . *Μεταβάλλοντες* pro medio est.“ Bau. Cf. Held. ad Plut. Timol. p. 308.

§ 2. *ἢ μένομεν,* an ideo coniunctis viribus iis non resistimus, quod exspectamus. Itaque hic non exspectandum est futurum aut coniunctivus dubi-

ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους ὥστε τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διαστάναι, τοὺς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι ἐκπολεμοῦν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες [δύνανται] κακουργεῖν; καὶ οἰόμεθα τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου οὐ καὶ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα καθ' αὐτὸν δυστυχεῖν;

εἶτα δεικνυσιν ὅτι οὐ δεῖ Συρακου-

78. *Καὶ εἴ τῳ ἄρα παρέστηκε τὸν μὲν Συρα-* 1

§ 2. *ἄποθεν* aliquot libri. Cf. ad. III 111, 1.

tativus. — *εἶδος*. Cf. adn. II 41, 1. Deinde *ἡμῶν* iunge cum vv. *τοὺς μέν*. — *τοῖς δὲ ... κακουργεῖν*. Haec vulgo audacius traiecta esse putant pro his: *τοῖς δέ τι προσηνὲς λέγοντες ὡς ἑκάστοις δύνανται κακουργεῖν* (scil. *αὐτούς*). Sed cum *ὡς ... δύνανται* propriam efficiat enuntiationem, *τὶ προσηνὲς λέγοντες* hinc separari atque ad *τοῖς δέ* referri nullo modo potest. Neque enim huic loco simile est 76, 3, ubi ex communi dicendi consuetudine *τοῖς δ' ἐπενεγκόντες* iungitur. Itaque aut *τοὺς δέ* scribendum est, quod tamen si scriptum fuisset, vix quisquam in *τοῖς δέ* mutavisset, aut ita verba conformanda sunt, ut *τοῖς δέ* ad *λέγοντες* pertineat. Nam sic demum huc afferri potest Krueg. Gr. § 60, 5 adn. 2. Alterum autem ut fiat, aut transponendum est *δύνανται λέγοντες* aut *δύνανται* delendum. Posterius nobis magis placet, cum *δύνανται* facillime ad complendum *ὡς ἑκάστοις* (cf. adn. I 3, 4) adscribi potuerit atque alieno loco in scriptoris verba inseri. Ipsa perversa collocatio additamentum arguit. — *καὶ οἰόμεθα*. Interrogatio continuatur et superius *ἦ* huc quoque pertinet. — *τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου*] *τοῦ συνοικοῦντος μὲν Ἕλληνος [ἐν] τῇ Σικελίᾳ, πολὺ δὲ διεστῶτος*. Schol. Paulo post *ἐς* insolentius dictum est. Vid. adn. I 137, 3. — *αὐτόν τινα*. Cf. Bernh. Synt. p. 440 et adn. III 55, 3. VI 10, 5. Similis sententia legitur I 120, 2. — *πρὸ δὲ αὐτοῦ ... δυστυχεῖν*. Nisi scriptor praeposito *πρὸ αὐτοῦ*, quod ad *τινά* refertur, maius pondus addere voluisset, hic esset verborum ordo: *μᾶλλον δὲ* (sed potius) *τὸν πρὸ αὐτοῦ πάσχοντα καθ' αὐτὸν δυστυχεῖν*. De praeposito *πρὸ αὐτοῦ* cf. adn. II 7, 2. VI 64, 3, de interposito *μᾶλλον* IV 98, 1. VI 86, 2. Neque igitur propter collocationem verborum *ἤ* ante *καθ' αὐτόν* inserere debebat Madvig. Adv. crit. I p. 327 vertens eumque qui patiatur magis ante ipsum quam per se et solum miserum esse. Nam eo quoque fallitur quod, nisi *ἤ* addatur, *καθ' αὐτόν* potius primo loco ponendum fuisse putat.

Cap. 78. § 1. *Καὶ εἴ τῳ* cet. „Haec quomodo Dionysio Hal. [p. 936] videri potuerint adeo obscura, negat Abr. se intellegere. Priora [certe] verba usque ad *τόν τε Ἀθην.* esse plana.“ Beck. Cum sententia compara IV 61, 2, ubi de *παραστῆναι* cf. adn. In proximis „Dionysius l. d. reprehendit in Thucy-

κόσιον, ἑαυτὸν δ' οὐ πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ, καὶ δεινὸν ἡγεῖται ὑπέρ γε τῆς ἐμῆς κινδυνεύειν, ἐνθυμηθήτω οὐ περὶ τῆς ἐμῆς μᾶλλον, ἐν ἴσῳ δὲ καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἅμα ἐν τῇ ἐμῇ μαχούμενος, τοσούτῳ δὲ καὶ ἀσφαλέστερον ὅσῳ οὐ προδιεφθαρμένου ἐμοῦ, ἔχων δὲ ξύμμαχον ἐμὲ καὶ οὐκ ἐρῆμος ἀγωνιεῖται· τόν τε Ἀθηναῖον μὴ τὴν τοῦ Συρακοσίου ἔχθραν κολάσασθαι, τῇ δ' ἐμῇ προφάσει

σας φθόνῳ ἢ φόβῳ ἀπολιπεῖν,

Cap. 78. § 1. *μαχόμενος* male in optimis libris. *ἐρῆμος* m. Vind. Mosqu. Valla vertens ope non destitutus suscipiet bellum, reliqui codd. *ἐρῆμον*. Cf. adn.

dide *τὸ κατακορές*, ut ait, *τῆς μεταγωγῆς ἐκ τοῦ πληθυντικοῦ εἰς τὸ ἑνικόν*. Et Epist. II ad Ammaeum. p. 134 [798] hoc inter idiomata Thucydidis refert. [Sed] H. Stephanus Append. ad Script. al. de Dial. Att. p. 46. 130 negat hoc peculiare esse Thucydidi et Aristophanem ac Demosthenem quoque non raro singularibus pro pluralibus uti ostendit." Duk. „*Τὸν Ἀθηναῖον* Herodot. VIII 136 fin., *τὸν Σπαρτιήτην* IX 12, *ὁ Χαλκιδεύς* Thuc. VI 84, 3 . . . Vid. VV. DD. ad Greg. Cor. D. A. § 61." Dobr. Hic augetur eo concinnitas. Nam cum propter singularem pronominis indefiniti positum sit *ἑαυτόν*, huic accommodatur *τὸν Συρακόσιον* et *τῷ Ἀθηναίῳ*. Ceterum cf. adn. IV 10, 3 et Krueg. Gr. § 44, 1 adn. 4 et de Latinis Drakenb. ad Liv. III 2. V 50. VII 33. „In reliquis singul. *ἐμῆς, ἐμοῦ*, rel. est pro *ἡμῶν* per *ἰδιοποίησιν*." Bau. Cf. adn. IV 64, 1. — *ἐν ἴσῳ*. Cf. adn. II 53, 4. Deinde de praepositione ante verba *τῆς ἑαυτοῦ* non iterata vid. adn. VII 47, 4. — *ὅσῳ* = *ὅτι*. Cf. adn. III 11, 1. — *ἐρῆμος* codd. paene omnium scripturae *ἐρῆμον* praeferimus. Cum enim de tuto praesidio agatur, quod ii habituri sint qui Atheniensium consiliis una cum Syracusanis obsistant, non hos, sed illos dicendum est auxilio non destitutos fore. Idem ea quoque de causa necessarium putamus, quod *ἐρῆμος* is est qui in periculo vel calamitate amicorum atque sociorum auxilio caret. Cf. I 32, 4. II 51, 5. III 57, 4. Accedit quod *καὶ οὐκ ἐρῆμος* ad Th. elocutionem maxime convenit. Nonnunquam enim eandem notionem et ipsam affirmans et contrariam negans dupliciter effert (III 40, 3. IV 108, 5. V 60, 1. 86. VII 44, 6. 49, 2). — *τόν τε Ἀθηναῖον . . . βούλεσθαι*. Ex *ἐνθυμηθήτω* repetendum simile verbum *νομιζέτω*, ob quam causam etiam IV 27, 1 post *ὁρῶντες* participium transiit in infinitivum. Cf. adn. 12, 1. De medio *κολάσασθαι* cf. III 40, 4. Cum sententia cf. IV 61, 3. — *τῇ δ' ἐμῇ προφάσει*, me praetexendo, simulans me peti. — *τόν τε Ἀθηναῖον . . . βούλεσθαι*. Haasius Lucubr. Thuc. p. 98 sq. decem codd. scripturam *οὓς* pro *οὐχ* probat *κολάσασθαι* ad *ἐνθυμηθήτω* referens idemque ad *τὴν ἐκείνου φιλίαν* repetens et *οὓς* pronomine Syracusanos et reliquos Siculos simul comprehendi censens, sic ut enuntiati *οὓς . . . βούλεσθαι* sententia haec sit: quos (Syracusanos et reliquos

τὴν ἐκείνου φιλίαν οὐχ ἧσσον βεβαιώσασθαι βού-
λεσθαι. εἴ τέ τις φθονεῖ μὲν ἢ καὶ φοβεῖται (ἀμ- 2
φότερα γὰρ τάδε πάσχει τὰ μείζω), διὰ δὲ αὐτὰ
τὰς Συρακούσας κακωθῆναι μέν, ἵνα σωφρονισ-
θῶμεν, βούλεται, περιγενέσθαι δὲ ἕνεκα τῆς
αὑτοῦ ἀσφαλείας, οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως βού-
λησιν ἐλπίζει. οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα τῆς τε ἐπι-
θυμίας καὶ τῆς τύχης τὸν αὐτὸν ὁμοίως ταμίαν

οὓς ἧσσον It. Laur. Aug. Pal. M. H. K. D. I. E. Cf. adn.

Siculos) nolit (Atheniensis) inter se adiuvare et confirmare. Sed nec βεβαιώσασθαι potest id sonare, quod ille eo significari, quanquam nullo exemplo demonstrari posse non negat, credit, et pro ἧσσον exspectaretur οὐ et οὓς nimis obscure dictum esset et minus bene particula γέ (οὕς γε = ἐπεὶ τούτους γε) careret. Accedit quod aoristi infin. ex putandi verbo aptus non praesentis temporis est, ut Haas. intellegit, sed praeteriti. Eadem causa in L. Herbstii (Phil. XVI p. 296 sq.) rationem valet, qui ab Haasio eo tantum differt, quod violenta interpretatione aliam ex postremis verbis sententiam extorsit, quippe quae sic intellegenda esse sibi persuaserit quasi scriptum esset τὸν δ' Ἀθηναῖον τῇ ἐμῇ προφάσει κολάσασθαι τούτους οὓς βούλεσθαι ἧσσον βεβαιώσασθαι τὴν ἐκείνου φιλίαν. Dobr. autem atque Pp. verba depravata esse suspicati βιάσασθαι coniecerunt. Sed etiam haec emendandi opera frustra consumpta est. Neque enim cognoverunt acerbam ironiam verborum τὴν ἐκείνου φιλίαν βεβαιώσασθαι idem atque ἐκεῖνον καταδουλώσασθαι valentium; nam subigendo Athenienses illorum amicitiam sibi confirmare volunt. Sententiae igitur cohaerentia haec est: si cui in mentem venit Syracusanos, non se Atheniensibus hostem esse, reputato hos non tam Syracusanorum hostilitatem punire velle quam hac causa simulata cavere, ne ipse hostis sibi exsistere possit. Frustra Weidner (Parerg. p. 12) hanc rationem vituperans postulat, ut ipsa subigendi notio exprimatur, quo sane sublata esset omnis ironia. De οὐχ ἧσσον, multo magis, cf. 88, 1.

§ 2. ἀμφότερα τάδε, i. e. τὸ φθονεῖσθαι καὶ τὸ ἄλλους αὐτὰ φοβεῖσθαι. Cf. Krueg. Gr. § 58, 3 adn. 8. — τὰ μείζω, maiores civitates. — διὰ . . . αὐτά, i. e. διὰ ταῦτα. Cf. adn. IV 64, 1. — περιγενέσθαι, i. e. σωθῆναι. — οὐκ ἀνθρ. δυν. βούλησιν ἐλπίζει. „Ad verbum non humanae facultatis [i. e. non tale, quod in humanam potentiam cadat] desiderium (vel votum) sperat.“ Steph. Recte. Cf. Lob. Paral. Gr. II p. 535. — οὐ γὰρ οἷόν τε . . . γενέσθαι, fieri enim non potest, ut idem simul suae voluntatis atque fortunae pariter sit arbiter, i. e., ut quis, quemadmodum concupiscere potest quae velit atque temperare cupiditatem, ita in potestate fortunam suam habeat, ut ne aliud quid aut plus quam quod concupiverit eveniat. Similem sententiam legimus IV 64, 1 μηδὲ μωρίᾳ φιλονικῶν ἡγεῖσθαι τῆς τε οἰκείας γνώμης ὁμοίως αὐτοκράτωρ εἶναι καὶ ἧς οὐκ ἄρχω

3 γενέσθαι. καὶ εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι, τοῖς αὐτοῦ κα-
κοῖς ὀλοφυρθεὶς τάχ' ἂν ἴσως καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀγα-
θοῖς ποτε βουληθείη αὖθις φθονῆσαι. ἀδύνατον
δὲ προεμένῳ καὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς κινδύνους, οὐ
περὶ τῶν ὀνομάτων ἀλλὰ περὶ τῶν ἔργων, ἐθε-
λήσαντι προσλαβεῖν· λόγῳ μὲν γὰρ τὴν ἡμετέραν
δύναμιν σῴζοι ἄν τις, ἔργῳ δὲ τὴν αὐτοῦ σω-
4 τηρίαν. καὶ μάλιστα εἰκὸς ἦν ὑμᾶς, ὦ Καμαριναῖοι, καὶ ὅτι πρὸ πάντων τοὺς Καμαριναίους εἰκὸς ξυμμαχεῖν,
ὁμόρους ὄντας καὶ τὰ δεύτερα κινδυνεύσοντας,
προορᾶσθαι αὐτὰ καὶ μὴ μαλακῶς ὥσπερ νῦν

τύχης. Cf. ibi adn. et de ταμιεύεσθαι VI 18, 3. De impersonali οἷόν τε cf. adn. IV 53, 3.

§ 3. εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι, i. e. si non superstites maneamus. Ut hic γνώμῃ ἁμαρτεῖν, ita σφαλῆναι γνώμῃ legimus IV 18, 2, ubi vid., et τῇ γνώμῃ ἁμαρτ. Arri. Anab. I 18, 12, γνώμῃ διαμαρτ. Aristid. II p. 252. Cf. Bernh. Synt. p. 182. — τοῖς αὐτοῦ κακοῖς ὀλοφυρθείς. „Male Port. vertit ob sua ipsius mala deploratus. A quo ergo? Aut hoc quid ad causam, ut alii eum deplorent? Medium est ὀλοφύρεσθαι, sign. suis malis dolens, sua incommoda deflens.“ Bau. Ita magno consensu recentiores interpretes. Passive tamen accipi vult Elmsl. ad Eur. Heracl. 757 eique assensus Krueg., et cum hoc verbum deponens medium sit et aliis et ipsi Thucydidi VII 80, 4. II 46, 2. VIII 81, 2, in ὀλοφυρθείς sane passiva vis exspectatur. Quod autem non additum est a quo deploretur, ὀλοφυρθείς potest esse ab omnibus deploratus, in lamentabilem statum adductus. — τάχ' ἂν ἴσως [cf. adn. 10, 4] ... φθονῆσαι. Scilicet si secundis rebus Syracusani uterentur, horum auxilio a malis se defendere posset. Haec verba non sine ironia dicta sunt. — ἀδύνατον δέ. Audi τοῖς ἐμοῖς ἀγαθοῖς ποτε αὖθις φθονῆσαι, id est per consequens me aliquando denuo florentem videre. — οὐ περὶ ... ἔργων, cum non de verbis, sed de rebus agatur sive cum non agatur de rebus quales esse dicuntur, sed quales revera sunt. De περί cf. adn. 17, 3. IV 63, 2. — λόγῳ μὲν γὰρ ... σωτηρίαν explicationem continent verborum οὐ περὶ ... ἔργων. Sententia enim haec est: non agitur de rebus quales esse dicuntur, sed quales sunt; nam dixerit aliquis se nostram potestatem servaturum esse, sed revera suam servabit salutem. Dionys. Hal. p. 986 hoc οὐδὲ μειρακίῳ προσῆκον ἐπιφώνημα dicit, procul dubio propter obscurum dicendi artificium. Nam superioris quoque enuntiati verba ei visa sunt μειρακιώδη καὶ περίεργα καὶ τῶν λεγομένων αἰνιγμάτων ἀσαφέστερα. Quaesita sane est et iusto obscurior contrariorum ratio.

§ 4. καὶ τὰ δεύτερα κινδυνεύσοντας] ἀντὶ τοῦ καὶ μεθ' ἡμᾶς εὐθὺς κινδυνεύσοντας. Schol. Cf. adn. 57, 3. — προορᾶσθαι αὐτά, rem providere. Cf. adn. 40, 2. — ὥσπερ νῦν. Vid. 67, 2 et 75,

ξυμμαχεῖν, αὐτοὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἰόντας, ἅπερ, εἰ ἐς τὴν Καμαριναίαν πρῶτον ἀφίκοντο οἱ Ἀθηναῖοι, δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε, ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ νῦν παρακελευομένους, ὅπως μηδὲν ἐνδώσομεν, φαίνεσθαι. ἀλλ' οὔθ' ὑμεῖς νῦν γέ πω οὔθ' οἱ ἄλλοι ἐπὶ ταῦτα ὥρμησθε.

οὐδὲ ἀρκεῖ δειλίᾳ ἀλογίστῳ μηδετέροις βοηθεῖν.

79. Δειλίᾳ δὲ ἴσως τὸ δίκαιον πρός τε ἡμᾶς 1 καὶ πρὸς τοὺς ἐπιόντας θεραπεύσετε λέγοντες ξυμμαχίαν εἶναι ὑμῖν πρὸς Ἀθηναίους· ἥν γε οὐκ ἐπὶ τοῖς φίλοις ἐποιήσασθε, τῶν δὲ ἐχθρῶν ἤν τις

§ 4. ἀφίκοιντο male in optimis libris.

3. — αὐτοὺς δὲ ... „Hic verborum ordo: αὐτοὺς δὲ μᾶλλον φαίνεσθαι παρακελευομένους ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ νῦν ἰόντας πρὸς ἡμᾶς ἅπερ, εἰ οἱ Ἀθην. πρῶτον ἀφίκοντο ἐς τὴν Καμαριναίαν, δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε." Ae. Port. Latine ad verbum exprimas: sed potius ipsos (sua sponte) ad nos venientes, quae, si in agrum Camarinaeum primum invasissent Athenienses, rogantes nos imploravissetis (vel arcessivissetis), haec similiter nunc quoque hortari, ne quid cederemus. Ad ἅπερ ut refertur ταῦτα, ita ταῦτα παρακελευ. ipsa illustrantur enuntiatione ὅπως (dasz nämlich) μηδ. ἐνδ. Deinde ἅπερ ex δεόμενοι pendet (cf. adn. I 82, 1), ταῦτα autem ex παρακελευομένους; dici enim saepe παρακελεύεσθαί τινι τοιάδε, τοιαῦτα, similia notum est. Cf. IV 125, 4. De ἐκ τοῦ ὁμοίου verbis cf. adn. I 51, 2.

Cap. 79. § 1. Δειλίᾳ δ' ἴσως ... θεραπεύσετε, sed ignavia (cf. 75, 8 ὁρῶντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῇ μάχῃ εὖ πράξαντας) forsitan iustae causae et adversus nos et adversus adventantes consulturi sitis (cf. III 56, 2. 82, 8). Non significatur Camarinaeos a neutrorum partibus stare velle. Nam hoc si voluisset scriptor, utrorumque societatem pro causa afferre debebat atque posthac λέγοντες ξυμμαχίαν εἶναι ὑμῖν καὶ πρὸς Ἀθηναίους (praeter nos etiam cum Atheniensibus) scribere; deinde proximis non explicatur Camarinaeos iniuste facturos esse, si neutrorum partes sequantur, sed si ad Atheniensium causam se adiunxerint; denique non ea maxime erat suspicio, ne Camarinaei medii essent, sed ne ad Athenienses accederent (75, 3 μὴ προσχωρῶσι αὐτοῖς κατὰ τὴν προτέραν φιλίαν πεισθέντες), et τὸ μηδετέροις βοηθεῖν infra (80, 1) demum dissuadetur. Itaque perspicuum est veram verborum sententiam hanc esse: forsitan ignavia ad Athenienses vos applicantes iustitiam erga utrosque exhibituri sitis. Absurda sane est haec iustitiae ratio, cum apertum sit in Syracusanos quidem eos nequaquam ita se iustos praebituros esse, sed acerba ironia (cf. adn. 78, 1. 3) usus scriptor ipsam ignaviae iniquitatem oblique hac absurditate castigat. — ἐπὶ τοῖς φίλοις] ἤγουν κατὰ τῶν φίλων. Schol. Cf. adn. I 40, 6. VI 61, 1. — τῶν δὲ ἐχθρῶν ἤν τις, i.

ἐφ' ὑμᾶς ἴῃ, καὶ τοῖς γε Ἀθηναίοις βοηθεῖν, ὅταν
ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοὶ ὥσπερ νῦν τοὺς πέλας
2 ἀδικῶσιν, ἐπεὶ οὐδ' οἱ Ῥηγῖνοι ὄντες Χαλκιδῆς
Χαλκιδέας ὄντας Λεοντίνους ἐθέλουσι ξυγκατοι-
κίζειν. καὶ δεινὸν εἰ ἐκεῖνοι μὲν τὸ ἔργον τοῦ
καλοῦ δικαιώματος ὑποπτεύοντες ἀλόγως σωφρο-
νοῦσιν, ὑμεῖς δ' εὐλόγῳ προφάσει τοὺς μὲν φύσει
πολεμίους βούλεσθε ὠφελεῖν, τοὺς δὲ ἔτι μᾶλλον
φύσει ξυγγενεῖς μετὰ τῶν ἐχθίστων διαφθεῖραι.
3 ἀλλ' οὐ δίκαιον, ἀμύνειν δὲ καὶ μὴ φοβεῖσθαι
τὴν παρασκευὴν αὐτῶν· οὐ γάρ, ἢν ἡμεῖς ξυστῶ-
μεν πάντες, δεινή ἐστιν, ἀλλ' ἤν, ὅπερ οὗτοι
σπεύδουσι, τἀναντία διαστῶμεν, ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς

Cap. 79. § 3. ὅπερ om. Cass. Aug. Cl. T. Pal. It. Vat. H. M. G., sed in Cass. Cl. Pal. M. G. rec. man. int. vers. scriptum est.

c. ἢν δέ τις τῶν ἐχθρ. Causam traiectionis patet esse vocabula contra posita. Cf. adn. I 10, 2. 68, 1. — *βοηθεῖν*. Est infinitivus consilii pendens ex *ἐποιήσασθε ξυμμαχίαν*. — *ὅταν ὑπ' ἄλλων*. Ex proximo *ἀδικῶσιν* repete *ἀδικῶνται*. Cf. Xen. Cyr. IV 4, 18. Kuehn. Gr. max. § 597, 2i. — *τοὺς πέλας*. Vid. adn. I 32, 1.

§ 2. *Ῥηγῖνοι*. Vid. 44, 3. — *δεινόν, εἰ ἐκεῖνοι μέν* ... Plane ut I 85, 3, ubi vid. adn. — *τὸ ἔργον τοῦ καλοῦ δικαιώματος ὑποπτεύοντες*, veritatem (veram sententiam) speciosae qua rei (*τοῦ ξυγκατοικίζειν*) aequitas probatur causae suspicantes. *Καλός* cum ironia dictum est ut apud Dem. IX 66 (cf. adn. 12, 1). De *δικαιώματος* vocabuli vi cf. adn. 80, 2. V 97. — *ἀλόγως σωφρονοῦσιν*, praeter (cognationis) rationem cauti sunt. Cf. adn. 84, 3. — *εὐλόγῳ προφάσει*, utentes speciosa excusandi ratione. Haec secundum superiora debet esse τὸ *ξυμμαχίαν ὑμῖν εἶναι πρὸς Ἀθηναίους*. Dativi *εὐλόγῳ προφάσει* comparandi sunt cum similibus 8, 4, ubi vid. adn., nec videntur sine praepositione *ἐν*, quae a libris mss. paene omnibus abest, significare posse cum habeatis probabilem excusationem. — *τοὺς μὲν φύσει πολεμίους*] ἤγουν τοὺς Ἀθηναίους [ὡς Ἴωνας ὄντας]. Schol. Cf. 80, 3 *ἐπιβουλευόμεθα ὑπὸ Ἰώνων ἀεὶ πολεμίων* et adn. IV 60, 1. — *ἔτι μᾶλλον φύσει ξυγγενεῖς*. Cf. 5, 3.

§ 3. *ἀμύνειν δέ*. Simul audi *τοῖς φύσει ξυγγενέσι*, quod non intellexisse Bloomfieldium et alios mirum est. — *μὴ φοβεῖσθαι*. Hic non ipsum *δίκαιον*, sed ex eo *εἰκός* repetendum aut certe illius significationem paululum . . . inflexam esse docet Bau. Quare non opus est Bloomfieldii coniectura *φοβεῖσθε*. Deinde redit adnominatio in *ξυστῶμεν* et *διαστῶμεν*. Cf. adn. 76, 2. — *τἀναντία*, contra, *umgekehrt*. Cf. adn. III 67, 4.

ἡμᾶς μόνους ἐλθόντες καὶ μάχῃ περιγενόμενοι
ἔπραξαν ἃ ἐβούλοντο, ἀπῆλθον δὲ διὰ τάχους.

80. Ὥστε οὐκ ἀθρόους γε ὄντας εἰκὸς ἀθυμεῖν, 1
ἰέναι δὲ ἐς τὴν ξυμμαχίαν προθυμότερον, ἄλλως
τε καὶ ἀπὸ Πελοποννήσου παρεσομένης ὠφελίας,
οἳ τῶνδε κρείσσους εἰσὶ τὸ παράπαν τὰ πολέμια·
καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμηθίαν δοκεῖν τῳ ἡμῖν
μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις
δὴ ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους βοηθεῖν.
οὐ γὰρ ἔργῳ ἴσον ὥσπερ τῷ δικαιώματί ἐστιν. 2
εἰ γὰρ δι᾽ ὑμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας ὅ τε παθὼν
σφαλήσεται καὶ ὁ κρατῶν περιέσται, τί ἄλλο ἢ
τῇ αὐτῇ ἀπουσίᾳ τοῖς μὲν οὐκ ἠμύνατε σωθῆναι,
τοὺς δὲ οὐκ ἐκωλύσατε κακοὺς γενέσθαι; καίτοι
κάλλιον τοῖς ἀδικουμένοις καὶ ἅμα ξυγγενέσι

ἐβούλοντο Ven., vulgo *ἠβούλοντο*. Cf. sd. II 2, 3 et Stahl. Quaest. gram. p. 17.

Cap. 80. § 1. *προμήθειαν* pars codd. Cf. sd. IV 62, 4. *δοκεῖν τῷ* codd. Emend. Duker.

Cap. 80. § 1. *ἀθρόους γε ὄντας* ad utrosque, *ἀθυμεῖν* ad Camarinaeos potissimum spectat. Cf. adn. I 100, 3. — *ἐς τὴν ξυμμαχίαν*, ad praestandum auxilium sociale. Cf. V 83, 4 *ἔψευστο* (per fraudem detrectaverat) *τὴν ξυμμαχίαν*. False igitur Class. in eandem sententiam *ἐς τὸ ξυμμαχεῖν* scripsit. Aliter dictum est *ἰέναι ἐς τὴν ξυμμαχίαν* V 30, 5. — *οἳ*, scil. *Πελοποννήσιοι*. Cf. adn. 74, 1. — *τὰ πολέμια*. Cf. adn. IV 80, 3. — *καὶ μὴ . . . ἀσφαλῆ*, et (decet; *εἰκός* enim ex superioribus repetendum est) non illam prudentiam videri cuiquam et nobis (i. e. in nos, erga nos) aequam et vobis tutam esse. Qualis sit haec prudentia proximis verbis *τὸ μηδετέροις . . . βοηθεῖν* explicatur. Articulum *τήν* deleri frustra iussit Dobr. Vid. Krueg. Gr. § 61, 7 adn. 2. Xen. Comm. IV 6, 15. — *μηδετέροις δή*. „Ironiam habet *δή*, nimirum, si diis placet." Bau. Qui post schol. eandem ironiam seu facetam irrisionem § 2 in verbis *φίλους δὴ ὄντας* iubet attendi. Cf. adn. III 10, 6.

§ 2. *δικαιώματι*, *nach dem Rechtsgrunde*. Cf. adn. 79, 2. — *δι᾽ ὑμᾶς μὴ συμμαχήσαντας*. Schol.: *διὰ τὸ ὑμᾶς μηδετέροις συμμαχεῖν*. Cf. adn. 3, 3. 70, 1. — *ὁ παθών*, is qui victus fuerit, *ὁ κρατῶν*, victor. — *τί ἄλλο ἤ*. Cf. adn. III 39, 2. — *ἠμύνατε . . . ἐκωλύσατε*. Futura *ἀμυνεῖτε* et *κωλύσετε* substituit schol., Latini futuris exacti hic utentur; nam de re, quae olim Syracusanis victis peracta fuerit, dicitur, non de ea, quae huius contionis tempore iam praeterierit. Aoristis igitur transferimur in tempus verborum *σφαλήσεται καὶ*

προσθεμένους τήν τε κοινὴν ὠφελίαν τῇ Σικελίᾳ
φυλάξαι καὶ τοὺς Ἀθηναίους φίλους δὴ ὄντας
μὴ ἐᾶσαι ἁμαρτεῖν.
3 Ξυνελόντες τε λέγομεν οἱ Συρακόσιοι ἐκδι- δεήσεις καὶ
δάσκειν μὲν οὐδὲν ἔργον εἶναι σαφῶς οὔτε ὑμᾶς παραινέσεις.
οὔτε τοὺς ἄλλους περὶ ὧν αὐτοὶ οὐδὲν χεῖρον
γιγνώσκετε· δεόμεθα δὲ καὶ μαρτυρόμεθα ἅμα,
εἰ μὴ πείσομεν, ὅτι ἐπιβουλευόμεθα μὲν ὑπὸ
Ἰώνων ἀεὶ πολεμίων, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ ὑμῶν
4 Δωριῆς Δωριέων. καὶ εἰ καταστρέψονται ἡμᾶς
Ἀθηναῖοι, ταῖς μὲν ὑμετέραις γνώμαις κρατήσουσι,
τῷ δ' αὐτῶν ὀνόματι τιμηθήσονται, καὶ τῆς νίκης
οὐκ ἄλλον τινὰ ἆθλον ἢ τὸν τὴν νίκην παρασχόντα
λήψονται· καὶ εἰ αὖ ἡμεῖς περιεσόμεθα, τῆς αἰτίας
τῶν κινδύνων οἱ αὐτοὶ τὴν τιμωρίαν ὑφέξετε.
5 σκοπεῖτε οὖν καὶ αἱρεῖσθε ἤδη ἢ τὴν αὐτίκα

περιέσται. — φίλους δὴ ὄντας. Cf. adn. III 26, 2.

§ 3. οὐδὲν ἔργον εἶναι, minime opus esse. Cf. Herod. I 17. III 127. — δεόμεθα, scil. ὑμῶν ταῦτα (ἃ αὐτοὶ οὐδὲν χεῖρον γιγνώσκετε). Deinde μαρτυρόμεθα similiter dictum est ac testari Tac. Hist. II 38. — Δωριέων. Si ante Δωριῆς legeretur, cur praepositio non esset iterata, appareret. Nunc alter genetivus postpositus est concinnitatis et ὁμοιοπτώτου causa, quae perirent, si post ὑπὸ Ἰώνων ἀεὶ πολεμίων aut ὑπὸ ὑμῶν Δωριέων aut ὑπὸ ὑμῶν Δωριέων Δωριῆς legeretur.

§ 4. καὶ εἰ καταστρέψονται. Ante haec minorem distinctionem posuit Class., quod omnia quae usque ad σκοπεῖτε sequuntur verba a μαρτυρόμεθα ὅτι penderent. Nobis in transitu ab oratione obliqua in rectam facto dicendi varietas videtur esse vere Thucydidea. — ταῖς μὲν ὑμετέραις γνώμαις, vestris consiliis. — τιμηθήσονται. Sollemne est eum passivo sensu futurum τιμήσομαι (II 87, 9). Sed cf. τιμηθήσεται Inscr. Att. II n. 575, τιμηθήσονται ibid. n. 594. Stahl. Quaest. gram. p. 20. — ἆθλον. „Cave pro mascul. acceperis, deceptus τῷ ἄλλον; ἆθλος enim est certamen, ἆθλον praemium certaminis, ut notum.“ Bau. Eum ipsum pro praemio victoriae capient, qui victoriam iis paravit. — τῆς αἰτίας τῶν κινδύνων, i. e. τοῦ ἡμῖν αἴτιοι τῶν κινδύνων (δι' ὑμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας vel τῇ ὑμετέρᾳ ἀπουσίᾳ § 2) γεγονέναι.

§ 5. τὴν αὐτίκα ἀκινδύνως δουλείαν. „Τὴν ἀκίνδυνον nunc quidem, in praesenti ... Neque enim ἀκίνδυνον per se diceret δουλείαν.“ Bau. Insolenter hic adverbium qualitatis ab adiectivo usitato ductum pro hoc adiectivo post articulum positum est, quod alibi in adverbiis loci, temporis, gradus fit. Aliquotiens sic ὡς ἀληθῶς, ut Plat. Alc. I 119d τοὺς ὡς ἀληθῶς ἀνταγωνιστάς. Cf. τὰ δικαίως ἔργα Aristot. Rhet. I 9 et Krueg. Gr. § 50, 8

ἀκινδύνως δουλείαν ἢ κἂν περιγενόμενοι μεθ' ἡμῶν τούσδε τε μὴ αἰσχρῶς δεσπότας λαβεῖν καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν μὴ ἂν βραχεῖαν γενομένην διαφυγεῖν."

Εὐφήμου ἀντιλογία,

81. *Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἑρμοκράτης εἶπεν· ὁ δ' Εὔφημος ὁ τῶν Ἀθηναίων πρεσβευτὴς μετ' αὐτὸν τοιάδε.*

ὃς πρῶτον μὲν ἀπολογεῖται περὶ τῆς ἀρχῆς ὡς εἰκότως οἱ Ἀθηναῖοι ἔχουσιν.

82. „*Ἀφικόμεθα μὲν ἐπὶ τῆς πρότερον οὔσης* 1
ξυμμαχίας ἀνανεώσει, τοῦ δὲ Συρακοσίου καθ-
αψαμένου ἀνάγκη καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς εἰπεῖν ὡς
εἰκότως ἔχομεν. τὸ μὲν οὖν μέγιστον μαρτύριον 2
αὐτὸς εἶπεν, ὅτι οἱ Ἴωνες ἀεί ποτε πολέμιοι τοῖς
Δωριεῦσίν εἰσιν. ἔχει δὲ καὶ οὕτως· ἡμεῖς γὰρ
Ἴωνες ὄντες Πελοποννησίοις Δωριεῦσι καὶ πλείο-
σιν οὖσι [καὶ] παροικοῦντες ἐσκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ .
ἥκιστα αὐτῶν. ὑπακουσόμεθα· καὶ μετὰ τὰ Μη- 3

Cap. 82. § 2. **παροικοῦσιν** codd., nisi quod **καὶ παροικοῦσιν** om. Mosq. Cf. adn.
ἥκιστ' ἂν Aug. Cass. Mosqu. C. G. T. pr. Cl.

adn. 15. Non plane similia sunt verba *χρημάτων βιαιότερον φορά* 85, 2, ubi vid. adn. — *κἂν περιγενόμενοι μεθ' ἡμῶν*, cum nobiscum etiam facile superaturi sitis. Particula *ἄν*, ut infra, ad solum participium pertinet. Cum enim *αἱρεῖσθαι* sit verbum volendi, non dicendi aut putandi, ex eo infinitivus cum *ἄν* pendere nequit. — *τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν*, nostras inimicitias, ut *τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν*, vestram invidiam, Demosth. VI 3. Cf. adn. V 105, 1. — *μὴ ἂν . . . γενομένην*, i. e. *ἢ οὐκ ἂν . . . γένοιτο.*

Cap. 81. *ὁ δ' Εὔφημος.* De articulo, in quo respicitur ad 75, 4, vid. adn. II 67, 2. Euphemi orationem non totam probat Dion. Hal. p. 922.

Cap. 82. § 1. *Ἀφικόμεθα.* De aoristo cf. adn. I 73, 1. II 60, 1.

§ 2. *αὐτὸς εἶπεν.* Cf. 80, 3. — *οὕτως.* Hoc explicatur iis, quae sequuntur. — *Πελοποννησίοις . . . αὐτῶν ὑπακουσόμεθα.* Qui codd. scripturam tuentur, mutatam esse putant in gen. *αὐτῶν* figuram orationis post interpositionem *ἐσκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ*, quae verba ideo non statim post *ὄντες* collocata sint, ut contraria contrariis, *Ἴωνες ὄντες Πελοποννησίοις Δωριεῦσι*, clarius opponantur, propter illam interiectionem autem postea pronomen *αὐτῶν* additum esse, idque in genetivo, quia *ὑπακούειν* et cum hoc casu et cum dativo coniungatur. Sed quanquam variare posse eiusdem verbi structuram in unius enuntiationis continuitate non omnino negamus (cf. adn. 85, 2), tamen exempla desunt, quibus probetur id licere ubi notio aliqua post interpositionem alio verbo repetatur. Ut

δικὰ ναῦς κτησάμενοι τῆς μὲν Λακεδαιμονίων ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἀπηλλάγημεν, οὐδὲν προσῆκον μᾶλλόν τι ἐκείνους ἡμῖν ἢ καὶ ἡμᾶς ἐκείνοις ἐπιτάσσειν, πλὴν καθ' ὅσον ἐν τῷ παρόντι μεῖζον ἴσχυον, αὐτοὶ δὲ τῶν ὑπὸ βασιλεῖ πρότερον ὄντων ἡγεμόνες καταστάντες οἰκειούμεθα, νομίσαντες ἥκιστ' ἂν ὑπὸ Πελοποννησίοις οὕτως εἶναι, δύναμιν ἔχοντες ᾗ ἀμυνούμεθα, καὶ ὥς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν οὐδὲ ἀδίκως. καταστρεψάμενοι

§ 3. *οἰκοῦμεν* codd. Cf. adn.
ἀμυνόμεθα codd. multi et optimi. Cf. Matth. Gr. § 507, 1.
ἐς pro *ὡς* codd. Hoc reponendum esse et schol. *ἀντὶ τοῦ ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν* ostendit et Cassii Dionis imitatio XLVI 35, 2. LI 22, 6. Emend. Krueg.

enim cognoscatur eiusdem notionis repetitio, non differre consentaneum est casus eorum vocabulorum, quibus illa contineatur. Deinde hic interposita verba adeo non interrumpunt enuntiati ordinem atque progressum, ut additum *αὐτῶν* molestum sit, omissum minime desideretur. Itaque vitio infectum esse hunc locum nobis persuasum est. Iam Burges *ἥκιστα πάντων*, omnium minime, coniecit. Sed hoc ad sententiam non satis aptum est, cum de aliis, quorum imperium minus aversati sint Athenienses, hic cogitari nequeat; accedit quod in prosa oratione potius *πάντων ἥκιστα* quam *ἥκιστα πάντων* dicitur. Deinde Madv. in Advers. crit. I p. 327 *ἥκιστα αὐτοί* proposuit. Sed cum hoc quod explicandi causa addit: „primum tantum suam ipsorum libertatem se tueri voluisse Athenienses dicunt, deinde hinc ad principatum et imperium progressos" ipse Th. non dixerit, *αὐτοί* opposito caret. Eandem quam Madv. mutavit vocem Herw. in Stud. Thuc. p. 89 praeter rationem delet. Contra Class. *αὐτῶν* non temptandum esse contendit, quod de civitatibus, quae aliarum imperio pareant, *ὑπακούειν* cum dat. Th. non dixerit. Quod quanquam verum non esse exemplum ab ipso allatum 69, 3 demonstrat, tamen probamus quod *αὐτῶν* servandi causa *παροικοῦντες* rescripsit. Nam post *οὖσι* hoc facile in *παροικοῦσιν* transiit. Non autem assentimur in eo quod *καί* particulam ante *παροικοῦσιν* scriptam violentius ante *Πελοποννησίοις* transponit. Orto enim *παροικοῦσιν* haec facillime ex correctura addi poterat. Itaque omissa ea vertas: nos enim, qui Iones sumus, Peloponnesiis, qui Dores et plures sunt, vicini habitantes providimus, ut minime eorum imperio oboediremus.

§ 3. *μετὰ τὰ Μηδικά.* Haec non tam cum *ναῦς κτησάμενοι* (cf. I 14, 3 et ibi adn.) quam cum *τῆς μὲν . . . ἀπηλλάγημεν* cohaerere existimanda sunt. — *οὐδὲν προσῆκον.* Cf. 84, 1. adn. IV 64, 3. — *τῶν ὑπὸ . . . ἡγεμόνες καταστάντες.* Cf. I 95. — *οἰκειούμεθα.* Quod codd. habent *οἰκοῦμεν* dictum esse volunt pro *διάγειν*, vitam degere, conferentes II

τούς τε Ἴωνας καὶ νησιώτας, οὓς ξυγγενεῖς φασιν
ὄντας ἡμᾶς Συρακόσιοι δεδουλῶσθαι. ἦλθον γὰρ 4
ἐπὶ τὴν μητρόπολιν ἐφ' ἡμᾶς μετὰ τοῦ Μήδου
καὶ οὐκ ἐτόλμησαν ἀποστάντες τὰ οἰκεῖα φθεῖραι,
ὥσπερ ἡμεῖς ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, δουλείαν δὲ
αὐτοί τε ἐβούλοντο καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἐπενεγκεῖν.

83. Ἀνθ' ὧν ἄξιοί τε ὄντες ἅμα ἄρχομεν, ὅτι 1
τε ναυτικὸν πλεῖστόν τε καὶ προθυμίαν ἀπροφάσιστον παρεσχόμεθα ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ διότι καὶ τῷ Μήδῳ ἑτοίμως τοῦτο δρῶντες οὗτοι ἡμᾶς ἔβλαπ-

§ 4. δουλεύειν H., quod, licet τὸ αὐτό sequatur, noli praeferre. Cf. adn. et Krueg. Gr. § 58, 3 adn. 7.

87, 1. VI 92, 5. Sed haec notio non solum hic nullius est ad sententiam momenti, sed etiam, ut recte animadvertit Class., exemplis allatis non satis comprobatur. Illis enim locis significatur, quo statu atque rerum condicione aliquis in republica habitet, isque rerum status addito epitheto adverbiali expressus est. Coniecturae tamen, quas fecit Class., ἰσχύομεν vel ἡρκοῦμεν, prorsus displicent. Alterum enim sic per se dictum vix intellegitur (aliud enim est 84, 3 αὐτοὶ ἀρκοῦμεν πρὸς τοὺς πολεμίους), neutrum litterarum similitudine commendatur aut sententia, quippe quae parum definita sit neque accuratam verbis τῆς μὲν Δ.... ἀπηλλάγημεν oppositionem efficiat. Multo leniore autem mutatione reponitur quod idem sententiae satisfaciat οἰκειούμεθα, scil. αὐτούς (cf. 76, 3. 77, 2). Sic enim orator dicit Athenienses eos, qui antea Persis subditi fuerint, impetrato summo imperio sibi vindicare, pro suis (sibi subiectis) habere. Cf. Herod. I 4 Ἀσίην οἰκηιεῦνται οἱ Πέρσαι, Plat. de Rep. 466c ἅπαντα τὰ ἐν τῇ πόλει οἰκειοῦσθαι. Non licet etiam minore mutatione οἰκειοῦμεν scribere, quod οἰκειοῦν est alicui proprium tribuere, non sibi proprium tribuere (cf. III 65, 3). Medii passivum habes I 36, 1. — φασίν. Vid. 76, 3. — δεδουλῶσθαι. Medii perfectum est.

§ 4. ἐπὶ τὴν μητρόπολιν. Cf. adn. 76, 3. — ἐφ' ἡμᾶς. De praepositione ante appositionem iterata cf. adn. III 53, 1. Matth. Gr. § 595, 4 d. Krueg. Gr. § 57, 10 adn. 4. Kuehn. Gr. max. § 451, 2. — οὐκ ἐτόλμησαν, non sustinuere, a se impetrare non potuerunt. — δουλείαν... ἐβούλοντο. Simile est IV 29, 2, ubi cf. adn.

Cap. 83. § 1. ἄξιοί τε ὄντες κ. τ. λ., nostro iure utentes (*indem wir dazu berechtigt sind*) etc. Cf. I 70, 1. Cur utantur, duobus quae sequuntur membris ὅτι τε ... Ἕλληνας et καὶ διότι ... ἔβλαπτον explicatur, ubi inter se referuntur ὅτι τε ... καὶ διότι. Praeterea inter se respondent τὲ ἅμα ... ἅμα δέ, ut saepius τὲ ... δέ (cf. adn. III 52, 2) et τὲ ... ἅμα δὲ καί I 25, 3. — καὶ διότι καί, et propterea etiam quod. — τοῦτο δρῶντες, i. e. ναυτικὸν πλεῖστόν τε καὶ προθυμίαν ἀπροφάσιστον παρεχόμενοι. Ad hanc quae τοῦτο δρῶντες verbis subest sententiam accommodatur dativus τῷ Μήδῳ.

τον, ἅμα δὲ τῆς πρὸς Πελοποννησίους ἰσχύος
2 ὀρεγόμενοι. καὶ οὐ καλλιεπούμεθα ὡς ἢ τὸν βάρ-
βαρον μόνοι καθελόντες εἰκότως ἄρχομεν ἢ ἐπ'
ἐλευθερίᾳ τῇ τῶνδε μᾶλλον ἢ τῶν ξυμπάντων τε
καὶ τῇ ἡμετέρᾳ αὐτῶν κινδυνεύσαντες. πᾶσι δὲ
ἀνεπίφθονον τὴν προσήκουσαν σωτηρίαν ἐκπορί-
ζεσθαι. καὶ νῦν τῆς ἡμετέρας ἀσφαλείας ἕνεκα καὶ
ἐνθάδε παρόντες ὁρῶμεν καὶ ὑμῖν ταὔτα ξυμφέ-
3 ροντα. ἀποφαίνομεν δὲ ἐξ ὧν οἵδε τε διαβάλλουσι
καὶ ὑμεῖς μάλιστα ἐπὶ τὸ φοβερώτερον ὑπονοεῖτε,
εἰδότες τοὺς περιδεῶς ὑποπτεύοντάς τι λόγου μὲν

ἔπειτα δείκνυσιν ὅτι νῦν τῆς αὐτῶν ἀσφαλείας ἕνεκα ἐς τὴν Σικελίαν πάρεισι,

Cap. 83. § 2. οὐ καλλιεπούμεθα F. Bas. Gr. rec. Lugd., οὐ καλλοεπούμεθα T. pr. Lugd., reliqui οὐκ ἄλλο vel οὐκ ἄλλῳ ἐπόμεθα. Cf. Valck. Diatr. in Eur. p. 291.

ταὐτὰ Pal., quod Bauero probatum receperunt Haack. et Class. Sed cf. adn.

Cf. Plat. Legg. 713d οἷον νῦν ἡμεῖς δρῶμεν (i. e. οἵους νῦν ἡμεῖς ἄρχοντας ἐφίσταμεν) τοῖς ποιμνίοις et II 49, 5 τοῦτο ἔδρασαν (i. e. σφᾶς αὐτοὺς ἔρριψαν) ἐς φρέατα. — τῆς ... ἰσχύος. Articulo significatur ea potentia, qua opus est.

§ 2. οὐ καλλιεπούμεθα cet. Cf. V 89 ἡμεῖς τοίνυν οὔτε αὐτοὶ μετ' ὀνομάτων καλῶν, ὡς ἢ δικαίως τὸν Μῆδον καταλύσαντες ἄρχομεν κ. τ. λ. De verbo καλλιεπεῖσθαι cf. Pseudo-Plat. Hipparch. 225c. — εἰκότως ἄρχομεν. Duae causae, cur iure imperent, afferuntur enuntiatis ἢ ... καθελόντες et ἢ ... κινδυνεύσαντες. — τῶνδε. Significantur Iones atque insulani (82,3). — ταὔτα, i. e. τὸ ἡμᾶς παρεῖναι. De neutr. plur. cf. adn. 17, 3. Hoc modo intellegendum esse ex ea quae infra (§ 4) sequitur explicatione cognoscitur, ubi Athenienses eo venisse dicuntur securitati suae atque amicorum libertati consulturi. Ita si est, ne praeter sententiae conexum de communibus in universum commodis cogitetur, scriptura ταὐτά repudianda est.

§ 3. ἀποφαίνομεν δὲ ἐξ ὧν ... ὑπονοεῖτε, contendimus autem haec ex iis (*wir sprechen dies aus auf Grund dessen*), quae hi calumniantur et vos maxime cum nimio metu suspicitis, i. e. non negamus quae hi nobis crimini vertunt et vos maxime timetis atque suspecta habetis (nos socios, qui Persarum imperio subiecti fuerunt, non in libertatem restituisse, sed sub nostram redegisse dicionem), sed concedentes iis ipsis probamus nos incolumitatis tuendae causa cum vestra utilitate huc venisse. De vi verbi ἀποφαίνειν cf. VIII 45, 6. Plat. Parm. 129b; ἐξ ὧν = ἐκ τούτων ἃ et de praepos. ἐκ cf. 36, 3; de verbis ἐπὶ τὸ φοβερώτερον vid. adn. 34, 7. — εἰδότες ... πράσσοντας. Orator generali enuntiatione exprimit quod de ipsis Camarinaeis cogitat. Cf. adn. 36, 2. De λόγου

ἡδονῇ τὸ παραυτίκα τερπομένους, τῇ δ' ἐγχειρήσει
ὕστερον τὰ ξυμφέροντα πράσσοντας. τήν τε γὰρ 4
ἐκεῖ ἀρχὴν εἰρήκαμεν διὰ δέος ἔχειν, καὶ τὰ ἐνθάδε
διὰ τὸ αὐτὸ ἥκομεν μετὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς
καταστησόμενοι, καὶ οὐ δουλωσόμενοι, μὴ παθεῖν
δὲ μᾶλλον τοῦτο κωλύσοντες.

καὶ ὅτι προσήκουσι σφίσιν οἱ Σικελιῶται,

84. Ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς ὡς οὐδὲν προσῆκον 1
ὑμῶν κηδόμεθα, γνοὺς ὅτι σῳζομένων ὑμῶν καὶ
διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς ὑμᾶς ὄντας ἀντέχειν Συρα-
κοσίοις ἧσσον ἂν τούτων πεμψάντων τινὰ δύναμιν

§ 4. ἥκειν codd. Cf. adn.

ἡδονῇ cf. III 88, 7 et ad παραυτίκα τερπομένους II 41, 4 ὅστις ἔπεσι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψει; τῇ ἐγχειρήσει idem fere est quod τῇ πράξει: ubi rem aggressi sint, actione. Iam vero si scriptoris consilium secuti quae in universum dicuntur ad ipsos Camarinaeos applicamus, haec fere est totius comprehensionis sententia: declaramus nos huc venisse nostrae securitatis causa idque cum vestro commodo atque ea re id probamus, quae ab his crimini nobis datur et vobis maxime timorem ac suspicionem affert, cum persuasum habeamus vos, ubi agendum sit, non speciosis horum criminationibus, sed vestris quae demonstraturi sumus commodis obtemperaturos esse.

§ 4. εἰρήκαμεν spectat ad 82, 3 νομίσαντες ἥκιστ' ἂν ὑπὸ Πελοποννησίοις οὕτως εἶναι, δύναμιν ἔχοντες ᾗ ἀμυνούμεθα. — διὰ δέος] ... δέος λέγει τὸ περὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας· ταύτης γὰρ ὀρεγόμενοι ὥρμησαν ἐπὶ τὸ ἄρχειν. Schol. Cf. adn. 75, 3. — καὶ τὰ ἐνθάδε ... κωλύσοντες cum antea orator non dixerit (vix enim quisquam τῆς πρότερον οὔσης ξυμμαχίας ἀνανεώσει 82, 1 haec omnia contineri putaverit, et quod supra § 2 τῆς ἡμετέρας ἀσφαλείας ἕνεκα legitur, hoc ipsum hic uberius explicatur), non ἥκειν, quod in libris traditum est, sed ἥκομεν legendum esse apparet. Deinde μᾶλλον valet potius et τοῦτο est τὸ δουλωθῆναι. Si vero sententiae rationem spectamus, duae totius enuntiati partes sic sunt conectendae: ut antea diximus nos illic imperium metu commotos obtinere, ita eadem de causa huc venimus res cum amicis tuto constituturi etc. Argumentandi enim quam supra indicavit rationem ita instituit, ut dicat eodem metu, quo illic securitatis causa socios sibi subiecerint, se hic eorum libertatem tuituros esse eamque sententiam deinde explicatius proximo cap., ubi quod contra dici potest refellit, persequitur.

Cap. 84. § 1. Ὑπολάβῃ μηδείς. Cf. adn. III 13, 5. — οὐδὲν προσῆκον, ut 82, 3. — γνοὺς ὅτι κ. τ. λ. Causa infertur cur ita opinari vetentur. Itaque negatio non ad participium pertinet. — καὶ διὰ τὸ ... Συρακοσίοις, et quia vos non debiles resistatis Syracusanis. Variavit orationem, ut eius molestiam (καὶ ... ὄντων ἀντεχόντων) vitaret. — ἧσσον ad πεμψάντων et βλαπτοίμεθα simul pertinet. — πεμψάντων

2 Πελοποννησίοις ἡμεῖς βλαπτοίμεθα. καὶ ἐν τούτῳ
προσήκετε ἤδη ἡμῖν τὰ μέγιστα. διόπερ καὶ τοὺς
Λεοντίνους εὔλογον κατοικίζειν μὴ ὑπηκόους ὥσπερ
τοὺς ξυγγενεῖς αὐτῶν τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ, ἀλλ' ὡς
δυνατωτάτους, ἵνα ἐκ τῆς σφετέρας ὅμοροι ὄντες
3 τοῖσδε ὑπὲρ ἡμῶν λυπηροὶ ὦσι. τὰ μὲν γὰρ ἐκεῖ
καὶ αὐτοὶ ἀρκοῦμεν πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ ὁ
Χαλκιδεύς, ὃν ἀλόγως ἡμᾶς φησι δουλωσαμένους
τοὺς ἐνθάδε ἐλευθεροῦν, ξύμφορος ἡμῖν ἀπαρά-
σκευος ὢν καὶ χρήματα μόνον φέρων, τὰ δὲ ἐνθάδε
καὶ Λεοντῖνοι καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι ὅτι μάλιστα
αὐτονομούμενοι.

1 85. Ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ
οὐδὲν ἄλογον ὅ τι ξυμφέρον οὐδ' οἰκεῖον ὅ τι μὴ
πιστόν· πρὸς ἕκαστα δὲ δεῖ ἢ ἐχθρὸν ἢ φίλον μετὰ
καιροῦ γίγνεσθαι. καὶ ἡμᾶς τοῦτο ὠφελεῖ ἐνθάδε,
οὐκ ἢν τοὺς φίλους κακώσωμεν, ἀλλ' ἢν οἱ ἐχθροὶ

in oratione recta respondet futuro exacto Latinorum.

§ 2. *προσήκετε . . . ἡμῖν.* „Non alieni estis nobis, non neglegendi, quia, ut Liv. inquit, per vestrum latus nos petimur.“ Bau. Callide orator hoc verbo hic paulo aliter (personaliter, ut dicunt) usus est atque antea, fingens quodammodo ex illa periculi communione necessitudinem quandam oriri utrorumque, cum cognationis necessitudo, ob quam Camarinaeorum res Atheniensibus curae essent, nulla esset. — *μὴ ὑπηκόους* praedicative = *ὥστε μὴ ὑπηκόους εἶναι.* Pariter *ὡς δυνατωτάτους.* — *τοῖσδε*, i. e. *τοῖς Συρακοσίοις.*

§ 3. *τὰ ἐκεῖ*, in rebus illic (in Graecia) gerendis. — *καὶ αὐτοί. Καί* hic esse vel, *auch wohl*, *schon*, adnotat Bau. Deinde de singulari *ὁ Χαλκιδεύς* vid. adn. 78, 1. — *ὃν ἀλόγως . . . ἐλευθεροῦν.* Vid. adn. 76, 2, unde apparet *ἀλόγως* cum tota sententia cohaerere eamque hanc esse: *ὃν ἡμᾶς δουλώσασθαι καὶ τοὺς ἐνθάδε ἐλευθεροῦν ἄλογόν φησι.* Cf. adn. 79, 2. — *ξύμφορος.* Personaliter, ut dicunt, positum est. Cf. VIII 96, 5. — *χρήματα μόνον φέρων.* Non naves. Cf. I 96, 1. Milites tamen suppeditaverunt. Vid. VII 57, 4. — *καὶ Λεοντῖνοι καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι.* Repete ex superioribus *ξύμφοροι ἡμῖν* (*εἰσι*).

Cap. 85. § 1. *Ἀνδρὶ δὲ . . . ξυμφέρον.* Similia legimus in colloquio Atheniensium et Meliorum. Vid. maxime V 89. — *οἰκεῖον.* „Oportet hic significet cognatum; nam respicitur ad Chalcidenses Euboeae, quibus quamvis cognatis parum confidere ideoque arma committere non poterant.“ Bloomf. — *πρὸς ἕκαστα*, i. e. *πρὸς ἑκάστους*, ut Dukas. — *μετὰ καιροῦ.* Schol.: *ἐν καιρῷ.* Propr. ita ut observes opportunitatem. Cf. VIII 27, 3. — *τοῦτο.* Hoc illustratur iis, quae sequuntur.

καὶ ὅτι καὶ τοῖς Σικελιώταις λυσιτελεῖ ἡ ξυμμαχία καὶ οὐ σφίσιν ἀπιστεῖν χρή, ἀλλὰ τοῖς Συρακοσίοις.

διὰ τὴν τῶν φίλων ῥώμην ἀδύνατοι ὦσιν. ἀπιστεῖν 2
δὲ οὐ χρή· καὶ γὰρ τοῖς ἐκεῖ ξυμμάχοις ὡς ἕκαστοι
χρήσιμοι ἐξηγούμεθα, *Χίους* μὲν καὶ *Μηθυμναίους*
νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς
χρημάτων βιαιότερον φορᾷ, ἄλλους δὲ καὶ πάνυ
ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας, καίπερ νησιώτας ὄντας
καὶ εὐλήπτους, διότι ἐν χωρίοις ἐπικαίροις εἰσὶ
περὶ τὴν *Πελοπόννησον*. ὥστε καὶ τἀνθάδε εἰκὸς 3
πρὸς τὸ λυσιτελοῦν καὶ ὃ λέγομεν ἐς *Συρακοσίους*

Cap. 85. § 2. *τοῖς ἐκεῖ ξυμμάχοις* codd. plurimi et optimi; quod vulgo legitur *τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους* exigua nititur auctoritate. Cf. adn.

παροχῇ codd. Phot. *παροκωχή· παροχή παρὰ Θ.* Cf. Stahl. Quaest. gram. p. 14.

§ 2. *τοῖς ἐκεῖ ξυμμάχοις ... ἐξηγούμεθα.* De dat. cf. III 55, 4. adn. V 47, 7. Quod vero in appositione *Χίους* κ. τ. λ. est accusativus, de quo cf. I 71, 7, nolumus ideo hic quoque ex vulgata lectione accusativum recipere. Nam multo proclivius erat dat. in accus. quam hunc in illum mutare et certa exstant talis casuum variationis exempla. Cf. enim II 11, 7 *πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι ... πάσχοντάς τι ἄηθες ὀργὴ προσπίπτει*, ubi *πᾶσι* et *πάσχοντας* pariter ad *προσπίπτει* pertinere Class. intellexit, Eur. Med. 57 *ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ δεῦρο δεσποίνης τύχας* quaeque ibi a Weckleinio afferuntur exempla Iph. A. 491. Soph. OR. 353. Minus simile est 91, 7. — *Χίους καὶ Μηθυμναίους.* De illis cf. I 19. III 10, 5. VII 57, 4, de his III 50, 2. VII 57, 5. — *νεῶν παροκωχῇ αὐτονόμους.* Iidem verbis *οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες* designantur VII 57, 5. *χρημάτων βιαιότερον φορᾷ.* Significantur socii *φόρου ὑποτελεῖς*. *Βιαιότερον* cum *ἐξηγούμεθα* iunge. Cf. adn. 77, 2. — *ἄλλους δέ.* Intellegit Zacynthios et Cephallenios. Vid. VII 57, 7. — *ἐλευθέρως*, „i. e. *ἐλευθέρους ὄντας* vel *ὥστε εἶναι ἐλευθέρους*." Bau. Cf. VII 68, 4 et adn. II 64, 2.

§ 3. *καὶ ὃ λέγομεν ἐς Συρακοσίους δέος.* Ex superioribus repetenda sunt verba *πρὸς τό*. Quaeritur autem, quae sit vis verborum *δέος ἔς τινα*. Nam cum Xenophon Anab. I 2, 18 *Κῦρος δὲ ἥσθη τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους φόβον ἰδών* sic scripserit, ut ὁ *εἰς τοὺς βαρβάρους φόβος* sit metus, qui barbaris incutitur, etiam hic *δέος ἐς Συρακοσίους* interpretere timorem Syracusanis iniciendum. Sed huic explicationi obstat et quod inania relinquuntur verba ὃ *λέγομεν* et quod secundum superiora non id egerunt Athenienses, ut in timorem Syracusanos conicerent, sed ut caverent tantum, ne sibi essent metuendi. Respicitur enim ad 83, 4 *τὰ ἐνθάδε διὰ τὸ αὐτὸ (δέος) ἥκομεν μετὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς καταστησόμενοι.* Ergo teneamus Baueri explicationem: et propter metum de Syracusanis, ut *ἐς* sit quod attinet ad. Cf. Matth. Gr. § 578 c. Similiter dixit *αἰδὼς ἐς Μυκη-*

δέος καθίστασθαι. ἀρχῆς γὰρ ἐφίενται ὑμῶν καὶ βούλονται ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ξυστήσαντες ὑμᾶς ὑπόπτῳ βίᾳ ἢ καὶ κατ' ἐρημίαν, ἀπράκτων ἡμῶν ἀπελθόντων, αὐτοὶ ἄρξαι τῆς Σικελίας. ἀνάγκη δέ, ἢν ξυστῆτε πρὸς αὐτούς· οὔτε γὰρ ἡμῖν ἔτι ἔσται ἰσχὺς τοσαύτη ἐς ἓν ξυστᾶσα εὐμεταχείριστος, οὔθ' οἵδ' ἀσθενεῖς ἂν ἡμῶν μὴ παρόντων πρὸς ὑμᾶς εἶεν.

1 86. Καὶ ὅτῳ ταῦτα μὴ δοκεῖ, αὐτὸ τὸ ἔργον ἐλέγχει. τὸ γὰρ πρότερον ἡμᾶς ἐπηγάγεσθε οὐκ ἄλλον τινὰ προσείοντες φόβον ἤ, εἰ περιοψόμεθα ὑμᾶς ὑπὸ Συρακοσίοις γενέσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ

§ 3. In plerisque libris male καθίσταται legitur, in Cass. Aug. Reg. Dan. καθίστανται.
Cap. 86. § 1. In optimis libris mss. male προσιόντες.

ναίους Eur. Or. 101. Cf. de πρός praep. adnotata 80, 5. — καθίστασθαι. Pro subiecto cogites ἡμᾶς. — ὑμῶν. Non de solis Camarinaeis, sed de omnibus praeter Syracusanos Siciliensibus orator cogitat (cf. 87, 1), ut ostendit ξυστήσαντες ὑμᾶς, postquam vos consociaverunt. — ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ... ὑπόπτῳ, i. e. ἐπὶ τῇ ἐς ἡμᾶς ὑποψίᾳ. Cf. adn. 89, 1 et de ἐπί praep. adn. V 90. — βίᾳ ἢ καὶ κατ' ἐρημίαν, vi aut etiam nullo resistente. Significatur enim ἐρημία τῶν κωλυσόντων (Dem. IV 49), quo sensu vocabulo usus est Dem. III 27. Ita recte interpretatus est Class. — ἄρξαι. Cf. adn. 6, 1. — ἀνάγκη δέ] ἀνάγκη τὸ ἄρξαι Συρακουσίους τῆς ὅλης Σικελίας. Schol. — ἢν ξυστῆτε πρὸς αὐτούς, si cum iis consociati eritis. — οὔτε γὰρ ... εὐμεταχείριστος. „Nec enim tantae in unum collatae [rectius coniunctae] vires facile a nobis expugnari poterunt." Acac., cuius explanationem iure commendavit Bau. Εὐμεταχείριστος esse propr. *manageable, easy to be handled, easy to deal with* recte docent Bloomf. et Arn., ex quibus ille Xen. Anab. II 6, 20 ἐπεβούλευον ὡς εὐμεταχειρίστῳ ὄντι, hic δυσμεταχείριστος Herodot. VII 236 comparat.

Cap. 86. § 1. τὸ γὰρ πρότερον. Vid. III 86. — προσείοντες φόβον. „Προσείειν dicuntur pastores, cum frondem manu quatientes pecus quo volunt ducunt. Vid. Casaub. ad Athen. I 19. Hinc fortassis potest duci προσείειν φόβον, quasi dicas metu ostenso aliquo compellere; vel ab iis, qui ad terrorem hosti incutiendum gladios et hastas vibrant, quod τὰ ξίφη καὶ τὰ δόρατα προσείειν dicit Aelian. V. H. XII 23." Duk. „Abr. quoque censet obversatam Thucydidi esse locutionem προσείειν θαλλόν." Beck. Id „ostendi verbo ἐπηγάγεσθε monet Ruhnken. ad Timae. p. 187, qui est de hac formula uberrimus." Goell. Praeter illum exempla huius usus verbi προσείειν adscripserunt Matth. et Pflugk. ad Eur. Hel. 445. Quod autem ad originem translationis attinet, „alienior ab

κινδυνεύσομεν. καὶ νῦν οὐ δίκαιον, ᾧπερ καὶ ἡμᾶς 2
ἠξιοῦτε λόγῳ πείθειν, τῷ αὐτῷ ἀπιστεῖν, οὐδ᾽ ὅτι
δυνάμει μείζονι πρὸς τὴν τῶνδε ἰσχὺν πάρεσμεν
ὑποπτεύεσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖσδε ἀπιστεῖν.
ἡμεῖς μέν γε οὔτε ἐμμεῖναι δυνατοὶ μὴ μεθ᾽ ὑμῶν, 3
εἴ τε καὶ γενόμενοι κακοὶ κατεργασαίμεθα, ἀδύ-
νατοι κατασχεῖν διὰ μῆκός τε πλοῦ καὶ ἀπορίᾳ
φυλακῆς πόλεων μεγάλων καὶ τῇ παρασκευῇ ἠπει-
ρωτίδων· οἵδε δὲ οὐ στρατοπέδῳ, πόλει δὲ μείζονι
τῆς ἡμετέρας παρουσίας, ἐποικοῦντες ὑμῖν ἀεί τε
ἐπιβουλεύουσι καί, ὅταν καιρὸν λάβωσιν ἑκάστου,
οὐκ ἀνιᾶσιν (ἔδειξαν δὲ καὶ ἄλλα ἤδη καὶ τὰ ἐς
Λεοντίνους), καὶ νῦν τολμῶσιν ἐπὶ τοὺς ταῦτα 4

h. l. fuerit notio *τοῦ προσείειν θαλλόν* ut rei gratae atque ad se allicientis, cum hic de re horribili magis et periculosa dicatur.“ Bloomf. Accedit quod alia quoque cum *σείω* copulata verba, in quibus de *θαλλῷ* cogitari non quit, *ἀνασείειν* et *ἐπισείειν*, cum subst. *φόβον* iungi Duk. docuit. Add. Iacobs. ad Attic. p. 16 ed. VI, qui ab aegide quassa hoc dicendi genus repetit. Cf. Lat. incutere metum et adn. V 17, 2. Cum *φόβον* huic explanationi, superius *ἐπηγάγεσθε* alteri convenientius sit, Thucydides duas translationes diversas non bene coniunxisse videatur; *ἐπάγεσθαι* tamen translatum verbum dici vix potest. — *ὅτι*. Cf. Matth. Gr. § 520 adn. 1 et de coniunctionis collocatione Krueg. Gr. § 56, 1 adn. 6. Paulo ante de infin. cf. adn. I 35, 4.

§ 2. *ᾧπερ καί*. Cf. Krueg. Gr. § 69, 32 adn. 13. — *πρὸς* iunge cum comparativo *μείζονι*, ut sit ratione habita, si comparaveris. — *ὑποπτεύεσθαι*, scil. *ἡμᾶς*.

§ 3. *ἡμεῖς μέν γε*. De *γέ* particula sententias iungente cf. adn. III 63, 2. — *μὴ μεθ᾽ ὑμῶν* = *ἄνευ ὑμῶν* (cf. adn. IV 130, 6), scil. *τῶν Σικελιωτῶν* (cf. adn. 85, 3). — *κατεργασαίμεθα*, scil. *ὑμᾶς, τοὺς Σικελιώτας*. — *κατασχεῖν*. Cf. adn. 11, 1. — *καὶ ἀπορίᾳ φυλακῆς ... ἠπειρωτίδων*] *καὶ οὐ δυνάμενοι φυλάττειν πόλεις μεγάλας καὶ παρασκευὴν ἠπειρωτικὴν παρεσκευασμένας, τουτέστιν ἱππεῦσι καὶ πεζῷ ἰσχυούσας, αὐτοὶ ναυτικοὶ ὄντες.* Schol. Similiter *ἠπειρῶτις* I 35, 5. — *τῆς ἡμετέρας παρουσίας*. „Est abstractum pro concreto *ἡμῶν παρόντων*.“ Bau. — *ἐποικοῦντες*. De infesta et hostili vicinitate, ut VII 27, 3. — *ἑκάστου*, scil. *τοῦ ἐπιβουλεύματος*. Cf. adn. V 47, 6. Non probamus rationem eorum, qui interpretantur cum in quemque occasionem nacti sunt. Nam gen. *ἑκάστου* hic in quemque valere posse non credimus. Sed forsitan *ἕκαστον* legendum sit. — *ἔδειξαν ... Λεοντίνους*, ediderunt autem iam eius rei et alia documenta et ea quae ad Leontinos pertinent. De accusativis cf. adn. 17, 1 et de *τὰ ἐς* adn. V 89, 3.

§ 4. *ἐπὶ τοὺς ταῦτα κωλύοντας ... εἶναι*, contra eos qui haec impe-

κωλύοντας καὶ ἀνέχοντας τὴν Σικελίαν μέχρι τοῦδε μὴ ὑπ' αὐτοὺς εἶναι παρακαλεῖν ὑμᾶς ὡς ἀναισθήτους. πολὺ δὲ ἐπὶ ἀληθεστέραν γε σωτηρίαν ἡμεῖς ἀντιπαρακαλοῦμεν, δεόμενοι τὴν ὑπάρχουσαν ἀπ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις μὴ προδιδόναι, νομίσαι τε τοῖσδε μὲν καὶ ἄνευ ξυμμάχων ἀεὶ ἐφ' ὑμᾶς ἑτοίμην διὰ τὸ πλῆθος εἶναι ὁδόν, ὑμῖν δ' οὐ πολλάκις παρασχήσειν μετὰ τοσῆσδε ἐπικουρίας ἀμύνασθαι· ἣν εἰ τῷ ὑπόπτῳ ἢ ἄπρακτον ἐάσετε ἀπελθεῖν ἢ καὶ σφαλεῖσαν, ἔτι βουλήσεσθε καὶ πολλοστὸν μόριον αὐτῆς ἰδεῖν, ὅτε οὐδὲν ἔτι περανεῖ παραγενόμενον ὑμῖν.

1 87. *Ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς, ὦ Καμαριναῖοι, ταῖς τῶνδε διαβολαῖς ἀναπείθεσθε μήτε οἱ ἄλλοι· εἰρήκαμεν δ' ὑμῖν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ ὧν ὑποπτευόμεθα, καὶ ἔτι ἐν κεφαλαίοις ὑπομνήσαντες ἀξιώσομεν* *ξυγκεφαλαιώσεις καὶ δεήσεις.*
2 *πείθειν. φαμὲν γὰρ ἄρχειν μὲν τῶν ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὑπακούωμεν ἄλλου, ἐλευθεροῦν δὲ τὰ ἐνθάδε, ὅπως μὴ ὑπ' αὐτῶν βλαπτώμεθα, πολλὰ δ' ἀναγκάζεσθαι*

diverunt et adhuc Siciliam sustentarunt, ne sub eorum dicione esset. Praesentis participia propter rei praeteritae diuturnitatem. Cf. adn. V 75, 3. — *ὡς ἀναισθήτους*, tanquam insipientes ac rerum socordes.

§ 5. *πολὺ δὲ ἐπὶ ἀληθεστέραν . . . σωτηρίαν.* De collocatione verborum cf. adn. I 85, 4. Deinde *ἀπ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις* iunge cum part. *ὑπάρχουσαν.* — *διὰ τὸ πλῆθος*, propter eorum multitudinem, per quam sociis carere possunt. — *παρασχήσειν.* Impersonaliter. Cf. adn. I 120, 3. — *τῷ ὑπόπτῳ*, ob suspicionem. — *ἔτι*, *noch einst*. Schol. *ποτέ*. Cf. Xen. Cyr. IV 2, 10. — *περανεῖ*, proficiet.

Cap. 87. § 1. *εἰρήκαμεν δ' ὑμῖν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.* Similiter *πᾶσαν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐρῶ* Plat. Apol. 20d et *ἐμοῦ ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν* ibid. 17b et iam Hom. Il. XXIV 407 *μοὶ πᾶσαν ἀληθείην κατάλεξον.* Latinos aliter loqui constat. — *ὑποπτευόμεθα*, scil. a vobis ex horum calumniis. Cf. 84, 3. — *ἀξιώσομεν πείθειν*, volemus (id est fere idem quod conabimur. Cf. adn. IV 66, 2) vobis persuadere.

§ 2. *πολλὰ δ' ἀναγκάζεσθαι πράσσειν.* „Erat quidem in hac expeditione Atheniensium in Sicilia *πολυπραγμοσύνη* [ob quam saepe male audiebant] reprehendenda; sed legatus Atheniensis hic *πολλὰ πράσσειν* et paulo post *πολυπραγμοσύνην* Atheniensium non magis in vitio videtur ponere quam cum *πολυπράγμονες* prima et propria significatione vocabuli dicuntur quos reipublicae vel cuiusque muneris administratio multis negotiis implicat et multarum re-

πράσσειν, διότι καὶ πολλὰ φυλασσόμεθα, ξύμμαχοι
δὲ καὶ νῦν καὶ πρότερον τοῖς ἐνθάδε ὑμῶν ἀδι-
κουμένοις οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες δὲ ἥκομεν.
καὶ ὑμεῖς μήθ' ὡς δικασταὶ γενόμενοι τῶν ἡμῖν 3
ποιουμένων μήθ' ὡς σωφρονισταί, ὃ χαλεπὸν ἤδη,
ἀποτρέπειν πειρᾶσθε, καθ' ὅσον δέ τι ὑμῖν τῆς
ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης καὶ τρόπου τὸ αὐτὸ
ξυμφέρει, τούτῳ ἀπολαβόντες χρήσασθε, καὶ νομί-
σατε μὴ πάντας ἐν ἴσῳ βλάπτειν αὐτά, πολὺ δὲ
πλείους τῶν Ἑλλήνων καὶ ὠφελεῖν. ἐν παντὶ γὰρ 4
πᾶς χωρίῳ, κἂν ᾧ μὴ ὑπάρχομεν, ὅ τε οἰόμενος
ἀδικήσεσθαι καὶ ὁ ἐπιβουλεύων διὰ τὸ ἑτοίμην

Cap. 87. § 4. καὶ pro κἂν codd. Cf. adn. Deinde γρ. ἄρχομεν H. s. v. Cf. schol., qui ἐν πάσῃ γὰρ γῇ καὶ ἧς οὐκ ἄρχομεν, et Valk., qui etiam ubi non imperamus interpretatur. Sed hi fortasse vulgatae hanc sententiam subiciendam esse putaverunt; certe illi scripturae parum favet compositio verborum.

rum varietate distrahit." Duk. — οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες δέ. „Perissologiam vocat Abr. et exemplis illustrat. Hic tamen non redundabat infitiatio diversi, sed inserviebat opprobrio revincendo. Nec magis haec fuerit perissologia quam dicentis: non mea, sed tua causa facio; ... aut: non solus, sed cum pluribus adest ... Hanc perissologiam quis dixerit? Immo oratorium plane sit et consilio aptum ... Cic. Ep. ad Qu. Fr. I 1 init. superioribus litteris non unis, sed pluribus. [Strab. p. 146 οὐχ ἥκιστα, ἀλλὰ καὶ μάλιστα.] Amplificationis hoc genus est per diversum." Bau. „Aesch. Choeph. 825 ἥκω μὲν οὐκ ἄκλητος, ἀλλ' ὑπάγγελος." Bloomf.

§ 3. σωφρονισταί. Cf. adn. III 65, 3. — πολυπραγμοσύνης. „Multarum rerum studium πολυπραγμοσύνην appello, quae non potest uno exprimi vocabulo Latino, ut A. Gellius XI 16 docet. Is ibidem πολυπραγμοσύνην ait esse ad multas res aggressionem earumque actionem." Acac. „Utitur autem vocabulo ab inimicis Atheniensium usurpato." Bloomf. Cf. adn. III 61, 1, sed etiam paulo ante adn. — τὸ αὐτό. Ut Lat. idem est item, simul. Cf. IV 17, 1. — τούτῳ ἀπολαβόντες χρήσασθε. Ἀπολαβεῖν esse decerpere, excerpere ex re quod sit in rem tuam adnotat Bau. Cf. Plat. Gorg. 495e περὶ ὅτου βούλει τοῦ σώματος ἀπολαβὼν σκόπει, de Rep. 392e. 420c. Τοῦτο est τὸ προθύμως τοὺς Ἀθηναίους βοηθεῖν. Ceterum pro τούτῳ usitatius erat τοῦτο. Vid. adn. I 1, 2 extr., sed etiam ad. II 42, 4 et adn. V 69, 1 et VIII 87, 4.

§ 4. ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ. Collocatio verborum iterato πᾶς effecta est. Cf. 79, 2. VII 57, 5. — κἂν ᾧ μὴ ὑπάρχομεν, vel in eo loco, in quo non praesto sumus, non adsumus. Alia hic est praepositionis omissio quam I 28, 2 (plane alienum est quod Class. affert I 6, 5), quod, cum

ὑπεῖναι ἐλπίδα τῷ μὲν ἀντιτυχεῖν ἐπικουρίας ἀφ' ἡμῶν, τῷ δέ, εἰ ἥξομεν, μὴ ἀδεὲς εἶναι [κινδυνεύειν], ἀμφότεροι ἀναγκάζονται ὁ μὲν ἄκων σωφρονεῖν, ὁ δ' ἀπραγμόνως σῴζεσθαι. ταύτην οὖν τὴν κοινὴν τῷ τε δεομένῳ καὶ ὑμῖν νῦν παροῦσαν ἀσφάλειαν

ἀδεεῖς codd. Cf. adn.

καί particula gradatio accedat, hoc enuntiatum per se accipiendum, non cum superioribus arcte coniungendum est. Quare κἂν ᾧ recte coniecit Krueg. — ὑπεῖναι ἐλπίδα. Ἐλπίς hic vox media est et exspectationem et boni et mali eventus significat; *Subesse* spem etiam Latini dicunt. De infinitivis qui sequuntur cf. adn. IV 70, 2. — ἀντιτυχεῖν. Ἀντί Haack. explicat spectare ad iniuriam adversarii compensandam auxilio Atheniensium. — μὴ ἀδεὲς εἶναι, rem metuendam, periculosam fore. Cf. Dem. XVI 22 οὐ γὰρ ἔγωγ' ἀδεὲς τοῦθ' ὑπολαμβάνω τῇ πόλει. Quod in libris mss. traditum est ἀδεεῖς εἶναι κινδυνεύειν magna laborat obscuritate. Dubitatur enim, utrum ἀδεεῖς ad Athenienses relatum non metuendos significet, an ad eos qui insidiantur applicatum non metuentes valeat. Sed illud si statuamus, cum interpretandum sit: periculum fore, ne Athenienses metuendi sint, κινδυνεύειν sententiam attenuat. Nam insidiantes exspectant profecto Athenienses, si venerint, sibi metuendos fore, non eius rei tantum periculum futurum esse. Altera autem ratione non solum molestissimus est accus. plur. ἀδεεῖς, qui licet κατὰ σύνεσιν explicetur, tamen sententiae perspicuitati inutiliter officit, sed etiam infinitivus κινδυνεύειν, si eum secundum Krueg. Gr. § 55, 3 adn. 18 positum putas (se verituros esse periclitari. Cf. Xen. Anab. II 4, 3), ad sententiam non convenit, et etiamsi hic κινδυνεύειν idem sit atque μὴ κινδυνεύωσι, ne sic quidem quae evadat sententia idoneam vim habeat, cum insidiantes ipsum periculum exspectent, non periculi metum; nec minus sententia debilitetur, si cum eadem significatione ἀδεεῖς εἶναι a κινδυνεύειν pendere velimus. Accusativi quidem plur. difficultatem sustulerunt Reisk. et Dobr. ἀδεές conicientes, sed restat quod sententiae vim infringat κινδυνεύειν. Nam quod Dobr. intellegit: periculum fore, ne id sit formidabile, tam incerta exspectatione haud facile quisquam, nisi ignavus sit, a conatu desistat. Class. ἀδεεῖ scripsit κινδυνεύειν item servans. Sed licentius interpretatur: sibi timendum esse ne in periculosum nobiscum certamen incidat. Sane vellemus nobis exemplis demonstrasset post verba timendi infinitivum idem valere atque enuntiatum a μή coniunctione pendens (V 108, 3 φοβεῖσθαι in putandi sensum transit, ut ostendit qui sequitur infin. futuri) et ἀδεᾶ εἶναι non solum esse eum qui non timeat (III 10, 4), sed etiam eum cui non timendum sit, et κινδυνεύειν valere posse in periculosum certamen incidere. Nobis ἀδεές placet, modo deleatur quod sententiae vim inepte deminuit κινδυνεύειν, quippe quod locutionis μὴ ἀδεὲς εἶναι interpretamentum esse manifestum sit.

§ 5. ταύτην οὖν τὴν . . . ἀσφάλειαν — ταύτην οὖν τὴν ἀσφάλειαν ἣ κοινὴ . . . πάρεστι, hanc igitur potenti

μὴ ἀπαώσησθε, ἀλλ' ἐξισώσαντες τοῖς ἄλλοις μεθ' ἡμῶν [τοῖς Συρακοσίοις] ἀντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς καὶ ἀντεπιβουλεῦσαί ποτε ἐκ τοῦ ὁμοίου μεταλάβετε."

οἱ Καμαριναῖοι ψηφίζονται μηδετέροις ἀμύνειν.

88. Τοιαῦτα δὲ ὁ Εὔφημος εἶπεν. οἱ δὲ Καμαριναῖοι ἐπεπόνθεσαν τοιόνδε. τοῖς μὲν Ἀθηναίοις 1
εὖνοι ἦσαν, πλὴν καθ' ὅσον [εἰ] τὴν Σικελίαν ᾤοντο αὐτοὺς δουλώσεσθαι, τοῖς δὲ Συρακοσίοις

Cap. 88. § 1. *καὶ* pro *εἰ* Lugd. Cf. adn.

et vobis communiter nunc oblatam securitatem. — *ἐξισώσαντες*, scil. *τὴν ἀσφάλειαν τῷ τε δεομένῳ καὶ ὑμῖν*: postquam eam utrisque aequalem (communem) reddidistis, i. e. postquam nobis pariter atque vobis tutum praesidium societate nobiscum renovata paravistis. Non apte iungitur *ἐξισώσαντες τοῖς ἄλλοις*. Nam quod intransitivum esse volunt *ἐξισώσαντες*, duobus nititur exemplis. Alterum est Soph. El. 1194 *μήτηρ καλεῖται, μητρὶ δ' οὐδὲν ἐξισοῖ*, ubi *ἐξισοῦν* est aequare aliquem, quae significatio hic non admittitur. Alterum V 71, 3 dubium est (cf. adn.), sed licet ad eius similitudinem *ἐξισώσαντες* hoc loco significare possit *ἐξισωθέντες καὶ ὁμοιωθέντες*, ut interpretatur schol., tamen postquam pares facti estis reliquis vix tantum valere potest quantum postquam pariter atque reliqui nobiscum societatem fecistis. Nam quod *τοὺς ἄλλους* ceteros esse volunt, qui cum Atheniensibus societatem inierint (Leontinos Segestanos Catinenses), id ipsum quod explicandi causa addunt nullo modo neque hic indicatum est neque ex reliqua oratione cognoscitur. Quare cum *τοῖς ἄλλοις* ab *ἐξισώσαντες* separandum sit, cum *ἀντεπιβουλεῦσαι* id iungi necesse est et *τοῖς Συρακοσίοις* scriptoris verbis eximi. Cum enim *τοῖς ἄλλοις* dicit, ipsos Syracusanos praecipue designat. Nam aliis quoque locis Th. de aliis hominibus in universum loquitur, ubi de certis quibusdam cogitat. Sic 12, 1 *τοῦ πέλας* ad Athenienses spectat et IV 64, 2 *τοὺς ἄλλους* potissimum Sicilienses esse quod sequitur *ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν* ostendit. Herw. Stud. Thuc. p. 89 *ἐξ ἴσου σωθέντας* coniecit, quod propter aoristi participium sententiae male convenit. — *ἀντεπιβουλεῦσαι . . . μεταλάβετε*, vicissim insidias aliquando pari modo facere ratione mutata instituite. *Ἀντεπιβουλεῦσαι* dicit, quod *φυλάσσεσθαι αὐτοὺς ἐπιβουλεύοντας* cogitatur; *ἀντί τινος μεταλαμβάνειν* proprie est aliquid aliqua re permutare (cf. I 120, 3. Isocr. VII 71) et infinitivus hoc verbum similiter sequitur atque *μεταγιγνώσκειν* I 44, 1, in cuius sententiam hic transit.

Cap. 88. § 1. *Τοιαῦτα δέ*. Cf. adn. I 44, 1. — *πλὴν καθ' ὅσον εἰ*. „Redundat *εἰ* post *καθ' ὅσον*, ut in *εἰ μὴ εἰ*." Bau. Neque hoc simile neque quod facilius compares *καθ' ὅ τι εἰ* V 76, 3, ubi vid. adn. *Εἰ* Reisk. deleri iussit et Haack. uncis inclusit ex scholio, ubi *πλὴν εἰ*, ortum ratus. Mire Class. putat *εἰ* ideo necessarium esse, ne Camarinaei credant Athenienses

ἀεὶ κατὰ τὸ ὅμορον διάφοροι· δεδιότες δ' οὐχ ἧσσον τοὺς Συρακοσίους ἐγγὺς ὄντας μὴ καὶ ἄνευ σφῶν περιγένωνται, τί τε πρῶτον αὐτοῖς τοὺς ὀλίγους ἱππέας ἔπεμψαν καὶ τὸ λοιπὸν ἐδόκει αὐτοῖς ὑπουργεῖν μὲν τοῖς Συρακοσίοις μᾶλλον ἔργῳ, ὡς ἂν δύνωνται μετριώτατα, ἐν δὲ τῷ παρόντι, ἵνα μηδὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἔλασσον δοκῶσι νεῖμαι, ἐπειδὴ καὶ ἐπικρατέστεροι τῇ μάχῃ ἐγένοντο, λόγῳ ἀπο-
2 κρίνασθαι ἴσα ἀμφοτέροις. καὶ οὕτω βουλευσάμενοι ἀπεκρίναντο, ἐπειδὴ τυγχάνει ἀμφοτέροις οὖσι ξυμμάχοις σφῶν πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ὤν, εὔορκον δοκεῖν εἶναι σφίσιν ἐν τῷ παρόντι μηδετέροις ἀμύνειν. καὶ οἱ πρέσβεις ἑκατέρων ἀπῆλθον.
3 Καὶ οἱ μὲν Συρακόσιοι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐξηρ- Ἀθηναῖοι καὶ πρὸς τοὺς

δοκῶσιν εἶναι codd. Emend. Bekk. ex coniectura Dukeri et Valck. ad Eurip. Fragm. p. 77. Valla: ne minoris facere viderentur Athenienses. Vulgatam male tuetur Bernh. Synt. p. 337. Ex ea excidisse εὖνοι ab εἶναι absorptum minus probabiliter coniecit Dobr.

§ 3. **τὸ καθ'** M. Reg. D. m. Dan. pr. Cass. corr. Aug. „In scriptura manuscriptorum, qui habent τὸ καθ' ἑαυτούς, hic sensus est: pro virili vel omni ope, ut hic Valla; ut in τὸ κατ' ἐμέ et aliis huius generis. [Cf. Matth. Gr. § 283.] Vulgata tamen satis defendi potest. Herodianus III 1 ὁ μὲν δὴ Νίγρος οὕτως ἐξήρτυε τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλέστατα καὶ προμηθέστατα.“ Duk. Respondere infra τὰ πρὸς τ. Σ. adnotat Bau.

revera Siciliam subacturos esse. Nam eam opinionem illis non omnino constitisse ipsum καθ' ὅσον, quatenus, ostendit. Καί, quod pro eo Lugd. habet, pariter non aptum videtur. Πλὴν καθ' ὅσον sine illo εἰ legimus VI 54, 6. 82, 3. — **κατὰ τὸ ὅμορον διάφοροι.** Solito inter accolas odio Tac. Hist. V 1. Cf. supra IV 92. — **οὐχ ἧσσον.** Cf. adn. 78, 1. — **τοὺς ὀλίγους ἱππέας.** Cf. 67, 2, ubi cum praeter hos sagittarii commemorentur, καὶ τοξότας excidisse Krueger coniecit. — **ἔργῳ, ὡς ἂν δύνωνται.** „Ἔργῳ δ' ὡς Valla.“ Krueg. Ὡς δ' ἂν malebat Abr. Neutra coniectura opus videtur, si superius μέν non ad unum ὑπουργεῖν, sed ad totum enuntiatum spectare censemus, sic ut τὸ λοιπὸν ὑπουργεῖν μὲν ἔργῳ et ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ ἀποκρίνασθαι inter se respondeant, ubi non redundare λόγῳ ex contrario ἔργῳ apparet. — **ἔλασσον . . . νεῖμαι,** minus tribuisse. Cf. adn. III 8, 1. Ita igitur Camarinaei respondere instituerunt, ut, cum Syracusanis auxilium mitterent, Athenienses non posthabuisse viderentur.

§ 2. **ἀμφοτέροις . . . ξυμμάχοις.** Cf. 75, 3.

Σικελοὺς πράσσουσί τε καὶ στρατεύουσι καὶ ἄλλοσε πέμπουσι περὶ ξυμμαχίας.

τύοντο ἐς τὸν πόλεμον, οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Νάξῳ ἐστρατοπεδευμένοι τὰ πρὸς τοὺς Σικελοὺς ἔπρασσον, ὅπως αὐτοῖς ὡς πλεῖστοι προσχωρήσονται. καὶ οἱ μὲν πρὸς τὰ πεδία μᾶλλον τῶν Σικελῶν, 4
ὑπήκοοι ὄντες τῶν Συρακοσίων, οὐ πολλοὶ ἀφεστήκεσαν· τῶν δὲ τὴν μεσόγειαν ἐχόντων αὐτόνομοι οὖσαι καὶ πρότερον ἀεὶ ⟨αἱ⟩ οἰκήσεις εὐθύς, πλὴν ὀλίγοι, μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἦσαν, καὶ σῖτόν τε κατεκόμιζον τῷ στρατεύματι καὶ εἰσὶν οἳ καὶ χρή-

§ 4. *οἱ πολλοὶ* codd. Cf. adn.
ἀφεστήκεσαν codd. multi. Cf. ad. IV 26, 7.
μεσόγεαν Mosqu. *μεσόγαιαν* reliqui. Cf. L. Dindorf. praef. ad Polyb. I p. L.

§ 3. *ἐν τῇ Νάξῳ ἐστρατ.*, dum apud Naxum in castris sunt. De re cf. 74, 2, de perfecti participio IV 129, 3. adn. V 55, 4. — *τὰ πρὸς τοὺς Σικελούς*. Cf. II 17, 4. Krueg. Gr. § 50, 5 adn. 12.

98. Καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον αὐτοῖς ἦλθον ἔκ 1
τε Ἐγέστης ἱππῆς τριακόσιοι καὶ Σικελῶν καὶ Ναξίων καὶ ἄλλων τινῶν ὡς ἑκατόν· καὶ Ἀθηναίων ὑπῆρχον πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, οἷς ἵππους τοὺς μὲν παρ' Ἐγεσταίων καὶ Καταναίων ἔλαβον, τοὺς δ' ἐπρίαντο, καὶ ξύμπαντες πεντήκοντα καὶ ἑξακόσιοι ἱππῆς ξυνελέγησαν. καὶ κατα- 2
στήσαντες ἐν τῷ Λαβδάλῳ φυλακὴν ἐχώρουν πρὸς τὴν Συκῆν οἱ Ἀθηναῖοι, ἵναπερ καθεζόμενοι ἐτείχι-

Cap. 97. § 5. προσίοιεν codd., prodirent, quod solum ad sententiam convenit, Valla.

Cap. 98. § 1. ἱππῆς Vat. H. Valla, reliqui codd. om.

§ 2. Τυκὴν corr. Aug., Συκὴν Gr. Cf. Steph. Byz. s. v. ἔστι καὶ ἄλλη Συκῆ (sic optimus cod. Rhedig., reliqui Συκὴ) πλησίον Συρακουσῶν.

§ 5. ἐπὶ τῷ Λαβδάλῳ ... Ἐπιπολῶν. Ἄκρος essetne hic summus an extremus et Labdalum cui loco nunc responderet, utrum ei, qui nunc Belvedere, an ei, qui Latomie del Buffalaro diceretur, an tertio cuidam non procul ab hoc imo illorum trium tumulorum sito, disceptarunt. Vid. Letr. p. 46. Kephalid. l. d. Dorv. l. d. p. 182. Sed ἄκρος hic non posse summus esse ex eo cognoscitur, quod Athenienses Labdalum ex Syca, quae in medio Epipolarum erat, conspicere non poterant (cf. VII 3, 4). Hinc effici, ut Labdalum in extremo margine septentrionali Epipolarum paulo depressiore situm fuerit, docet Holm. l. l. p. 387. De re cf. Diod. XIII 7, 4. — ὁρῶν πρὸς τὰ Μέγαρα. Hinc in semptentrionali margine Labdalum situm fuisse cognoscitur. De Megaris vid. 94, 1. 4, 1. — τοῖς χρήμασιν. Cf. adn. 49, 3 et VII 24, 2.

Cap. 98. § 1. ἔκ τε Ἐγέστης ... ὡς ἑκατόν. De Segestanorum equitum numero consentiens Diodorus XIII 7, 4 Siculorum equites ducentos quinquaginta advenisse scribit; quare universos equites tradit fuisse octingentos.

§ 2. Συκῆν. Tycham, quae postea fuit Syracusarum pars, quam, quod in ea Fortunae fanum antiquum fuerit, ita nominatam esse Cicero dicit Verr. IV 53, 119, significari post Cluv. Sic. p. 151 et Letr. Syr. p. 85 sq. opinati sunt multi. Sed primum

σαν τὸν κύκλον διὰ τάχους. καὶ ἔκπληξιν τοῖς Συρακοσίοις παρέσχον τῷ τάχει τῆς οἰκοδομίας·

quoniam Thucydides cetera eiusmodi nomina Attice flexit, sicut Nesum et Euryelum de aliis Syracusarum partibus dixit, eum in hoc nomine Doricam flexionem retinuisse non est verisimile. Deinde si hoc fecisset, praeter consonantes etiam vocalem eum servare consentaneum erat. Denique, quod gravissimum est, Dores, si a singulari σά, quod Megarensium proprium esse docet Ahrens. de Dial. Dor. p. 277, discesseris, non ponunt σ pro τ, immo sexcenties τ pro σ. Cf. Ahr. l. d. p. 59 sqq. Itaque certe Τυκήν requiri videtur. Cf. ad. Sed quanquam κιτών et κύτρα Siculis adscribuntur a Greg. Cor. p. 341, haec ad vitiosam plebis pronuntiationem referri Ahr. l. d. p. 82 suspicatur. Et commentum doctorum de nomine Tyca solo Livio XXIV 21, 7 niti videtur, ubi libri fluctuant et nunc Tycha legitur, ut constanter apud Cic. l. d. et Steph. Byz. in v. Τύχη. „Ego“, inquit Ahr. l. d. p. 64 hanc partem Syracusarum, ut oppidum e regione Byzantii situm, e ficu nomen invenisse coniciens, „aut Ciceronem de appellationis origine errare aut ipsos Siculos mala etymologia deceptos nominis formam paululum immutasse et fortasse ea ipsa de causa Fortunae sedem in ea parte exstruxisse certum habeo. Nam e Τύχα neque Τύκα fieri poterat et multo minus Σύκα.“ Leakius apud Bloomf. l. l. p. 678 Sycam prope meridionales Epipolarum scopulos collocandam esse putat. Sed hic falsa verborum 99, 1 (cf. adn.) interpretatione ut ita statueret adductus est, eiusque opinio ideo reicienda videtur esse, quia Athenienses demum 101, 1 ἀπὸ τοῦ κύκλου τειχίζειν τὸν κρημνὸν ὃς τῶν Ἐπιπολῶν ταύτῃ πρὸς τὸν μέγαν λιμένα ὁρᾷ legemus.

In medio fere Epipolarum Sycam sitam fuisse consentiunt Arn. Grot. Hist. Gr. VII p. 340. 557 (vers. germ. IV p. 191. 701. Holm l. l. p. 387. Cf. 99, 3. 101, 1. — ἐτείχισαν. De omnibus operibus, quibus Syracusas claudere (ἀποτειχίζειν) et circummunire (περιτειχίζειν) Athenienses temptarunt (ἀποτειχίσμασι, περιτειχίσμασι), et de tota hac obsidione Syracusarum vid. maxime Letr. Syrac. p. 78 sqq., Goell. Syrac. p. 92 sqq. et ad c. 96, Arn. in excursibus vol. II, Popp. in Syracusarum obsidionis bello Pelop. factae parte priore (Francof. 1837), Dunbar in libello „*an attempt to ascertain the positions of the Athenian lines and the Syracusan defences*“, Leak. apud Bloomf. l. d. p. 675 sqq. Grot. Hist. Gr. cap. 59 et 60 cum appendice, Meinshausen. in libello vol. I p. LIV nominato, Holm. Hist. Sic. II p. 31—61. 382—401. — ἐτείχισαν τὸν κύκλον διὰ τάχους. Hic κύκλον non circummunitionem universam, sed castellum quoddam esse in similitudinem orbis aedificatum, quod effecerit mediam partem operum ab Atheniensibus contra Syracusas exstructorum, cum aor. ἐτείχισαν ostendit opus perfectum indicans, cum circummunitio non perfecta sit, tum 102, 2, ubi Nicias propter infirmitatem in eo relictus esse dicitur. Rem uberius explanavit Did. Cf. Holm. l. l. p. 387 sq. Articulum inde nobis videmur explicare posse, quod urbium circummunitiones a talibus castellis ordiri soliti sint. Cf. τὴν πυλίδα 100, 1. Alioqui in promptu est ἐτειχίσαντο κύκλον conicere. Cf. I 11, 1. III 105, 1. — ἔκπληξιν. Φόβον substituit Diod. XIII 7, 4; consternationem interpretatur Bloomf. Cf. adn. IV 14, 3.

καὶ ἐπεξελθόντες μάχην διενοοῦντο ποιεῖσθαι καὶ
μὴ περιορᾶν. καὶ ἤδη ἀντιπαραταδσομένων ἀλλήλοις 3
οἱ τῶν Συρακοσίων στρατηγοὶ ὡς ἑώρων σφίσι τὸ
στράτευμα διεσπασμένον τε καὶ οὐ ῥᾳδίως ξυνταδ-
σόμενον, ἀνήγαγον πάλιν ἐς τὴν πόλιν πλὴν μέρους
τινὸς τῶν ἱππέων· οὗτοι δὲ ὑπομένοντες ἐκώλυον
τοὺς Ἀθηναίους λιθοφορεῖν τε καὶ ἀποσκίδνασθαι
μακροτέραν. καὶ τῶν Ἀθηναίων φυλὴ μία τῶν 4
ὁπλιτῶν καὶ οἱ ἱππῆς μετ' αὐτῶν πάντες ἐτρέψαντο
τοὺς τῶν Συρακοσίων ἱππέας προσβαλόντες, καὶ
ἀπέκτεινάν τέ τινας καὶ τροπαῖον τῆς ἱππομαχίας
ἔστησαν.

τῶν δ' Ἀθηναίων τὸ πρὸς βορέαν τεῖχος τειχιζόντων οἱ

99. Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ οἱ μὲν ἐτείχιζον τῶν Ἀθη- 1
ναίων τὸ πρὸς βορέαν τοῦ κύκλου τεῖχος, οἱ δὲ
λίθους καὶ ξύλα ξυμφοροῦντες παρέβαλλον ἐπὶ τὸν

§ 3. διεσπασμένον non esse dissipatum, sed disiunctum, distractum contra Portum docet Bau. — μακροτέραν. Cf. Aristid. I p. 278 μακροτέραν ἀπογίγνεσθαι. Ita dictum est, ut in positivo saepe μακράν, cuius comparativus Xenophonti est μακρότερον, quod vulgo hic quoque invitis membranis legebatur. De ἀποσκίδνασθαι cf. Lob. ad Buttm. Gr. II p. 70.

§ 4. φυλὴ μία. „Adnotat hic Acacius e Sigonio de Republ. Athen. IV 5 Athenienses in sua quemque tribu instructos in acie adversus hostes pugnasse. Hoc bene ostendit Sigonius ex Herodot. VI 111 de pugna Marathonia et ex Plut. Arist. [c. 5]. . . . Eandem rationem etiam alios in bellis secutos esse credibile est. Cf. de Messeniis Thuc. III 90, 2 et paulo post hic 100, 1 de Syracusanis." Duk. Cf. Herm. Ant. Gr. I § 152, 11. Schoemann. Antiqu. Gr. I p. 450. — τινάς. Συχνούς dicit Diod. XIII 7, 5.

Cap. 99. § 1. οἱ μέν cet. Haec non ita intellegenda esse, ut alios τὸ πρὸς βορέαν τοῦ κύκλου τεῖχος, alios in Trogilum versus murum fecisse existimemus, quam explicationem secutus est Leakius l. d. p. 678, inde apparet, quod etiam Trogilus ad septentrionem spectabat et quod circummunitionis brachium meridionale exstruere Athenienses coepisse 101, 1 demum discemus. Peius etiam Dunbar in tabula addita lapides a septentrionali brachio circummunitionis in meridiem versus proiectos esse significat, quod adiectis verbis ἐπὶ τὸν Τρώγιλον prorsus refutatur. Recte igitur Arnoldus sententiam hanc esse arbitratur, alios murum ipsum exstruxisse, alios per id spatium, quo duceretur, lapides et materiam deposuisse in Trogilum versus. Imperfectis designatur initium operis non absoluti. — τὸ πρὸς βορέαν τοῦ κύκλου τεῖχος, murum ab orbe castelli ad septentrionem spectantem. Cf. adn. 98, 2. Itaque Athenienses a Syca, ubi κύκλον exstruxerant, in septentrionem, i. e. Trogilum versus, munitionem ducere coeperunt. — ξύλα. Materia eos maxime ad excitandas turres, quales in Syra-

Τρώγιλον καλούμενον ἀεί, ᾗπερ βραχύτατον ἐγίγνετο αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπὶ τὴν ἑτέραν
2 θάλασσαν τὸ ἀποτείχισμα. οἱ δὲ Συρακόσιοι οὐχ ἥκιστα Ἑρμοκράτους τῶν στρατηγῶν ἐσηγησαμένου μάχαις μὲν πανδημεὶ πρὸς Ἀθηναίους οὐκέτι ἐβούλοντο διακινδυνεύειν, ὑποτειχίζειν δὲ ἄμεινον ἐδόκει εἶναι ᾗ ἐκεῖνοι ἔμελλον ἄξειν τὸ τεῖχος καί, εἰ φθάσειαν, ἀποκλῄσεις γίγνεσθαι, καὶ ἅμα καὶ ἐν τούτῳ, εἰ ἐπιβοηθοῖεν, μέρος ἀντιπέμπειν αὐτοὺς τῆς στρατιᾶς· καὶ φθάνειν ἂν αὐτοὶ σταυροῖς

Συρακόσιοι ὑποτειχίζουσιν ἐγκάρσιον τεῖχος ἄγοντες.

cusanorum munitione § 3 memorantur, uti voluisse conicit Bloomf. Sed probabiliter primum aditum obsaepturi et vallum magis quam murum exstructuri erant. Cf. II 75. — *παρέβαλλον*. Cf. adn. II 77, 3. — *τὸν Τρώγιλον καλούμενον*. „Scala Graeca est Trogiliorum portus, qui commemoratur a Livio [XXV 23, 10], et Trogilum probabile est nomen fuisse totius suburbii adiacentis septentrionali Syracusarum muro infra vicos recentiores Targiam et Targettam, quae nomina ex illo potuerunt corrumpi.“ Leak. l. d. p. 678. — *ᾗπερ . . . ἀποτείχισμα*, i. e. qua parte brevissime murus urbem circumvallaturus a magno portu ad alterum mare (quod est e regione Trogili) effici ab iis poterat. *Ἀποτείχισμα* est murus aedificandus, quo urbs circumvalletur, qui murus *περιτείχισμα* dicitur in simillimis verbis 101, 1.

§ 2. *ὑποτειχίζειν*, exstruere murum, qui intercipiat hostilem. Primum ex Syracusanorum operibus quia infra *κύκλον* Atheniensium ductum est aut certe incepit (cf. § 3 et ibi adn.), *ὑποτείχισμα* 100, 1 bis appellatur, complectens *ἐγκάρσιον τεῖχος* (§ 3) et *σταύρωμα* (100). Alterum *σταύρωμα καὶ τάφρος* erat sine muro (101, 3); tertium constans ex muro simplici sine vallis (VII 4, 1. 11, 3), quia *παρῳκοδομήθη καὶ παρῆλθε τὴν τῶν Ἀθηναίων οἰκοδομίαν*, nominatur *παρατείχισμα* (VII 11, 3 42, 4. 43, 1. 5), quod non recte quartum a nonnullis dicitur. Vid. adn. VII 5, 1. — *εἰ φθάσειαν*, scil. *ἄγοντες τὸ τεῖχος*, i. e. si murum, priusquam impedirentur, perficerent. — *ἀποκλῄσεις γίγνεσθαι*, scil. *σφῶν* (Syracusanorum) *ἔμελλον*. Cf. adn. 42, 1. Non significatur murum Atheniensibus obstrui, quod ii volunt, qui ab *ἄμεινον εἶναι* haec verba pendere volunt. Nam ad impediendam Atheniensium *τείχισιν* ea referri vocabuli *ἀπόκλησις* significatio non patitur (cf. IV 85, 3. VII 60, 1). Cum universum Syracusanorum consilium significetur, non ea tantum quae mox narratur *ὑποτείχισις* spectetur, quoniam a castelli orbe in utramque partem Syracusae intercludi poterant, non opus esse putamus Class. coniectura *ἀπόκλησις*. — *ἐν τούτῳ*, *ἐν τῷ ὑποτειχίζειν*. — *εἰ ἐπιβοηθοῖεν*, si contra se (ad impediendam *ὑποτείχισιν*) copias mitterent. Cf. 100, 1. — *μέρος ἀντιπέμπειν* ab *ἄμεινον εἶναι* pendet. Inutilis igitur est Bekkeri coniectura *αὐτοῖς* et Kruegeri *αὐτοί*. — *καὶ φθάνειν ἂν . . . τὰς*

προκαταλαμβάνοντες τὰς ἐφόδους, ἐκείνους δὲ ἂν παυομένους τοῦ ἔργου πάντας [ἂν] πρὸς σφᾶς τρέπεσθαι. ἐτείχιζον οὖν ἐξελθόντες ἀπὸ τῆς σφε-

Cap. 99. § 2. φθάνειν αὐτοὶ προκαταλαμβάνοντες τοῖς σταυροῖς Vat. H., φθάνειν ἂν τοῖς σταυροῖς προκαταλαμβάνοντες reliqui. Cf. adn.

ἀναπαυομένους pro ἂν παυομένους Vat. Sed ineptum est requiescentes.

ἂν uncis inclusum om. Vat. H.

ἐφόδους, atque se ipsos prius vallis Atheniensium impetus facile praeversuros esse, i. e. si ita facerent, se ipsos vallis defixis prius muro obstruendo praesidium parare posse quam hostes facto impetu quominus obstrueretur impedirent. De καί coniunctione cf. adn. IV 52, 3, de pleonasmo verborum φθάνειν προκαταλαμβάνοντες adn. 57, 2, de verbo προκαταλαμβάνειν I 57, 6. Nolumus ἐφόδους esse faciliores aditus. Nam in Epipolarum quidem edita planitie, ubi primum hostibus circummunientibus occurrendum erat, locorum facilium et difficilium diversitatem non novimus. Cf. Grot. l. l. p. 348 (vers. germ. p. 193). Codicum autem discrepantiam revocandam esse putamus ad scripturam a nobis nunc restitutam. Nam αὐτοί aptissimum est ad oppositum ἐκείνους et, cum non omnes eiusmodi muros vallis firmatos fuisse tertium Syracusanorum opus ostendat, quod vallis caruisse modo diximus, τοῖς σταυροῖς propter articulum displicet. Ceterum ex αμεινον ἐδόκει εἶναι hic audiendum est ἐνόμιζον. Cf. adn. IV 52, 3.

§ 3. ἐτείχιζον ... ἐγκάρσιον τεῖχος ἄγοντες. De situ huius muri multum atque in contraria est disputatum. Aut enim eum in partem a cyclo ad meridiem spectantem ductum putant idque aut per ipsas Epipolas aut infra eas, ut Leak. Arn. Grot. l. l. et in append., Holm. l. l. p. 389 sqq. eumque secutus Class., aut in partem a cyclo ad septentriones spectantem directum esse, ut Goeller, Didot., Dunbar, Meineshaus. Nobis hoc posterius extra omnem videtur positum esse dubitationem. Nam cum Syracusani ὑποτειχίζειν vellent ᾗ ἐκεῖνοι ἔμελλον ἄξειν τὸ τεῖχος, Athenienses autem tum septentriones versus murum ducerent, huic procul dubio suum illi obstruxerunt. Neque quicquam valet quod contra dicunt. Nam quod arbores τοῦ τεμένους exciderunt ad turres erigendas, hoc non minus fieri poterat, si in aversum latus murus ducebatur. Quod vero postea custodes Syracusani a muro repulsi ἐς τὸ προτείχισμα τὸ περὶ τὸν Τεμενίτην confugerunt, non in ipsum Temenitam hac fuga illi pervenerunt, sed in exteriorem urbis munitionem, intra quam Temenites erat quaeque secundum totum Epipolarum latus extendebatur (τεῖχος παρὰ πᾶν τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς ὁρῶν 75, 1). Atque eo ipso quod in hanc exteriorem munitionem, non in ipsum Temenitam Th. eos confugisse dicit, in reliquum illius spatium septentrionale eos se recepisse indicat. Restat ut unde murus initium ceperit accuratius definiamus. Patet κάτωθεν τοῦ κύκλου ita accipiendum esse, ut a Syracusanorum parte regio descripta sit. Cum autem Athenienses urbem ab occidente oppugnarent, Syracusani ab oriente iis obviam iverunt. Si autem ad ipsam Syra-

τέρας πόλεως ἀρξάμενοι, κάτωθεν τοῦ κύκλου τῶν Ἀθηναίων ἐγκάρσιον τεῖχος ἄγοντες, τάς τε ἐλάας ἐκκόπτοντες τοῦ τεμένους καὶ πύργους ξυλίνους
4 *καθιστάντες. αἱ δὲ νῆες τῶν Ἀθηναίων οὔπω ἐκ τῆς Θάψου περιεπεπλεύκεσαν ἐς τὸν μέγαν λιμένα, ἀλλ' ἔτι οἱ Συρακόσιοι ἐκράτουν τῶν περὶ τὴν θάλασσαν· κατὰ γῆν δὲ ἐκ τῆς Θάψου οἱ Ἀθηναῖοι τὰ ἐπιτήδεια ἐπήγοντο.*

1 100. *Ἐπειδὴ δὲ τοῖς Συρακοσίοις ἀρκούντως ἐδόκει ἔχειν ὅσα τε ἐσταυρώθη καὶ ᾠκοδομήθη τοῦ ὑποτειχίσματος, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι [αὐτοὺς] οὐκ ἦλθον κωλύσοντες, φοβούμενοι μὴ σφίσι δίχα γιγνομένοις ῥᾷον μάχωνται καὶ ἅμα τὴν καθ' αὐτοὺς περιτείχισιν ἐπειγόμενοι, οἱ μὲν Συρακόσιοι φυλὴν μίαν καταλιπόντες φύλακα τοῦ οἰκοδομήματος ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι*

τῶν δὲ πλείστων ἐς τὴν πόλιν ἀπελθόντων ἥ τε ὑποτείχισις αὐτῶν καθαιρεῖται καὶ τὸ σταύρωμα ἀνασπᾶται.

Cap. **100.** § 1. *αὐτοὺς* om. Vat. H. Dan. *φοβούμενοι οἱ Ἀθηναῖοι* Vat. H. schol. ex interpret.

cusanorum urbem *κάτωθεν τοῦ κύκλου* determinare mavis, eadem regione inter hanc et castellum Atheniensium minimum erat intervallum et rectam regionem in talibus indiciis sequi solemus. Itaque *κάτωθεν τοῦ κύκλου* nobis est ex loco, qui i n f r a c a s t e l l i o r b e m o r i e n t e m v e r s u s e r a t. Neque vero recta via ad ipsum orbem murus dirigebatur, sed, ut hostium munitionem hinc exorsam praecluderet, obliquus (*ἐγκάρσιος*) inter occasum solis et septentriones spectabat. Simili modo ad eiusdem partis circummunitionem impediendam postea tertium Syracusanorum opus exstructum est. Ita si res est, non ab ipsius urbis moenibus Syracusanorum murus initium cepit, sed ab eius munitione exteriore, quod idem de tertio eorum opere certissimum est (cf. VII 4, 1). Nimirum ipsa urbs illa tanquam parte adiecta amplificata erat neque minus hoc *προτείχισμα* ad urbem pertinebat quam cycli *προτείχισμα* (cf. adn. 102, 2) ad cyclum.

§ 4. Iis quae hac § narrantur explicatur, cur tum quidem Syracusanis non cavendum fuerit, ne ab altera parte portum magnum versus circumcluderentur. Nam mare etiam iis liberum erat et Athenienses murum ad magnum portum tum demum perducere poterant, postquam eum classe occupaverunt. Cf. 103, 1.

Cap. **100.** § 1. *Ἐπειδὴ δέ* cet. Apodosis incipit a verbis *οἱ μὲν Συρακ.* — *ὅσα τε ἐσταυρώθη καὶ ᾠκοδομήθη τοῦ ὑποτειχίσματος.* Ex his verbis atque extremis huius capitis totum munimentum Syracusanorum hostili muro oppositum (*ὑποτείχισμα*) partim vallum (*σταύρωμα*) partim opus saxeum sive murum (*οἰκοδόμημα, τεῖχος ἐγκάρσιον*) fuisse cognoscitur. — *ἐπειγόμενοι.* Cf. adn. III 2, 3. — *φυλήν.* Cf. adn. 98, 4. Numerus

τούς τε ὀχετοὺς αὐτῶν, οἳ ἐς τὴν πόλιν ὑπονομηδὸν ποτοῦ ὕδατος ἠγμένοι ἦσαν, διέφθειραν, καὶ τηρήσαντες τούς τε ἄλλους Συρακοσίους κατὰ σκηνὰς ὄντας ἐν μεσημβρίᾳ καί τινας καὶ ἐς τὴν πόλιν ἀποκεχωρηκότας καὶ τοὺς ἐν τῷ σταυρώματι ἀμελῶς φυλάσσοντας, τριακοσίους μὲν σφῶν αὐτῶν λογάδας καὶ τῶν ψιλῶν τινας ἐκλεκτοὺς ὡπλισμένους προύταξαν θεῖν δρόμῳ ἐξαπιναίως πρὸς τὸ ὑποτείχισμα· ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ δίχα, ἡ μὲν μετὰ τοῦ ἑτέρου στρατηγοῦ πρὸς τὴν πόλιν, εἰ ἐπιβοηθοῖεν, ἐχώρουν, ἡ δὲ μετὰ τοῦ ἑτέρου πρὸς τὸ σταύρωμα τὸ παρὰ τὴν πυλίδα. καὶ προσβαλόντες 2

ἐπιλέκτους Vat. H.
πυραμίδα Vat. H.

tribuum Syracusanarum, quas commemorant etiam Plut. Nic. 14 et Liv. XXV 23, 14, non est notus. — *τούς τε ὀχετοὺς ... ἠγμένοι ἦσαν*. De transpositis genetivis *ποτοῦ ὕδατος* cf. adn. II 45, 1. Horum aquae ductuum etiam nunc reliquiae satis multae exstant, ex quibus eorum situs descripsit Schubring. in Philol. XXII p. 577 sqq. Aqua ex Thymbride monte in Epipolas prope Euryalum deducta per complures deinde fistulas dividebatur. Has tum Athenienses interciderunt. — *τούς τε ἄλλους Συρακοσίους*, tribus ad murum et vallum custodiendum relictae reliquos homines praeter *τοὺς ἐν τῷ σταυρώματι*. — *τῷ σταυρώματι*. „*Σταύρωμα* patet fuisse vallum praeiacens *ὑποτειχίσματι* atque aditum eius defendens. Cf. 99, 2.“ Arn. — *ὡπλισμένους*, cum eos gravi armatura instruxissent. Cf. adn. III 27, 1. — *προύταξαν*, a fronte collocarunt, primam aciem fecerunt. Sequitur infinitivus consilii. — *ἐπιβοηθοῖεν*, scil. *οἱ ἐν τῇ πόλει*. Cf. adn. 99, 2. — *τὸ σταύρωμα τὸ παρὰ τὴν πυλίδα*. Aut in muro a Syracusanis obstructo haec portula fuit aut in eo quo Temenitam incluserant (75, 1), qui infra *προτείχισμα τὸ περὶ τὸν Τεμενίτην* vocatur. Sed huius *προτειχίσματος* vallum alibi non commemoratur; et etiamsi exstitit, id obsidere eius exercitus partis erat, quae *πρὸς τὴν πόλιν* contendebat. Cf. Holm. l. l. p. 391. Si vero *ὑποτειχίσματι* portulam tribuimus, articulus facile ita explicatur, si in omni tali muro portulam fuisse statuimus (cf. adn. 98, 2). Atque id ipsum vel ea de causa consentaneum est, quod aliter ab altera muri parte ad alteram pervenire non potuissent nisi ipso muro aut transcenso aut circumito. Huius autem portulae exitum peculiari quadam valli parte munitum fuisse ideo probabile est quod haec a reliquo vallo discernitur. In qua *ὑποτειχίσματος* parte portula fuisset, ne levissimo quidem indicio Th. significavit. Sed vix errabimus, si haud procul ab eo loco, ubi *ὑποτείχισμα* et *προτείχισμα* inter se contingebant, eam fuisse statuemus. Nam in medio muro, quem trecenti

οἱ τριακόσιοι αἱροῦσι τὸ σταύρωμα· καὶ οἱ φύλακες αὐτὸ ἐκλιπόντες κατέφυγον ἐς τὸ προτείχισμα τὸ περὶ τὸν Τεμενίτην. καὶ αὐτοῖς ξυνεσέπεσον οἱ διώκοντες, καὶ ἐντὸς γενόμενοι βίᾳ ἐξεκρούσθησαν
3 πάλιν ὑπὸ τῶν Συρακοσίων· καὶ τῶν Ἀργείων τινὲς αὐτόθι καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐ πολλοὶ διεφθάρησαν. καὶ ἐπαναχωρήσασα ἡ πᾶσα στρατιὰ τήν τε ὑποτείχισιν καθεῖλον καὶ τὸ σταύρωμα ἀνέσπασαν καὶ διεφόρησαν τοὺς σταυροὺς παρ' ἑαυτούς, καὶ τροπαῖον ἔστησαν.

1 101. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπὸ τοῦ κύκλου ἐτείχιζον οἱ Ἀθηναῖοι ⟨ἐς⟩ τὸν κρημνὸν τὸν ὑπὲρ τοῦ ἕλους, ὃς τῶν Ἐπιπολῶν ταύτῃ πρὸς τὸν μέγαν λιμένα

οἱ Συρακόσιοι μὲν οὖν αὖθις ἀποσταυροῦσι

§ 2. περιπροτείχισμα Vat. H.

aggressi vallum ceperunt (§ 2), eam fuisse ea de causa non probatur, quod ad eam qua saepta erat valli partem alia exercitus pars separatim missa est. Certe huius rei quae fuerit ratio facilius cognoscitur, si in extrema hac muri parte portula fuit. Occupata autem portula Athenienses procul dubio impedire volebant, ne, cum trecenti a fronte murum aggrederentur, οἱ κατὰ σκηνὰς ὄντες, quos pone murum in tentoriis fuisse credimus, per portulam muri custodibus auxilio venirent. Pariter alia exercitus pars, ne ab urbe succurrentes murum aggredientibus a tergo supervenirent, obsistebat.

§ 2 τὸ σταύρωμα, scil. τοῦ ὑποτειχίσματος. — τὸ προτείχισμα τὸ περὶ τὸν Τεμενίτην. Esse murum, quo Temenites circumdatus fuerit (cf. 75, 1), consentiunt recentiores interpretes. Differt προτείχισμα 102, 2. — οἱ διώκοντες. Inter hos etiam aliquot ex iis videntur fuisse, qui ad portulae vallum contenderant. Nam Argivi quidem, quos cecidisse mox comperiemus, cum milites gravis armaturae essent (43, 2), non cum trecentis Atheniensibus fuerunt, quos delecti tantum levis armaturae milites comitati sunt (§ 1).

§ 3. ἐπαναχωρήσασα. Post eiectos persequentes totus exercitus se recepit. Cf. adn. III 108, 3. — τὴν . . . ὑποτείχισιν. Cum hic discernatur a σταυρώματι, non potest complecti τὸ οἰκοδόμημα et τὸ σταύρωμα, ut ὑποτείχισμα § 1, sed solum oportet sit οἰκοδόμημα, i. e. τεῖχος ἐγκάρσιον, potior munitionis pars. Ita recte Did. — διεφόρησαν, transtulerunt. Cf. adn. 91, 7. Schol. διεκόμισαν.

Cap. 101. § 1. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ cet. „Postridie pugnam commissam Athenienses, qui prius brachium circummunitionis in septentrionem . . . spectans et ad Trogilum perducendum (τὸ πρὸς βορέαν τοῦ κύκλου τεῖχος 99, 1) exstruere coeperant, ab altera parte . . . profecti alterum [s. meridionale] brachium erigere orsi sunt.“ Did. — ἀπὸ τοῦ κύκλου, a cyclo profecti, procedentes. Cf. adn. 98, 2. — τὸν κρημνόν. Est pars crepidinis australis Epipolarum valde praerupta, Temeniti contigna. Sed accusativus obiecti cum ἐτείχιζον iunctus hic ferri

διὰ τοῦ ἕλους, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὸ σταύρωμα πάλιν αἱροῦσι. μάχη ἐπὶ τῷ Ἀνάπῳ, ἐν ᾗ Λάμαχος ἀποθνήσκει.

ὁρᾷ καὶ ᾗπερ αὐτοῖς βραχύτατον ἐγίγνετο καταβᾶσι διὰ τοῦ ὁμαλοῦ καὶ τοῦ ἕλους ἐς τὸν λιμένα τὸ περιτείχισμα. καὶ οἱ Συρακόσιοι ἐν τούτῳ ἐξελ- 2
θόντες καὶ αὐτοὶ ἀπεσταύρουν αὖθις ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως διὰ μέσου τοῦ ἕλους· καὶ τάφρον ἅμα παρώρυσσον, ὅπως μὴ οἷόν τε ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις μέχρι τῆς θαλάσσης ἀποτειχίσαι. οἱ δ', 3
ἐπειδὴ τὸ πρὸς τὸν κρημνὸν αὐτοῖς ἐξείργαστο, ἐπιχειροῦσιν αὖθις τῷ τῶν Συρακοσίων σταυρώματι καὶ τάφρῳ, τὰς μὲν ναῦς κελεύσαντες περιπλεῦσαι ἐκ τῆς Θάψου ἐς τὸν μέγαν λιμένα τὸν τῶν Συρακοσίων, αὐτοὶ δὲ περὶ ὄρθρον καταβάντες ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν ἐς τὸ ὁμαλὸν καὶ διὰ τοῦ ἕλους ᾗ πηλῶδες ἦν καὶ στεριφώτατον, θύρας καὶ ξύλα πλατέα ἐπιθέντες καὶ ἐπ' αὐτῶν διαβαδίσαντες,

Cap. **101.** § 3. *δι'* pro *ἐπ'* Vat. H. Ceterum cf. adn.

nequit. Nam quod Class. vertit murum per crepidinem ducere, *τειχίζειν τι* de loco dictum est aliquid munire, moenibus circumdare (91, 6. VII 4, 4. 26, 2), et murum non per crepidinem, sed ad crepidinem ductum esse infra § 3 *ἐπειδὴ τὸ πρὸς τὸν κρημνὸν αὐτοῖς ἐξείργαστο* ostendit. Hinc postea (103, 1) usque ad magnum portum duplicem murum exstruxerunt. — *ὃς ... ὁρᾷ*. Port.: quae (rupes) ab hac Epipolarum parte magnum portum versus vergit. In proximo *καί* haesit Bau., quia non nova designatio loci afferretur. Sed nova est brevissimi intervalli significatio. — *τοῦ ἕλους*. „Lysimelea palus est [cf. VII 53, 2], quae quanquam olim maior quam nunc fuerit, mensibus sex hibernis adhuc satis late patet et cum mari in medio circiter eo spatio, quod est inter angulum magni portus eum, ubi Achradinae murum puto finitum esse, et ostium Anapi, coniungitur." Leak. p. 679.

§ 2. *αὖθις*. Ut supra 99, 2. 3. — *ἀπὸ τῆς πόλεως*, i. e. ab ipsius urbis moenibus. Nam eius *προτείχισμα* ultra Epipolas non extendebatur. Cf. 75, 1. adn. 99, 3. Quod hac § describitur opus ex vallo et fossa constabat nec murum habebat. Quare in insequenti § *σταύρωμα καὶ τάφρος* dicitur.

§ 3. *τὸ πρὸς τὸν κρημνόν*, scil. *τοῦ περιτειχίσματος*. — *αὖθις*. Sicut primam Syracusanorum *ὑποτείχισιν* aggressi erant. — *καὶ διὰ τοῦ ἕλους*, idque (cf. adn. 103, 1. IV 16, 1) per paludem. Male haec proprie cohaerere putant cum *διαβαδίσαντες*, quod quominus fiat, additum *καὶ ἐπ' αὐτῶν* obstare; ita perrexisse scriptorem, ut si *διὰ τοῦ ἕλους* cum *ἐπιθέντες* cohaererent, quod tamen hoc compositum non concedat. Sed cogitandum est *τούτῳ* (*τῷ πηλώδει καὶ στεριφωτάτῳ*) *ἐπιθέντες*. Temere Herw. Stud. Thuc. p. 91 *διά* delet. — *ξύλα πλατέα*. Significantur asses.

αἱροῦσιν ἅμα ἕῳ τό τε σταύρωμα πλὴν ὀλίγου καὶ
τὴν τάφρον, καὶ ὕστερον καὶ τὸ ὑπολειφθὲν εἷλον.
4 *καὶ μάχη ἐγένετο, καὶ [ἐν αὐτῇ] ἐνίκων οἱ Ἀθη-*
ναῖοι· καὶ τῶν Συρακοσίων οἱ μὲν τὸ δεξιὸν κέρας
ἔχοντες πρὸς τὴν πόλιν ἔφευγον, οἱ δ' ἐπὶ τῷ
εὐωνύμῳ παρὰ τὸν ποταμόν. καὶ αὐτοὺς βουλό-
μενοι ἀποκλῄσασθαι τῆς διαβάσεως οἱ τῶν Ἀθη-
ναίων τριακόσιοι λογάδες δρόμῳ ἠπείγοντο πρὸς
5 *τὴν γέφυραν. δείσαντες δὲ οἱ Συρακόσιοι (ἦσαν*
γὰρ καὶ τῶν ἱππέων αὐτοῖς οἱ πολλοὶ ἐνταῦθα)
ὁμόσε χωροῦσι τοῖς τριακοσίοις τούτοις, καὶ τρέ-
πουσί τε αὐτοὺς καὶ ἐσβάλλουσιν ἐς τὸ δεξιὸν
κέρας τῶν Ἀθηναίων. καὶ προσπεσόντων αὐτῶν
6 *ξυνεφοβήθη καὶ ἡ πρώτη φυλὴ τοῦ κέρως. ἰδὼν*
δὲ ὁ Λάμαχος παρεβοήθει ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου τοῦ
ἑαυτῶν μετὰ τοξοτῶν τε οὐ πολλῶν καὶ τοὺς Ἀρ-
γείους παραλαβών, καὶ ἐπιδιαβὰς τάφρον τινὰ καὶ
μονωθεὶς μετ' ὀλίγων τῶν ξυνδιαβάντων ἀποθνή-
σκει αὐτός τε καὶ πέντε ἢ ἓξ τῶν μετ' αὐτοῦ. καὶ

καὶ ὕστερον ex Vat. H. Vall. addidit Bekk.

§ 4. *ἐν αὐτῇ* om. Pal., ante *καὶ* ponit Vat., *καὶ* om. H. Dicitur *μάχῃ νικᾶν, κρατεῖν*, non *ἐν μάχῃ*. Cf. praeterea I 105, 1. 2. III 74, 1.

ἔφευγον Vat. H., *ἔφυγον* reliqui. Certe de iis, qui ad amnem fugiebant, illud aptius dicitur. Nam horum fugae eventus posthac demum narratur.

§ 5. *φυλακὴ* codd. „Velim doceri, quaenam in pugna sit *πρώτη φυλακή* cornuum. Interim suspicari licebit fortassis legendum esse *φυλή*. Vid. adn. ad 98, 4. Valla et Portus hic vertunt cohortem, ut supra *φυλήν*." Duk. Hanc suspicionem recentiores editores assensu suo confirmarunt.

§ 4. *ἔφευγον*, in fugam se convertebant. — *παρὰ τὸν ποταμόν*, propter fluvium, iuxta fl. Anapum, ut confugerent in Olympieum a Syracusanis occupatum (cf. 75, 1). — *πρὸς τὴν γέφυραν*. Non est is pons, quem Athenienses prius interciderant, sed is, qui Olympieum via Helorina ferebat. Cf. adn. 66, 2.

§ 5. *ἐσβάλλουσιν*. Ita dictum est, ut 70, 3.

§ 6. *ἑαυτῶν*. Pluralis respicit simul ad Athenienses. Cf. adn. V 71, 3. — *τοὺς Ἀργείους*. Cf. 43, 2. — *ἐπιδιαβάς*. Abr. recte explicat *διαβὰς ἐπ' αὐτούς*, Syracusanos scil. — *μονωθεὶς μετ' ὀλίγων*. Talia verba aliquotiens coniungi docent Wessel. ad Herodot. VI 15 et Blomf. Gloss. ad Aesch. Pers. 740. — *ἀποθνήσκει*. Diod. XIII 8, 1 et Iust. IV 4, 9 eum post Gylippi adventum cecidisse memorant, cum Th. consentit rem fusius narrans

τούτους μὲν οἱ Συρακόσιοι εὐθὺς κατὰ τάχος φθάνουσιν ἁρπάσαντες πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸ ἀσφαλές, αὐτοὶ δὲ ἐπιόντος ἤδη καὶ τοῦ ἄλλου στρατεύματος τῶν Ἀθηναίων ἀπεχώρουν.

ἐν τούτῳ δὲ καὶ τῷ κύκλῳ προσβάλλουσιν οἱ Συρακόσιοι, ἀλλ' ἀποτυχόντες ἐς τὴν πόλιν πάντες ἀποχωροῦσι.

102. *Ἐν τούτῳ δὲ οἱ πρὸς τὴν πόλιν αὐτῶν* 1
τὸ πρῶτον καταφυγόντες ὡς ἑώρων ταῦτα γιγνό-
μενα, αὐτοί τε πάλιν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀναθαρσή-
σαντες ἀντετάξαντο πρὸς τοὺς κατὰ σφᾶς Ἀθη-
ναίους, καὶ μέρος τι αὐτῶν πέμπουσιν ἐπὶ τὸν
κύκλον τὸν ἐπὶ ταῖς Ἐπιπολαῖς, ἡγούμενοι ἐρῆ-
μον αἱρήσειν. καὶ τὸ μὲν δεκάπλεθρον προτεί- 2
χισμα αὐτῶν αἱροῦσι καὶ διεπόρθησαν, αὐτὸν δὲ
τὸν κύκλον Νικίας διεκώλυσεν (ἔτυχε γὰρ ἐν αὐτῷ
δι' ἀσθένειαν ὑπολελειμμένος)· τὰς γὰρ μηχανὰς
καὶ ξύλα ὅσα πρὸ τοῦ τείχους ἦν καταβεβλημένα

§ 6. *ἀναρπάσαντες καὶ διαβιβάσαντες* Vat. H., alterum ex interpr. Cf. adn.

Plut. Nic. 18. — *εὐθὺς κατὰ τάχος.* Cf. *εὐθὺς παραχρῆμα* in Schaef. Appar. ad Demosth. IV p. 451 et apud Haas. ad Xen. Remp. Lac. 8, 4, repente subito, subito ex tempore, repente e vestigio Plaut. Mil. Gl. II 2, 21. Cic. de Div. I 33, 72. in Caecil. 17, 57. — *ἁρπάσαντες* raptim tollendi vim habet. Cf. Xen. Anab. VI 1, 8 *ἁρπάσας τὰ ὅπλα* = armis raptim sublatis. Per breviloquentiam autem adiuncto *πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸ ἀσφαλές* simul cogitatur *καὶ κομίσαντες*. Cf. adn. 4, 1.

Cap. **102.** § 1. *οἱ πρὸς τὴν πόλιν αὐτῶν . . . καταφυγόντες.* Genetivus non ad *πόλιν* referendus est, sed ad vv. *οἱ καταφ.* Cf. adn. III 22, 5. VI 62, 5. Respicitur autem ad 101, 4. — *τὸν κύκλον τὸν ἐπὶ ταῖς Ἐπιπ.* Cf. adn. 98, 2.

§ 2. *προτείχισμα*, exteriorem munitionem (*τοῦ κύκλου*). Did.: *un retranchement avancé du cycle.* Polyaenus I 39, 3 *προπύργιον* minus apte vocat. Aliud *προτείχισμα* cognovimus 100, 2. Hoc cur exstructum videatur, de eo cf. paulo post adn. — *διεκώλυσεν.* Simul audi *αἱρεθῆναι καὶ διαπορθηθῆναι.* Cf. adn. 88, 5. — *ἔτυχε γάρ* cet. Hoc enuntiato, cur Nicias rem prohibere potuerit, altero ab *γάρ* incipienti, quomodo prohibuerit, explicatur. Cf. adn. I 91, 3. III 2, 2. — *δι' ἀσθένειαν.* Vid. VII 15, 1. — *τὰς γὰρ μηχανάς* cet. De hoc stratagemate cf. Polyaen. l. d. et Plut. Nic. 18. Machinae sunt scalae atque alia instrumenta ad *τειχισμόν* necessaria; neque enim oppugnationem, sed obsidionem parabant. Scalas hoc nomine etiam V 7, 5 maxime significari vidimus. — *ὅσα . . . καταβεβλημένα.* Ea intellegenda sunt ligna, quibus munitionem ad Trogilum usque perducturi erant. Cf. 99, 1. Et illas machi-

ἐμπρῆσαι τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσεν, ὡς ἔγνω ἀδυνάτους ἐσομένους ἐρημίᾳ ἀνδρῶν ἄλλῳ τρόπῳ
3 περιγενέσθαι. καὶ ξυνέβη οὕτως· οὐ γὰρ ἔτι προσῆλθον οἱ Συρακόσιοι διὰ τὸ πῦρ, ἀλλ' ἀπεχώρουν πάλιν. καὶ γὰρ πρός τε τὸν κύκλον βοήθεια ἤδη κάτωθεν τῶν Ἀθηναίων ἀποδιωξάντων τοὺς ἐκεῖ ἐπανῄει, καὶ αἱ νῆες ἅμα αὐτῶν ἐκ τῆς Θάψου, ὥσπερ εἴρητο, κατέπλεον ἐς τὸν μέγαν
4 λιμένα. ἃ ὁρῶντες οἱ ἄνωθεν κατὰ τάχος ἀπῇσαν καὶ ἡ ξύμπασα στρατιὰ τῶν Συρακοσίων ἐς τὴν πόλιν, νομίσαντες μὴ ἂν ἔτι ἀπὸ τῆς παρούσης σφίσι δυνάμεως ἱκανοὶ γενέσθαι κωλῦσαι τὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν τειχισμόν.

1 103. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Ἀθηναῖοι τροπαῖον ἔστησαν καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Συρακοσίοις καὶ τοὺς μετὰ Λαμάχου καὶ αὐτὸν ἐκομίσαντο. καὶ παρόντος ἤδη σφίσι παντὸς τοῦ στρατεύματος, καὶ τοῦ ναυτικοῦ καὶ τοῦ πεζοῦ, ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν καὶ τοῦ κρημνώδους ἀρξάμενοι ἀπετείχιζον μέχρι τῆς θαλάσσης τείχει διπλῷ

Συράκουσαι οὖν μέχρι τῆς θαλάσσης διπλῷ τείχει ἀποτειχίζονται. Ἀθηναίων μὲν εὐθήνεια, Συρακοσίων δὲ ἀπορία.

Cap. **102.** § 3. *ἀποδιωξόντων* It. Aug. Pal. M. Cl. Ven. Cass. Bas. Gr. E. K. m. Cf. adn.
§ 4. *κατὰ τάχος* verba post *ἀπῇσαν* collocantur in Vat. et H.

nas atque materiam non intra propugnaculum, quod Polyaenus l. d. tradit, sed inter hoc et *κύκλον* fuisse ex ipsa Thucydidis narratione cognoscitur. Est tamen verum eodem propugnaculo illas res atque operarios a Syracusanis defensos esse, quo ipso consilio exstructum putant Arn. et Leak. — *τοὺς ὑπηρέτας*. In munitione relicti ministri *ὁπλιτῶν* videntur esse. Cf. adn. III 17, 3. — *ὡς ἔγνω . . . περιγενέσθαι.* Dicit scriptor, quia non affuerint milites (*ἄνδρες*), ministros non aliter nisi incendio potuisse *τὸν κύκλον* servare.

§ 3. *κάτωθεν* = *ἀπὸ τῆς πόλεως*. Cf. § 1. — *ἀποδιωξάντων τοὺς ἐκεῖ*, cum reppulissent eos qui ibi (*πρὸς τῇ πόλει* § 1) se iis opposuerant. — *ὥσπερ εἴρητο*, ut imperatum erat. Cf. 101, 3.

§ 4. *οἱ ἄνωθεν*. De similibus cf. adn. I 62, 4. — *μή*. Cf. adn. V 49, 5. — *ἀπό*. Vid. adn. I 91, 7 et V 89.

Cap. **103.** § 1. *καὶ αὐτόν* frustra deleta cupit Krueg. Cf. 101, 6 *αὐτός τε καὶ πέντε ἢ ἓξ τῶν μετ' αὐτοῦ*. — *σφίσι*. Cf. adn. I 20, 1. — *τοῦ ναυτικοῦ*. Classis stationem cepit in recessu (*μυχῷ*) portus. Vid. VII 4, 4. — *ἀπετείχιζον . . . τείχει διπλῷ*. „Interpretes confundunt *διπλοῦν τεῖχος* cum nominibus *κύκλος*, *ἀποτείχισμα*,

τοὺς Συρακοσίους. τὰ δ᾽ ἐπιτήδεια τῇ στρα- 2
τιᾷ ἐσήγετο ἐκ τῆς Ἰταλίας πανταχόθεν. ἦλθον
δὲ καὶ τῶν Σικελῶν πολλοὶ ξύμμαχοι τοῖς Ἀθη-
ναίοις, οἳ πρότερον περιεωρῶντο, καὶ ἐκ τῆς Τυρ-
σηνίας νῆες πεντηκόντοροι τρεῖς. καὶ τἆλλα πρου-
χώρει αὐτοῖς ἐς ἐλπίδας. καὶ γὰρ οἱ Συρακόσιοι 3
πολέμῳ μὲν οὐκέτι ἐνόμιζον ἂν περιγενέσθαι, ὡς
αὐτοῖς οὐδὲ ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὠφελία
οὐδεμία ἧκε, τοὺς δὲ λόγους ἔν τε σφίσιν αὐτοῖς
ἐποιοῦντο ξυμβατικοὺς καὶ πρὸς τὸν Νικίαν· οὗτος
γὰρ δὴ μόνος εἶχε Λαμάχου τεθνεῶτος τὴν ἀρχήν.
καὶ κύρωσις μὲν οὐδεμία ἐγίγνετο, οἷα δὲ εἰκὸς 4

Cap. 103. § 2. *Σικελιωτῶν* male Vat. H.
πάντα προυχώρει Vat. H., quod Class. sine idonea causa praefert. Alia, quae iis prospere successerunt, proximis verbis afferuntur.
ἐλπίδα Vat. H. F., quod probandum esset, si Abresch. recte *κατὰ γνώμην, κατὰ νοῦν*, ex animi sententia, interpretaretur. Sed bene Portus et Bau.: reliqua sic succedebant, ut spes ipsis ostenderent seu eos prospera etiam in posterum sperare iuberent. Itaque *ἐς* de effectu dictum est, de quo usu cf. adn. V 111, 5.

al. Cf. ad c. 98. Ita in imagine Syracusarum a Letr. delineata ... duplicem murum a Trogilo usque ad oram maritimam magno portui vicinam indicatum videmus. At hic primum Thucydides mentionem facit *τοῦ διπλοῦ τείχους*, qui murus parva erat pars operum Atheniensium ab Epipolarum praeruptis partibus (*ἀπὸ τῶν Ἐπιπολῶν καὶ τοῦ κρημνώδους*) incipiens atque paene usque ad mare magni portus pertinens; totum spatium duplici muro occupatum non amplius quam septem vel octo stadiorum erat (VII 2.)" Did. Cf. adn. VII 2, 4. Per planitiem autem, in qua iam Olympiei praesidium tergis obsidentium imminebat, quia facillime auxilia advenire possent, ibi duplicem murum Athenienses exstruxisse sunt existimandi. *Ἀπὸ τῶν Ἐπιπ. καὶ τοῦ κρημν.* vertas ab Epipolis et quidem earum praeruptis partibus. Cf. 101, 1. 3.

§ 2. *τὰ δ᾽ ἐπιτήδεια* cet. De re cf. Plut. Nic. 18. — *ἐκ τῆς Ἰταλίας πανταχόθεν*. Cf. Plat. Phaed. 67c *πανταχόθεν ἐκ τοῦ σώματος*. Frustra *ἐκ* del. Herw. l. l. — *οἳ πρότερον περιεωρῶντο*. „Qui antea circumspectabant ... tanquam eventum exspectantes vel tanquam incerti, utris se adiungerent, q. d. circumspectantes cunctabantur." Steph. Cf. adn. V 31, 6. VI 93, 1. VII 33, 2. De re vid. supra 88, 3. 4. — *Τυρσηνίας*. Cf. 88, 6.

§ 3. *σφίσιν αὐτοῖς*. Cf. adn. IV 25, 9. VI 77, 1. — *ἐποιοῦντο ξυμβατικούς*, ita instituerunt, ut ad pacem conciliandam tenderent.

§ 4. *κύρωσις*. Hoc vocabu-

ἀνθρώπων ἀπορούντων καὶ μᾶλλον ἢ πρὶν πολιορκουμένων, πολλὰ ἐλέγετο πρός τε ἐκεῖνον καὶ πλείω ἔτι κατὰ τὴν πόλιν. καὶ γάρ τινα καὶ ὑποψίαν ὑπὸ τῶν παρόντων κακῶν ἐς ἀλλήλους εἶχον, καὶ τοὺς στρατηγούς τε ἐφ' ὧν αὐτοῖς ταῦτα ξυνέβη ἔπαυσαν, ὡς ἢ δυστυχίᾳ ἢ προδοσίᾳ τῇ ἐκείνων βλαπτόμενοι, καὶ ἄλλους ἀνθείλοντο, Ἡρακλείδην καὶ Εὐκλέα καὶ Τελλίαν.

1 104. Ἐν δὲ τούτῳ Γύλιππος ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ αἱ ἀπὸ τῆς Κορίνθου νῆες περὶ Λευκάδα ἤδη ἦσαν, βουλόμενοι ἐς τὴν Σικελίαν διὰ τάχους βοηθῆσαι. καὶ ὡς αὐτοῖς αἱ ἀγγελίαι ἐφοίτων δειναὶ καὶ πᾶσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐψευσμέναι ὡς ἤδη παντελῶς ἀποτετειχισμέναι αἱ Συράκουσαί εἰσι, τῆς μὲν Σικελίας οὐκέτι ἐλπίδα οὐδεμίαν εἶχεν ὁ Γύλιππος, τὴν δὲ Ἰταλίαν βουλόμενος περιποιῆσαι αὐτὸς μὲν καὶ Πυθὴν ὁ Κορίνθιος ναυσὶ δυοῖν μὲν Λακωνικαῖν, δυοῖν δὲ Κορινθίαιν ὅτι τάχιστα ἐπεραιώθησαν τὸν Ἰόνιον ἐς Τάραντα,

ἐν δὲ τούτῳ Γύλιππος καὶ Πυθὴν Συρακοσίοις βοηθοῦντες ἐς Τάραντα περαιοῦνται, ἐντεῦθεν δὲ ἄραντες χειμάζονται.

§ 4. ἀπὸ M. Cl. Ven. C. Lugd. corr. Ang. At vid. Matth. Gr. § 592 β' p. 1394.
τε post στρατηγούς om. Ar. Cf. adn.
Εὐρυκλέα Vat. H. Cf. adn.

lum Gorgiae et Leontinis scholiastam Plat. Gorg. 450b non recte tribuere et ex hoc loco et ex usu recentiorum (vid. Pap. Lex.) intellegitur; quare errat Stallb. ibid. ad 450d καὶ τὸ κῦρος. — τοὺς στρατηγούς, nominatos 73, 1. Καὶ ... τέ Class. falso interpretatur et etiam (cf. ad. 44, 3). Nam τέ ad totam enuntiationem τοὺς στρατηγοὺς ἔπαυσαν pertinens (cf. 70, 4) insequenti καί respondet. — Ἡρακλείδην. Eundem, qui 73, 1 commemoratus sit, Lysimachi filium, esse credit Schneid. ad Xen. Hell. I 2, 8. Quod verum esse non potest, quia alios in locum eorum, quibus imperium abrogatum est, surrogasse dicuntur Syracusani. Videtur igitur esse is, qui a Xen. l. d. Heraclides Aristogenis filius, collega Euclis Hipponis filii, quem Euclem Thucydideum esse vix dubium est, appellatur.

Cap. 104. § 1. ἐν δὲ τούτῳ Γύλιππος cet. Cum his quoque cf. Plut. Nic. 18. — ὁ Λακεδ. Cf. ad. VII 11, 2. — αἱ ... νῆες. Cf. 93, 3. — ἐφοίτων. Attende hoc verbum de re inanimi positum. Cf. VIII 18, 1 et adn. I 4. — ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐψευσμέναι, in idem mendacium congruentes, in eundem modum ementitae. — Πυθήν. A Diodoro Πύθης vocatur. Thucydides sibi constat VII 1, 1. — τὸν Ἰό-

οἱ δὲ Κορίνθιοι πρὸς ταῖς σφετέραις δέκα Λευκαδίας δύο καὶ Ἀμπρακιώτιδας τρεῖς προσπληρώσαντες ὕστερον ἔμελλον πλεύσεσθαι. 2 *καὶ ὁ μὲν Γύλιππος ἐκ τοῦ Τάραντος ἐς τὴν Θουρίαν πρῶτον πρεσβευσάμενος καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀνανεωσάμενος πολιτείαν καὶ οὐ δυνάμενος αὐτοὺς προσαγαγέσθαι, ἄρας παρέπλει τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἁρπασθεὶς ὑπ᾽ ἀνέμου [κατὰ τὸν Τεριναῖον κόλπόν],*

Cap. **104.** § 1. *πληρώσαντες* It. M. F. Sed cf. adn. § 2. *καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀνανεωσάμενος πολιτείαν* Vat. H. idemque Valla perperam interpretatus est renovata prius memoria patris in administranda republica; reliqui codd. *κατὰ τὴν τοῦ πατρός ποτε πολιτείαν.* Cf. adn.

νιον. Vid. sd. III 107, 1. — *πρὸς ταῖς σφετέραις δέκα . . . προσπληρώσαντες.* „*Προσπλ.* pleonasmum habet, quia iam praecedit *πρὸς ταῖς σφετέραις*; tametsi et nos *auszer, über ihre Schiffe noch dazu.*“ Bau. Sic *προσπληροῦν ἔτι* VII 34, 1, *προσπληροῦν ἄλλας* VIII 10, 3. Cf. adn. I 28, 4. 133. VI 73, 2. Ceterum decem Corinthiorum navibus duas cum Gylippo profectas contineri apparet inde, quod infra VII 7, 1 praeter Gongyli navem adveniunt tantum duodecim. Add. VIII 13.

§ 2. *Θουρίαν.* In hac urbe erat factio Atheniensibus contraria. Cf. VII 33, 6 et ibi adn. et de ipso nomine supra ad 61, 7 dicta. — *πρεσβευσάμενος.* Errant qui putant ipsum Gylippum legatum profectum esse. An suus ipsius legatus fuit? Et verum est Ammonii (p. 120) praeceptum, qui *πρεσβεύεσθαι* esse legatos mittere, *πρεσβεύειν* legatum esse, legatum profisci docet. Nam ad illam significationem revocandum est quod *πρεσβεύεσθαι* nonnunquam in universum agere valet (I 31, 3. V 39, 2. VIII 89, 2); proprie enim est per legatos agere. — *καὶ . . . πολιτείαν.* Recepimus Vaticani scripturam, quam non interpolatam esse similia exempla V 43, 2 *ἣν (τὴν παλαιὰν προξενίαν) διενοεῖτο ἀνανεώσασθαι* (cf. VI 89, 2 *τὴν προξενίαν ἀναλαμβάνων*) et VII 33, 4 *ἀνανεωσάμενοί τινα παλαιὰν φιλίαν* ostendunt. Atque ex genuina hac scriptura ad *οὐ δυνάμενος αὐτοὺς προσαγαγέσθαι* interpretandi causa *κατὰ τὴν τοῦ πατρός ποτε πολιτείαν* videtur adscriptum esse et in scriptoris verba illatum illam loco suo movisse. Ad *πρεσβευσάμενος* vero id minus aptum est. Quod rem attinet, Gylippi pater Cleandridas, qui in expeditione in Atticam facta (I 114, 2. II 21, 1) Plistoanacti adulescenti consiliarius adiunctus fuerat, postea accusatus est, quod pecunia corruptus regi ut devastato campo Thriasio rediret suasisset, et capitis damnatus Thuriae profugus vitam degit (Plut. Per. 22. Nic. 28. Diod. XIII 106, 10) ibique civitate donatus est. — *ἄρας*, scil. *ἐκ Τάραντος.* — *κατὰ τὸν Τεριναῖον κόλπον.* Sinus Terinaeus, de quo vid. Plin. H. N. III 5 72, est pars maris Tyrrheni (hodie *Golfo di S. Eufemia*). Gylippus igitur repente Tarento in hunc sinum pervenire non potuit, ubi neque quicquam ei erat negotii et quo si volebat

ὃς ἐκπνεῖ ταύτῃ μέγας κατὰ βορέαν ἑστηκώς, ἀποφέρεται ἐς τὸ πέλαγος, καὶ πάλιν χειμασθεὶς ἐς τὰ μάλιστα τῷ Τάραντι προσμίσγει· καὶ τὰς ναῦς ὅσαι μάλιστα ἐπόνησαν ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἀνελκύσας ἐπεσκεύαζεν.
3 ὁ δὲ Νικίας πυθόμενος αὐτὸν προσπλέοντα ὑπερεῖδε τὸ πλῆθος τῶν νεῶν, ὅπερ καὶ οἱ Θούριοι ἔπαθον, καὶ λῃστικώτερον ἔδοξε παρεσκευασμένους πλεῖν καὶ οὐδεμίαν φυλακήν πω ἐποιεῖτο.

μάλιστα ante *ἐπόνησαν* om. omnes praeter Vat. H.

§ 3. *προσπλέοντα* Vat. H., reliqui *πλέοντα*. Illud confirmatur verbis Plut. Nic. 18 *οὐδένα τοῦ Γυλίππου λόγον ἔσχε προσπλέοντος οὐδὲ φυλακὴν ἐποιήσατο καταίροντος.*

ἐποιοῦντο Vat. H. Sed vulgata ad Niciam referenda comprobatur verbis Plutarchi modo adscriptis.

tendere, aut circa universam Siciliam aut per fretum Siculum navigandum erat. Tam periculosum autem iter, quod navibus tempestate quassatis denuo ei suscipiendum fuisset, ut Tarentum rediret, ne uno quidem verbo a Thucydide significatum esse prorsus non est credibile, praesertim cum diligenter secundam navigationem Gylippi exponat VII 1. Itaque Gylippum non fuisse in sinu Terinaeo omnes interpretes fatentur. At Arnoldus, ne quid hic depravatum putandum sit, vulgatam interpretatur: cum esset e regione sinus Ter. Concedit quidem mentione sinus Terinaei in contraria Italiae parte siti narrationem mire esse perplexam, sed suspicatur rem explicandam esse peculiaribus quibusdam illorum locorum rationibus, de quibus, nisi oram Calabriae atque ventorum flatus in hac regione diligenter noveris, nihil dixeris. Isque persuasit Bloomfieldio in ed. 2. At licet *κατά* eam vim habeat (cf. ad. I 33, 3) tamen ineptum est locum, quem naves Gylippi in sinu Tarentino tenuerint, definire mentione facta sinus Terinaei in contrario litore Italiae siti. Itaque quod ne haec quidem interpretatio librorum memoriae praesidio esset, Poppo antehac *Ταραντῖνον* coniecit. Sed id vix quisquam hoc loco aut consilio aut errore in *Τεριναῖον* mutavisset. Quare nihil restare videtur nisi ut cum Goellero haec verba secludamus, quo simul pronomen relativum ad nomen suum propius accedit. Aut ad *ταύτῃ* aut ad *κατὰ βορέαν* ab interprete parum prudenti videntur adscripta esse. — *ὃς ἐκπνεῖ . . . μέγας.* Ita Soph. Ai. 1148 *ἐκπνεύσας μέγας χειμών*, Pseudo-Eurip. in Rhes. 323 *ἐξώστης Ἄρης . . . μέγας πνέων.* Cf. adn. II 5, 2. — *κατὰ βορέαν ἑστηκώς*, *στάσιμος ὢν καὶ διηνεκής*, ut recte interpretatur schol., constanter e boreae regione spirans. „Cf. Aristaen. II 11 *τοῦ δὲ πνεύματος ἔνθεν ἑστηκότος*, Herodot. VI 140 *ἐτησίων ἀνέμων κατεστηκότων*, Poll. I 110 *ἀνέμου ἑστηκότος.*“ Bloomf. — *ἀποφέρεται ἐς τὸ πέλαγος*, defertur in altum. — *καὶ πάλιν χειμασθεὶς ἐς τὰ μάλιστα*, et rursus (*in der entgegengesetzten Richtung* Class.) acerrima tempestate iactatus.

§ 3. *τὸ πλῆθος*, paucitatem. Cf. adn. IV 10, 5. — *παρεσκευασμένους.* Trans-

καταδρομαὶ Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηρὰν ἀποβάντες τὰς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους σπονδὰς φανερῶς λύουσιν.

105. *Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτου τοῦ θέρους καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐς τὸ Ἄργος ἐσέβαλον αὐτοί τε καὶ οἱ ξύμμαχοι καὶ τῆς γῆς τὴν πολλὴν ἐδῄωσαν. καὶ Ἀθηναῖοι Ἀργείοις τριάκοντα ναυσὶν ἐβοήθησαν, αἵπερ τὰς σπονδὰς φανερώτατα τὰς πρὸς Λακεδαιμονίους αὐτοῖς ἔλυσαν.* 1 *πρότερον μὲν γὰρ λῃστείαις ἐκ Πύλου καὶ περὶ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον μᾶλλον ἢ ἐς τὴν Λακωνικὴν ἀποβαίνοντες μετά τε Ἀργείων καὶ Μαντινέων ξυνεπολέμουν, καὶ πολλάκις Ἀργείων κελευόντων ὅσον σχόντας μόνον ξὺν ὅπλοις ἐς τὴν Λακωνικὴν καὶ τὸ ἐλάχιστον μετὰ σφῶν δῃώσαντας ἀπελθεῖν οὐκ ἤθελον· τότε δὲ Πυθοδώρου καὶ Λαισποδίου καὶ Δημαράτου ἀρχόντων ἀποβάντες ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηρὰν καὶ Πρα-* 2

Cap. **105.** § 1. *τὰς* post *φανερώτατα* om. omnes praeter Vat. H.

§ 2. *ξυνεπολέμουν* Vat. H.; reliqui *ἐπολέμουν*. Sed *ξυμπολεμεῖν μετά τινος* cum alii dicunt tum ipse Thucydides alibi. Cf. adn. II 67, 3. *Πολεμεῖν μετά τινος* quidem etiam saepius de auxiliando legitur, velut I 59, 2. II 15, 1; sed hanc ob causam praepositio facile hic omitti potuit, ut paulo ante *πρός* in *προσπλέοντα*.

ἔχοντας male Vat. H.

Λιμέραν aliquot libri. Cf. ad. IV 56, 2.

Πρασιὰς Vat. recte, ut videtur; nam ita II 56, 6. VII 18, 3. Aristoph. Pac. 241 et Atticae urbs VIII 95, 1 vocatur, quanquam alii nonuulli, ut Scylax § 47 et Ptolemaeus III 16, 10, etiam singularem tuentur. Cf. Herodian. I p. 294. Singularis autem vulgo

itus a navibus ad nautas Gylippi. Vid. adn. I 110, 4.

Cap. **105.** § 1. *τὸ Ἄργος*, i. e. *τὴν Ἀργείαν*, ut § 3. Cf. adn. II 2, 1 et IV 118, 4. — *αἵπερ . . . ἔλυσαν.* Ad hanc rem respicit Andoc. III 31.

§ 2. *λῃστείαις ἐκ Πύλου.* Cf. V 115, 2. — *ὅσον . . . ἀπελθεῖν*, ut appulsi tantum armata manu in Laconicam et minimam eius partem secum populati abirent, i. e. ut, priusquam abirent, appellerentur tantum . . . et . . . popularentur. „Ne forte *μόνον* putes esse glossema adverbii praecedentis, cf. Arist. Vesp. 1288. Lys. 732.“ Herw. l. l. p. 92. Orta haec locutio videtur ex contracto dicendi genere. Cf. adn. I 111, 1 de *ὅσα μή*. De totius autem enuntiati conformatione cf. Madv. Synt. § 176b. — *Πυθοδώρου.* Estne is, qui post expeditionem Siculam exsilio multatus erat an alius? Cf. IV 65, 3. — *Λαισποδίου.* Cf. VIII 86, 9. „Ad hunc, ut puto, alludit Aristophanes Av. 1568.“ Hude. — *ἀρχόντων*, i. e. *ἡγουμένων, στρατηγούντων.* — *Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηράν.* Vid. adn. IV 56, 2. — *Πρα-*


σιὰς καὶ ὅσα ἄλλα ἐδῄωσαν τῆς γῆς, καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἤδη εὐπροφάσιστον μᾶλλον τὴν αἰτίαν [ἐς τοὺς Ἀθηναίους] τοῦ ἀμύνεσθαι ἐποίη-
3 σαν. ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων ἐκ τοῦ Ἄργους ταῖς ναυσὶ καὶ τῶν Λακεδαιμονίων οἱ Ἀργεῖοι ἐσβαλόντες ἐς τὴν Φλειασίαν τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον καὶ ἀπέκτεινάν τινας, καὶ ἀπῆλθον ἐπ' οἶκον.

hic Πρασιὰν pingitur, sed in Aug. Ven. Pal. It. Gr. m. Ar. Chr. melius Πρασίαν, quemadmodum apud Scyl. et Ptolem., ut proprium ab appellativo πρασιά distinguatur. Vid. Arcad. de Accent. p. 99, 9 et Goettl. Doctr. accent. p. 186.

ἄλλα ἄττα pro ὅσα ἄλλα Vat., ut videtur, ex librarii correctura, qui ὅσα ἄλλα non satis intellegeret. Cf. adn.

§ 3. ἀπέκτεινάν τε Vat. H. Cf. ad. 44, 3.

σιάς. Vid. adn. II 56, 6. — καὶ ὅσα ἄλλα, i. e. καὶ ἐς ὅσα ἄλλα ἀπέβησαν. — ἐδῄωσαν τῆς γῆς. Cf. I 30, 2 τῆς γῆς ἔτεμον ibique adn. Idem infra § 3. — εὐπροφάσιστον ... ἐποίησαν = ὥστε εὐπροφάσιστον τὴν αἰτίαν ... εἶναι ἐποίησαν. Verba seclusa, pro quibus potius ἐς ἑαυτούς dicendum erat, non solum propter inanem abundantiam molesta sunt, sed etiam aptam verborum τὴν αἰτίαν τοῦ ἀμύνεσθαι cohaerentiam interposita disturbant. Qui ea in margine addidit pertinere voluit ad εὐπροφάσιστον τὴν αἰτίαν ἐποίησαν.


Stanford University Libraries
3 6105 013 401 745

